
DE VSVRPATIO-ne Legum, & eorum ſtudijs, qui Iuriſprudentiæ profeſsio nem ſibi ſumunt, Libri octo:

AD SERENISS. POTENTISSIMVM'QVE PRINCIPEM, EADVVARDVM, eius nominis VI. Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ Regem, &c.

IACOBO OMPHALIO ANDERnacenſi Iureconſulto autore.



Rerum & uerborum in his memorabilium trigeminus INDEX.









Cum Cæſ. Maieſt. gratia & priuilegio ad quinquennium.

BASILEAE, PER IOANnem Oporinum.

SERENISSIMO POTENTISSIMO-QVE PRINCIPI, EADVVARDO, EIVS NOMINIS SEXTO, ANGLIAE, FRANCIAE ET HIBERNIAE REGI, ETC.

IACOBVS OMPHALIVS ANDERnacus Iureconsultus S. D.



VAE RES OMNIBVS MAGNIS STVdijs plurimum alacritatis et constantiæ adferre solent, REX SERENISSIME, eæ mihi in his Commentarijs conscribendis defuerunt: legum uidelicet scientia, & ocium præparatum: quarum alteram, in quadam implicabili naturæ tarditate, etiam earum rerum egestate, quarum præsidio facilior ad solidæ gloriæ iter laudisq́ æternitatem dari aditus solet, consequi non potui: alterum uerò, ut in ablegatione aliqua, & ab omnibus negocijs cessatione libera, intermissa studia ad Reipublicæ lucem ac splendorem reuocarem, ne sperandum quidem mihi in laboriosissimo hoc uitæ flexu fuerat, dum me susceptæ Aduocationis fides atq; religio, dum amicorum ciuiumq́ caussæ, dum Reipublicæ non solum cura, uerumetiam procuratio multis officijs implicatum atq; constrictum teneret. Nam & antea cum me ex iactatione illa, cursuq; populari, ad unam salutem Reipublicæ cõtulissem, cum in optima ac præstantissimarum rerum laude florentissima Republica ita industriæ meæ, quæ mihi perexigua contigit, curriculum omne in dignitate publica quærenda transmittendum esse, inductione animi atq; uoluntate statuissem, ut eorum quos omni ratione tuendos suscepi, commodis, salutiq; communi seruiuisse, & eam moderationem retinuisse uideri possem, quo officij mei ratio sine grauiore perturbatione, uel ocij fructus cum aliqua dignitate constare mihi posset: facilè intellexi, quàm arduum & difficile sit, sensum in Repub. præsertim rectum & confirmatum uel deponere, uel retinere: propterea quòd eius qui Reipublicæ membra in fidẽ atq; tutelam suã recipit, actio omnis in hoc suspiciosissimo seculo facile est uel laudi, uel inuidiæ obnoxia: cum tamen nulla maior ad benè beateq́ uiuendum gloria, nulla laus illustrior, nulla uirtus excellentior cõstitui queat, quàm de Republica benè sentire, recteq́ omnia facere, etiam bonis uiris, quid sentias, probare. Et posteaquam reditus mihi, & sæpe optatus ocij fructus, ad recolenda optimarum legũ studia dari uideretur, in eam incidi cùm ualetudinis, tum uerò communium rerum ac temporum perturba-

 tionem,

tionem,ut quarũ rerum ſpe atq; cupiditate ad percipiendam et co lendam legum uim excitatus eſſem, earum deſperatione debilitatus, atq; fractus, inchoata ſtudia propè fuerim depoſiturus. Sed cum eum,qui in optimarum artium cognitione,qui in laude ac uirtute, qui in Reipublicæ ſplendore uerſari cupit, non ullis incommoditatibus debilitari,non in conſilium cogitationum ſuarum deſperationem adhibere, aut etiam de ſtudij ſui curſu dimoueri, ſed contrà tanquam ſcopulum quendam,qui undarum fluctibus non conuellitur,omnem moleſtiam magno animo conferre, laboriſq; odium abſorbere oporteat: cum natura, quæ exiguum uitæ, immenſum uerò gloriæ ſpacium circumſcripſit, non ad uoluptates atque ludum, ſed quædam ſtudia grauiora atq; maiora naſci nos uoluerit:cum denique omnis noſtra actio,& deſidia uacare, & poſteritatis ſenſu atque fructu aliquo duci debeat:putaui eius ſiue ægritudinis,ſiue perturbationis,quam mihi graues ac uarij commu nium temporum caſus nuper attulerunt,medicinam à iuſtitię pręceptis,ſiue legum uſurpatione, quam Vlpianus ueram & non ſimulatam philoſophiam appellat,petẽdam, eamq; honeſtiſsimam ocij oblectationem eſſe:non ea tamen cupiditate,ut in his uel rerũ aſperitatibus,uel temporum anguſtijs,longos Commentarios iuris conſcriberẽ, quod à multis uiris ingenio & doctrina præſtantibus magna ſtudij laude factũ ſcio: ſed ut breui tantũ ac ſimplici oratione,in hac ingenij mei paupertate, etiã uerborũ ieiunitate oſtẽderem uerum aliquem & rectum uſum,ſiue uſurpationem legum. Nam ſicut Cicero ſcribit, bonas leges nõ hominum ingenijs excogitatas, aut ſcita quædam populorum,ſed æternum quiddam eſſe,quod mundum regat imperandi prohibendiq; diligentia:ità legum uſus uniuerſus, ad ueram illam, grauem & ſolidam gloriam, ſalutem atq; dignitatem Reipublicæ,non autem priuatum haben di ſtudium, aut præcipitem dominandi cupiditatem referendus erit:quando is qui omiſsis rectiſsimis atque honeſtiſsimis rationis & officij ſtudijs, optimarum legum uim atque uſurpationem non ad fori lucem,ad Reipublicæ dignitatem, ad ſalutem ciuium, ſed priuatum aucupium aut ſordes refert,non modò inutilis eſt rationibus publicis, ſed ipſam etiam illam Iuriſprudentiæ Maieſtatem,qua dij immortales nihil uel excellentius,uel præſtantius homini conceſſerunt,fœdiſsimis moribus conſpurcat. Quod tamen ipſum quoniam ab ijs qui uel in iuris ignoratione uerſantur, uel quorum animos ac mentes cupiditates malæ peruagantur,non rarò fit:quoniam in hac omnis diſciplinæ ueteris grauiſsima inclinatione longè à ueterum more, in ſolio uidelicet ſedendi, conſulentibus ac rogantibus cum apparatu & prudenti meditatione reſpõ

dendi,

dendi,& illo nō inertis senectutis grato atq; honesto munere fungendi, longè desciuimus, in pessimam uitæ, doctrinæ, ac morum deprauationem collapsi, pudet dicere, quanta non solum hinc uitia concepta, atq; in Rempublicam infusa sint: uerumetiā in quantam criminationem ipsa illa iurisprudentia, ex auita illa laudis possessione sit paucorum hominum uitijs adducta. Et sanè, quod cæteris in rebus, uel à natura editis, uel hominum industria inuentis, usuuenire uidemus, ut omnia quæ nascuntur ac fiunt, quæ que hæc rerum natura producit, primò quidem à rudi et paruo exordio incrementum sumant, ac deinde per gradus quosdam eò perueniāt, quod in unoquoque perfectissimum est: & cum ulterius constituta iam summa illa perfectione, progredi nequeant, sensim immi nuantur atque extabescant: idem intueri cùm in hac Iuris disciplina, tum uerò cæteris artibus, ueterum'q; institutis, licet. Tulit hanc scilicet legem natura, ut omnia quæ hæc rerum uniuersitas continet, atque complectitur, nec citò se profunderent, nec semel in uniuersum euolarent, sed leuioribus prætexta initijs, paulatim augescerent, atq; ad suam deducta perfectionē, seruato ordine declinarent, in suam'q; conciderent perniciem. Eius demonstratio cùm alijs in rebus, tum è natis in terra plantis esse potest: quarum generatio ex semine descendit, quod in terram seritur moderatè humidam ac calidam. duplex huius seminis uis est: altera enim in radicem atque deorsum agit: altera uerò sursum in aerem exurgit. Vtraq; tamen initiò tenuis, angusta atq; exilis, augescit temporis successu: & posteaquam iustā longitudinem magnitudinem'q; fuerit consecuta, funditur in uibras ea, quæ terræ uisceribus inhæret: quæ uerò sursum exurgit, semper excrescēs, in ramos diffusos uim suā potētiam'q; agit, ex quibus alij atq; alij propagant, perfectisq; iam plantis fructus innascuntur, quorū uis uniuersa cum effunditur, dilabuntur effœtę atq; sterilescunt, paulatim'q; referri, atq; ad interitū labi incipiunt: ut quæ in sua consistere perfectione, æternitatē'q; retinere nequeāt. Sed quāto indignius Iurisprudētiæ Maiestatem uiolauit arrogans quædā improborū hominū confidentia, cum incredibili auaritia coniuncta: tanto magis omnibus ijs qui uel in honorib. populi, uel fori luce, uel Reipublicæ splendore uersari cupiunt, enitendum erit, ut legum pulchritudinem atque usurpationem dignitate uitæ, morum elegantia, ingenij'q; auctoritate illustrent. Quod igitur medici, qui afflictæ ualetudini suæ opitulari non possunt: aut ij qui uel morbo, uel sensus stupore deprauati, suauitatem cibi non sentiunt, sibi sumunt, ut curationis ac diętæ pręcepta nihilominus cęteris pręscribāt: idem mihi cùm in hac legum artium'q; communium ignoratione, tum etiam officij negle

 ctione,

ctione, sumere ausus fui: ut cui ipse non satis paream, eam cęteris uitæ atque officiorum legem in hac ciuilis iuris usurpatione, indicem, etiamsi uoluntate ac studio propius ad eam sim accessurus. Inscribere igitur T. M. SERENISSIME POTENTISSIMEQVE REX, octo hos libros de Legum usurpatione, & eorum studiis, qui Iurisprudentiæ professionem sibi sumunt, non ea tantum de caussa, quæ tamen permagna est, uolui, quòd uetus hic, & ad immortalitatem gloriæ receptus, etiam Principum uirorum illustribus exemplis confirmatus mos sit, ut literarum monumenta perpetuę commēdationis ergò, non nisi summis ac Principibus uiris dedicentur: sed primùm, quòd ea sit in quodam adhuc ętatis lubrico excelsa & planè Regia naturę tuę indoles, ad omnem laudis prędicationem ac gloriæ æternitatem contendens, nulla ut uirtus sit, quam non ea inductione animi complectatur: nulla ut res sit, cuius quidem efficiendæ potestas homini in tenera præsertim ætate conceditur, quam non Regia tua Maiestas, studii uehementia retinere, cōsilio regere, modestia temperare, uirtute conficere posse uideatur. Cuius exurgentis admirabilisq; uirtutis expectatio, & quædam quasi perfectio, cum sic indies augescat, sic apud omnes gentes uigeat, sic illustri omnium fauore excipiatur, nulla ut eam obliuio seculorum memoria obscuratura, nulla eius splendori allatura finem æternitas uideatur: caussa certè mihi fuit magna, quamobrem has meas commētationes illius Amplitudine atq; auctoritate in maiore quodam discentium fauore retineri cupiam. Deinde, quòd ea sit ciuilis huius sapientiæ cùm præstantia, tum etiam sanctitas quędam, ut Vlpianus existimat, quòd eius propugnatio et fauor publicus neminem magis, quàm optimum quemque potentissimumq; Regem deceat. quādo eædem ferè Regū ac magnorum Principū partes sunt, quæ & ciuilis huius sapientiæ: nimirū ius omnib. æqualiter, seuerè, & diligenter dicere, in eoq; dicendo eam adhibere cùm grauitatē, tum constantiam, quę nec gratia nec odio uarietur, sed conseruetur æquabilis: quæ non solum culpæ, uerùm etiam suspicioni resistat: quę nullius inopiam, solitudinem, ac iniquissimè diuexatam innocentiam populari accessu, tribunali, ac congressioni exclusam, sed etiā ultro in fidem atq; tutelam suā receptam esse uelit: quæ denique in uniuersa Reipublicæ administratione eam retineat moderationem, nihil ut acerbum, nihil crudele, nihil immane, sed potius omnia plena clementiæ, mansuetudinis & humanitatis appareāt. Postremò, quod ad Regum Principumq; uirorum curam præcipuè pertinet, hanc iuris scientiam summa benignitate amplecti, in eaq; addiscenda & pertractanda plurimum operę & studii ponere: propterea quòd nulla sit uirtus,

quæ

quæ eius præsidio non egeat: nulla Respublica, nulla ciuitas, nulla gens, nullum genus hominum, ac ne ipsa quidem rerum natura ac mundus sine legibus stare, aut suam retinere tranquillitatem possit. Atque hæ caussæ cum ad hanc me inscriptionem commouerint, tum uerò Regiæ T. M. adeoq; Reipublicæ uehementer gratulor, quòd diuino ingenio uir admirabili ac multiplici doctrina, pietate uerò singulari præditus, IOANNES CHEKVS, magna animi contentione in hanc diligentiam incumbit, ut quarum rerũ gloria ac laude Reipublicæ dignitas constituitur, quibus eæ artib. comparētur, earum studijs præclaram M. T. indolem informet, ad omnemq; modestiã ac pietatem sic erudiat, ut magna spes omnes nos, qui ueræ uirtutis sensu commouemur, teneat, futurum aliquando diem, quo illud abundantis ingenij flumen in optimarum artium campum excurret, & ea quę uel egregiè inchoata, uel expectationem aliquam maiorem excitãt, in lucem ac splendorem Reipublicæ benè ac sanctè gerendę, proferet. Accipiet igitur R. M. T. hęc mea quãtacunq; sint scripta, qua solet clemẽtia ac benignitate: neq; tam rem ipsam, quæ sanè perexigua est, quàm offerentis uoluntatem obseruantiamq; perpetuam spectabit: quo magis cæteri, qui ingenio, qui eruditione elegãte, qui legum scientia egregiè pręstant, huius Regiæ T. M. clementia atque benignitate ad laudãdarum artium ambitum atq; æmulationem excitentur. Suspicari autem licet in hac cõmuni inuidię peste, ceu lue quadã, nõ de futuros certos aliquot homines, ex friuola, arroganti & inani maledicẽtia concretos, qui sicut in laude ponunt alienę uirtutis obtrectationem, ita etiam sua maledicta in has meas Commentationes conferent. Sed cũ me in hãc doctrinæ rationẽ, non ulla glorię cupiditas, non popularis rumusculi ancupiũ, sed perpetua erga optimarũ artium dignitatem uolũtas deduxerit, cum & naturę & usus sit mei, non alia re magis, quàm officiorum ratione, rectiq; conatus conscientia lætari: feram in æquam bonamq; partem, qualiacunq; etiam iudicia alij sint facturi. Et quoniam in doctrinæ præceptis utendũ mihi fuerat æquabili, quieto & temperato orationis genere: huius autem uarię ac multiplicis doctrinę non eadem stili facies ubique esse, aut à me fingi potuit: ignoscendum erit, si populari oratione, aliquotiens in re populari, etiam ad captum iuuentutis destinata sim usus. Nec dissimulo, breuiorem me nonnunquam, quàm uel res, uel studiorum usus postulare uidebatur, fuisse. Nam cum legum usurpationẽ simplicem tãtum, erudiendis magis moribus quàm linguis ac studijs scribere, non autem longos Commentarios tradere constituissem: cum etiam in pręceptis artium non omnia quę doceri poterũt, tradenda quoq; sint, ne in ipsam illam, quę

discẽtium docilitatem retardat, ac propè offendit, præceptionum affluentiam, & quandam quasi garrulitatem incidamus, sperare licet, huius breuitatis, quæ etiam in præceptis grata est, & commoda multis, faciliorem ueniam: idq; etiam eo magis, quòd uniuersa hæc non eruditis hominibus, sed indoctæ tantum iuuentuti oratione simplici, & rudi (ut aiunt) Minerua sint conscripta. Qua etiam in re optãdum planè mihi fuerat, quod tamen perrarò contingit, maius quoddam ocium, & quædam à ciuilibus causis, à negocijs amicorum, à fori seueritate, à curia Senatus, uacatio: ut eadem, qua cœperam, constantia, inchoatum hoc studium absoluere potuissem: quando uix quisquam ita magno & alacri ingenio reperitur, qui magni & multiplicis operis quid orsus sit, si aliò traducatur, non tam facilè ac pari orationis elegãtia, atque argumenti pulchritudine interrupta, & propè deposita contexere posit, quàm absoluere instituta. Ac proinde cum hęc ita se habeant, neq; ulla re alia, quàm communi uirtutis uoluntate, quæ sola magnis nos pręmijs ad memoriam nostri sempiternam excitat, commotus, hanc informandæ iuuentutis solicitudinem susceperim, ab eáq; me nulla perturbatione, nullo casu infesto, nullo laboris tædio, in quadã occupationum concursatione auelli sustinuerim: cum eorum etiam conatus, qui à cæteris omnibus cogitationibus ad communem studiorum utilitatem se conferunt, etiamsi sperato successu destituantur, uoluntatis tamen præclarę laudem mereri soleant: propterea quòd magnorum sit hominum, quæ cum publico bono cõiuncta sunt, non solum mollitia animi & laborum fuga non recusare, sed ultrò etiam appetere, atq; sibi deposcere: cum deniq; non alij de Republica pręclarius mereri uideãtur, quàm qui in doctrinę studijs, officiorũq; ratione uersantur: ualde atq; omni cum obseruantia rogo, REX SERENISSIME, ut pro incredibili & planè Regiæ Tuæ Maiestatis clemẽtia atq; bonitate, has meas qualescunq; lucubrationes, in Maiestatis tuæ tutelam atq; præsidiũ suscipere, & Omphalium tuum benignè amplecti uelis. Valeat

R. T. M. Datæ Coloniæ, Agrippinæ: Calend. Iulij. Anno M. D. XLIX.

ELENCHVS CAPITVM
Libri primi, De usurpatione legum.

LIBRI SECVNDI.

14 Status

LIBRI QVINTI.

LIBRI SEXTI.

FINIS.

INDEX TITVLORVM HVIVS OPERIS, IVxta seriem Alphabeti.

nostræ

FINIS.

IACOBI OMPHALII DE VSVRPATIONE LEGVM, ET EORVM STVDIIS QVI Iurisprudentiæ professionem sibi sumunt, LIBER PRIMVS.

CONSTITVENDVM IN PRIMIS, QVO' OMNIA bene uiuendi, recteq; faciendi consilia referenda sint. Caput I.

1 *Primæ ætatis,hoc est,eius quam Iureconsulti minorem uocant, inconsulta ferè, & dissoluta animi iudicia esse.*
2 *Omnem uitæ nostræ bene instituendæ rationem in optimarũ rerũ laude consistere.*
3 *Perbeati qui demum haberi soleant.*
4 *Temerè se quolibet disciplinæ genere implicandum non esse.*
5 *Id enim & rerum ignorantis esse,& abiecti animi hominis.*
6 *Difficilem beatæ uitæ electionem esse,in summa rerum optimarum ignoratione.*
7 *Ad certam aliquam in repub. uitam ingrediendam, prius nobis & naturæ nostræ indolem,& rei etiam familiaris rationes examinandas esse.*
8 *Ingenij tarditatem diligentia corrigendam esse,quòd ab illa nihil nobis negetur,á doctrina omnia deferantur.*
9 *Quid quæq; res nobis utilitatis conferant,aut minus,uidere,prudentiæ esse.*
10 *Multam operam in res obscuras atq; difficiles conferre, nullius momenti, & reprehensione dignum esse.*
11 *Id enim nec aliquam laudem quantumuis laboranti adferre, nec fructus ullos repub. dignos parere.*
12 *Ad suam cuiusq; naturam consilium omne referendum esse.*
13 *Nihil á nobis, quod contra naturam nostram pugnare uideatur,expetendum esse.*
14 *Semel delectæ uitæ rationem constanter conseruandam esse, neq; temerè immutandam.*
15 *Mollis esse animi, ignauiæ causa,á rei alicuius studio discedere:& contrà temerarij, maiores uiribus suis res tractandas suscipere.*
16 *Naturæ uim magnam atq; uariam existere.*
17 *In ijs rebus,quæ labore ac diligentia confici queant, nihil eorum prætermittendum esse,idq; etiam ab excellentiore naturæ ui destituto.*
18 *Vitæ rectè instituendæ præcepta nonnulla breuiter collecta.*
19 *Nullum in uita humana excellentius officium esse, quàm rempub. legibus atq; consilio moderari.*
20 *αντίθετοις uirtutibus prædıti, & ignaui hominis.*
21 *Neminem de rebus humanis præclarius mereri eo, qui utilitati atq; bono communi studeat.*
22 *Reipub. commodis nos,uoluptatibus autem natos minimè esse.*
23 *Finis legum studiosorum.*



1 VI ætate prima, cuius inconsulta ferè, & dissoluta esse solet animi ratio, [a]certũ aliquem uitæ cursum, in cuius perpetuitate & æquabili fortuna ocium cum dignitate amplectatur, deligere sibi uelit: eum oportet propositis disciplinis omnibus, hanc potissimum artis uiam ingredi, in qua maior aliquis Reipublicæ splendor, & uitæ dignitas residere uideatur. [b]Nam cum uniuersa ui-
2 tæ nostræ bene ac liberaliter instituendæ ratio ad prestantissimarũ laudem ac gloriam rerum conuerti debeat, [c]cum exiguum nobis uitæ curriculum

a natura,

a l. 1. ff. de Minoribus. 25. an. Bald. in l. si duobus. C. Cõmun. de Legat. l. infans. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs.

b Ex his in hanc rẽ pulchræ præceptiones apud Cic. lib. Offic. 1. & in c. non solum. de Regularib. & transeuntibus, lib. 6.

c Cicero pulchrè in lib. Offic. Chrysost. in lib. de Morib. Speculator in §. 3. tit. de Notorijs criminibus.

natura, immensum uerò gloriæ circumscripserit: cum ij demum perbeati 3
haberi soleant, qui in optima republica, cum & honoribus & existimatione florerent, eum uitę cursum tenere potuerunt, ut uel in publicis functionibus, sine grauiore perturbatione, aut in ocio cum laude ac dignitate aliqua uersati sint,[a] adhibenda in primis diligens præparatio, ut eiusmodi uitæ studijꝗ genus cōstituatur, quod & optimum sit, & quò omnia bene uiuendi recteꝗ faciendi consilia, non infœliciter referri queant. [b] Fit enim 4
ut qui hac siue deliberationis, siue præparationis cura neglecta, temerè se quolibet disciplinæ genere ac uitæ cursu implicat, eius ignobilis ferè ac obscura sit industria, multisꝗ perturbationibus exposita, [c] dum huc illuc tanquam in magna iactatione, sic uitæ studijsꝗ uarietate errans, portu, in quem ex alto inuehat, excludatur. Et qui eiusmodi aliquod studium am- 5
plectitur, quod tamen ab optimo & omni laude felicissimo aliquanto absit, is uidetur non tam uerum & immortale gloriæ iter ignorasse, quàm angusti cuiusdam animi imbecillitate fractus, non id elegisse, quod uel summum est, & retineri animi industria potuit. Docet exemplo Herculis a- 6
pud Xenophontem Prodicus, quàm uaria & propè dissoluta, in quadam rerum optimarum ignoratione, eius sit electio, in quo sequundo & florente uitę curriculo, studia nostra acquiescant. Vni Herculi contigit, sapientissimę deę monitis, quod omnium prǽstantissimum foret, consectari. No- 7
bis uerò in maxima rerum communiumꝗ temporum conuersione, & quadam etiam disciplinę ueteris perturbatione, omnia erunt ad animi iudicium reuocanda: nostri nobis mores, nostri ingenij uis ac naturę indoles, etiam rei familiaris rationes planè erunt cognoscendę & perspiciendę, quo & rectius & consultius quam uitę ac doctrinę uiam ingredi uelimus, quis eius in republica bene ac preclarè gerenda usus esse possit, apud nos constituamus. Nec satis fortasse erit, quod tamen ipsum permagnum est, in deligenda uita ac disciplina naturam consuluisse nostram, cuius uel tarditas, 8
uel mediocritas studij diligētia incitari atꝗ augeri poterit, [d] cum presertim nihil ab illa negatum, nihil non à doctrina delatum est: sed cognoscendum quoꝗ, quis studiorū finis sit, & quas ea allatura nobis sint utilitates. Cum 9
cęteris in rebus omnibus, quarum uel honestate, uel ambitione ducimur, prudentię sit uidere quid conferant: neꝗ ipsa rerum natura aut prǽstantius aut preclarius quicquam nobis dederit, ipsa illa optimarum artium cognitione, non oportet earum nos uim atꝗ præstantiam ignorare. Reprehen- 10
duntur à Cicerone, qui nimis magnum studium, multamꝗ operam in res obscuras atꝗ difficiles conferunt, easꝗ non necessarias. At uulgus hodie discentium, qui uel maiore quadam ingenij ubertate, uel optimorum præceptorum institutione destituuntur, plerunꝗ nescit, quid in unoquoꝗ uitæ doctrinæ'que genere sit hoc ipsum, quod spectare, quod intueri, in quo omnes uigilias, curas atꝗ cogitationes confixas habere debeat. Atꝗ hac 11
cura animiꝗ prouisione deposita fit non rarò, ut cum plerịꝗ nullo certo animi iudicio, aut doctrinę proposito, magnis se studiorum difficultatibus debilitauerint, nullam tamen ingenij laudem aut ipsi consequantur, aut magnum aliquem & necessarium doctrinę usum ad rempublicam referre queant. Itaꝗ etsi difficillima sit huius rei in tenera maximè ætate, & iudicij recti inope deliberatio, propterea quòd ad suam cuiusꝗ, ut Cicero ait, natu- 12
ram consilium sit referendum, alius alio uitę ac disciplinæ genere magis delectetur: & quarum rerum laude ac gloria ducimur, earum commoditates non animi iudicio, sed amore emetiamur: adhibenda tamen hæc cura in tota uita ac doctrinæ ratione constituenda, ut nihil contra naturam, 13
cuius

a 23. quæstion. 5. c. regum officium est. & c. ad ministratores. c. suscepti regiminis. de Election. in extrauag. & c. fundamenta. de Election. lib. 6 exempla quoque in hanc rem passim extant.

b c. non solum. de Regularibus et transeuntibus. lib. 6. c. ubi periculum. de Elect. lib. 6.

c 2. quæst. 1. c. Deus omnipotēs clement. pastoralis cura. de sent. & re iudic. Cic. libro primo Offic.

d Diligentia naturæ uim artiumꝗ studia excitari. Speculator in tit. de Aduocat. §. 5. uers. cōmendet autē. et §. 9. uersic. item caueat. Clement. 2. §. 1. ibi Cardin. de Sepultur. Ambrosius pulchrè in lib. de Ioseph.

13 [a] cuius uis maxima eſt, nihil ſupra fortunam aut etiam ualetudinẽ, quæ o-
mnibus magnis ſtudijs adfert tum conſtantiam, tum alacritatem, nihil de-
nique contra quàm deceat, aut expetamus, aut nobis ſumamus: [b] retinea-
14 musq́ eam, quæ ſemel delecta eſt, uitæ ac ſtudij conſtantiam, ut uel nobiſ-
metipſis in quadam perpetuitate, ſine ulla officiorum neglectione conſti-
tiſſe, aut non temerè commutationem feciſſe uideri queamus.

Nec ſolum hæc, quam diximus, excitanda nobis erit animaduerſio, ut
naturæ noſtræ genium propenſionemq́ obſeruemus, uerumetiam quanta
res ſit illa, quam efficere uolumus, expendendum erit, ne uel maior uel mi-
nor à nobis cura, diligentia, atq́ induſtria, quàm rei magnitudo poſtulat, ſu
15 ſcipiatur. Nam ſicut anguſti, & ſupra modum mollis eſt animi, quod ſtu-
dij uehementia ac induſtria aſſequi poterimus, idipſum propter ignauiam
aut puerilem deſperationem abijcere: ita temeritatis eſt confidentis, eas res
ſuſcipere, quarum magnitudini conatus noſter non ſit ſuffecturus. Conten
dere autem contra naturam uniuerſam, eamq́ ab illo ipſo, in quo uis eius, ſi
ſumma ſit, eminere, aut ſi mediocris contigit, excoli arte poterit, in aliud, ad
quod minus idonea ſit, conuertere, uehementer eſt abſurdũ: quando ſicut
in hac ingeniorum innumerabili uarietate ſua cunctis impreſſa eſt idea, &
quædam naturæ ſ[illegible], cuius ui ad ea quæ cognata uobis ſunt, ferimur: ab
alijs autem, quæ cum genio ac propenſione noſtra pugnant, tanquam ſco-
pulis abducimur: ita nihil rectè fieri, aut etiam decere poteſt, quod cum na-
16 tura pugnet noſtra. Cuius ea in rebus omnibus admirabilis quædam uis
atq́ poteſtas eſt, ut ſi bona ſit, ipſa per ſe ualeat, nullis externis præſidijs ad-
iuta. Si cõtrà implacabilis, aut ab illo ipſo, cui deſtinatur, abhorrens, etiam
eam mediocritatis gratiã amittet, in qua ſepe laudata uirtus fuit. [c] Ac proin-
de utiliſsimum erit, hanc preparationem ſtatim adhibere, ut noſtri nobis in
genij, natureq́ ratio cõſtet: ut ſi ea liberalior ſit, ad omnem ingenij laudem
ac doctrine gloriam contendens, nihil earum rerum pretermittamus, qua-
rũ ſpe atq́ emulatione uerã ac ſempiternã gloriæ uiam ingredimur. Si me-
diocris contigerit & temperata, amplectamur eam quoq́ benignè: conten
ti eius nos beneficio in aliqua ſaltem laude preter ceteros eminere. Si pror
ſus implacabilis ſit, & ad eas artes perdiſcendas inepta, quarum aliqua for-
taſsis fundamenta à nobis iacta ſunt: transferendus animus ad aliud ſiue ar
tis ſiue uite ſtudium, in quo natura magis noſtra conualeſcit.

Non tamen committendum erit, ut ſi nature illa & ingenij ui excellẽtio
re, & quadam altitudine deſtituamur, idcirco ſpes noſtra concidat, aut lan-
gueſcat induſtria. Quin potius eo magis enitendum, ut quem opt. max.
Chriſtus ad maximarũ rerum cognitionẽ, uite laudem ac dignitatem con-
17 ſequendam animum uobis dederit altum & erectũ, omnia tentemus, que
confici diligentia ac laboris contentione poſsint: quando in uniuerſa rerũ
natura nihil ferè tam arduum ac difficile eſt, quod nõ labor molliat, ars per-
poliat, uincat autem induſtria: ipſa etiam ſpes bona & emulatio ad ſperatũ
ſucceſſum prouehat. Extant pulcherrime in hanc rationem præceptiones
apud M. Tullium Ciceronem, Fabium Quintilianũ lib. duodecimo, capite
ult. & Rodolphum Agricolam Phriſium, lib. de Formandis ſtudijs: quib.
uelim iuuentutẽ diligentiſsimè informari. Nec mihi in hac ingenij medio-
critate, & maiore quadam iudicij inopia hoc ſumo, ut quod in uniuerſum
optimũ ſit, & bonis omnibus optabile, breui hac cõmonitione definiam.
Sed quemadmodũ ſummi gubernatores in magnis tempeſtatib. à uectori
bus uitandi periculi cauſſa admoneri ſolẽt, & clariſs. medici egrotantis con

a Scribit in hanc rem quædã Seneca ad Lucilium, monẽs eandem uitam tenendam eſſe, quam natura præſcripſit, et Horat. in Arte poetic. Tu, inquit, nihil inuita dices, faciesq́ Minerua.

b Decorum ſemper et ubiq́ ſpectandum. l. ſed licet. ff. de Offic. præſid. exempla exſtãt in l. ex imperfecto. de Legat. 3. et l. filius ff. de conditionibus inſtitutio. et l. obſeruandum. ff. de Offic. præſid. et l. ſi tibi filius. ff. de Adopt. Ad hunc etiam modum Cic. ſcribit lib. primo de Legib. non eſſe quenquã gentis ullius, qui ducem naturam nactus, ad uirtutem uenire non poſſit.

c Conſilium auctoris.

Pulchrè Horat. Epiſt. li. 1. ep. 1. Nõ poſſis oculo, inquit, quantum contendere Lynceus, etc. & Vergilius in Georg. Labor, inquit, omnia uincit improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.

Ad iſtũ ferè modũ imperator et reliqui iuriſcoſſ. monẽt, imbutis ſtudia quibuſcũq́ etiã præceptionib. inualida eſſe. ut in Proœm. ff. uet. et l. 2. §. iur. ciu. ſcientiã. ff. de Orig. iuris.

ſilium ſæpe ſequuntur: ita ignoſcendum mihi puto, ſi conſilium meum illis dare uidear, qui ipſi ad omnem animi prudentiam, cùm natura, tum ſtudio ſatis ſunt informati. Malo enim, cum iuuentutis ſtudijs ſim gratificatus, nimiũ & propè pueriliter curioſus uideri, quàm ulla in officiorũ parte negligens.

Et ſane breues hæ uitæ ſtudijq́ formandi præceptiones eſſe poterunt: 18
primùm ut mens noſtra ſacris literis, æternaq́ illa philoſophia imbuta, ſtatim Deum agnoſcere, [a] in eiusq́ prouidẽtiam curas ac ſolicitudinem ſuam ponere, nihil expetere quod non idem honeſtum ſit, [b] æquabile ius in ſumma uitæ innocentia cum omnibus ſeruare diſcat: [c] deinde ut in earum rerũ ſtudia incumbat, quarum eſt dignitas omnis cum reipublicæ ſplẽdore coniuncta. Poſtremò, ut quemadmodum Chriſtus ſe pro omnib. nobis expoſuit, ita mens ingenua omnibus ſe in omni honeſto officiorũ genere promptam, expoſitamq́ exhibeat: exiſtimetq́ in cõmune nos natos eſſe, ut omnibus omnia honeſta, ac liberali officij religione commoti faciamus.

Si quis etiam conſilium hic requirat meum, etiamſi magna eſt ingenuarum artium omnium dignitas cum pergrata utilitate coniuncta: facilè ta- 19
men adducor, cùm ipſius iuſtitiæ amore, tum uerò excellentium uirorũ cogitatione atq́ exemplo, ut iudicem uix ullam uirtutẽ maiorem eſſe, aut officium excellentius, quàm rempub. legibus ac conſilio gubernare: & quarum rerum laude ac pulchritudine eius dignitas retinetur, in earum ſtudia, magna animi laborisq́ contentione incumbere. Vt enim excellens & ad- 20
mirabilis quædã uirtus eſt eius hominis, qui omnes ęgras, labentes, & propè depoſitas reipub. partes in fidem ac tutelam ſuam recipit, qui ciuitates legibus, æquitate, conſilio & auctoritate gubernat: qui nulla re alia, niſi utilitatis communis ſtudio commotus, uitæ curriculum in defendẽdis optimorum ciuium fortunis conſumit ſuum, qui & dignitati ſeruiendũ, & reipub. conſulendum putat: ita ignaui eſt hominis, & omnem ueræ gloriæ ſplendorem refugientis, nihil ſtudij, nihil induſtriæ, nihil operum ac facultatum in utilitatem communem conferre: quando non alius de omnibus rebus hu- 21
manis præclarius meretur, quàm cui bonum commune cordi eſt. Quid enim ex omnibus humanis operibus ſumi poterit illuſtrius, quàm omnem ingenij uim, omnem induſtriæ ac doctrinæ uſum in cura reipublicæ conſigere, eiusq́ uice commoueri: in defendenda ciuium ſalute, in laude ac gloria quærenda, non laboris contentione frangi, non labefactari periculi tempeſtate, non ſpe aut metu de ſuo curſu dimoueri, ſed omnia uitæ inſtrumenta ad rempublicam referre: hoc ſpectare, hoc intueri, hoc facere, quod omnibus bonis maximè eſt optabile, & cum publico ocio, publica dignitate cõiunctum. Magni hæc operis, & raræ cuiuſdam gloriæ fortè uidebuntur. Sed nos tamen, qui communem naturæ ſenſum retinemus, qui in laude ac uirtute uerſari cupimus, qui etiam longius quàm uitæ noſtræ anguſtiæ circumſcriptiq́ termini ſuſtinent, ſpe atq́ animo de gloria æternitate cogitamus, meminiſſe oportet, non ignauiæ, non uoluptati, ſed laudi ac gloriæ, 22
præcipuè uerò reipublicę augendę ac conſeruandę natos eſſe, in eaq́ propugnanda, omnia quę accidere poterunt, eſſe parui ducenda. Hęc autẽ omnia cum plena ſint honeſtiſsimę dignitatis, & cum eius officio coniuncta, qui iuris publici ac priuati exercitationem ſibi ſumit: facile apparet, quam uitæ ſtudijq́ rationem ingrediantur, quid utilitatis in rempub. conferant, qui in optimarum legum ſtudio atq́ uſurpatione induſtriam ponunt ſuam. Quod qui faciunt, hunc ſibi finem proponere, eò curſum ſuum dirigere de- 23
bent, ſuum ut unicuiq́ tribuant, conſeruentq́ omnibus in cauſsis ac rebus uſitatam atq́ legitimam æqualitatem.

Præceptiones uitæ, ſtudijq́ informandi.

[a] Agnitio Dei perfecta iuſtitia eſt. Sapient. 15.

[b] l. ſemper. ff. de Ritu nupt. & de Regulis iur. l. non omne. de Regul. iur. extatq́ pulchrum exemplum in l. hæc ratio. ff. de Donat. inter uirum & uxorem.

Imperator pulchrè in initio proœmij ff. ueteris. & fac. l. nam ſalutẽ ff. de Offic. præfecti uigilũ. Clement. paſtoralis cura. de Sent. & re iudic. c. ſuſcepti regiminis. de Election. in extrauagant. & d. c. fundamẽta. de Election. lib. 6. et c. regũ officiũ, et adminiſtratores. 23. quæſt. 5.

Docẽt hoc ipſum deſcriptiones illæ officiorũ tot. tit. ff. & C. item titulus de Adminiſt. rerum ad ciuitat. pertin. item prætorum edicta de loc. publ. fruend. de uia & itin. public. refic. itẽ, ne quid in flum. public. &c. extat pulchra in primis gloſſ. in c. cũ contingat. de iureiurand. quã Dominic. in c. ut animarũ. de conſtit. li. 6. allegat.

[c] l. iuſtitia. ff. de Iuſtit. & iure. c. diſciplina. c. omnis qui iudicat. diſtinct. 45. c. regum officium. 23. quæſtio. 5. c. 1. de Sentent. & re iudic. q.

VT NATVRALI INDVLGENTIA, ITA IVRIS SOcietate omnes facile continentur. Cap. II.

1 *Omnes homines, modò à communi uiuendi ductu non sint alieni, natura æqui boniq; amore maximè affici.*
2 *Iuris societatem omnibus in rebus æqualitatem quandam conseruare.*
3 *Multa hominibus cum brutis communia esse: ea tamen quæ horum sunt, minora existere, quàm illorum, quòd iustitia careant, qua uitæ æqualitas cōstituitur, & concordia retinetur.*
4 *Ea iura, quæ à nonnullis naturalia, ab alijs gentium appellantur, hominum mentibus, tanquam rationis, prudentiæq; semina quædam insita naturaliter esse.*
5 *Cum Deus opt. max. cæteris animantibus aduersus omnem impetū munita generari dederit: homini, qui nudus nascitur, in horum munimentorum locum rationem dedit, atq; æqui boni notitiam.*
6 *Honestè uiuere fundamentum perpetuæ famæ atq; fœlicitatis esse: quòd sine hoc nemo rectè laudari queat, ipso Cicerone teste.*


Agna est, & admirabilis naturæ uis atque potestas: quæ sicut homini, tanquam principi animantium, cum reliquas bestias atque bruta ad pastionem abiecerit, suam rationem, scientiam, uirtutum'que omnium cognitionem attribuit: ita ea uim suam in ijs rebus, quæ uel expetendæ, uel fugiendæ sunt, præcipuè ue
1 rò in colenda iustitia explicat. [a]Nam omnes qui communi naturæ sen-
su commouemur, qui ueræ gloriæ ac laudis cupiditate trahimur, qui in his
circumscriptis uitæ regionibus etiam longius, quàm mortalitatis nostræ
ratio sustinet, de nominis æternitate, spe atque animo cogitamus, maximè
afficimur æqui & boni amore: [b]neq; ulla perinde re ad tuendam ac retinen
2 dam ciuilis uitæ coniunctionem impellimur, atque ipsa illa iuris societate:
quæ uel sola efficit, ut quod quisque iuris in alium constituit, eo ipse uta-
3 tur, [c]retincatq; omnib. in rebus ac causis æqualitatem. [d]Reliqua animan
tia quæ ratione perfecta carent, natura uoluit ea consectari, quæ ipsis cogna
ta essent, nec ita multum à communibus uitæ actionibus abhorrentia: cu-
iusmodi ferè sunt, coniunctionem atq; societatem uitæ appetere, eamq; mu
tuis officijs tueri, amore atq; indulgentia in coniuges atq; fœtus affici, cōue
here sibi alimenta, contra uim atq; temporum iniurias latibula atque per-
fugia sibi quærere: nec obseruare solum, sed etiam fallere hominum insidi-
as. Quæ omnia etsi admirabili naturæ indulgentia atque benignitate ad tu
endam & conseruandam uitam concessa uideantur, sintq; homini cum bru
tis communia: quia tamen iustitia carent, minora sunt, quàm quibus uitæ
4 æquabilitas constitui, uel retineri concordia posit. [e]At eadem natura ho
mini, tanquam præcellenti animanti, & alta mente prædito, insevit maiora
quædam rationis prudentiæq; semina, quibus informatus intelligeret, non
solum contra naturam, quæ cognationem inter nos constituit, [f]& planè
nefas esse, hominem homini insidiari: uerumetiam ad suam curam atq; soli
citudinem pertinere, uidere nimirum, [g]ut omnes qui reipublicæ tranquil
litatem saluam & incolumem esse cupimus, eodem iure utamur: ut in pu-
blicis priuatisq; rebus, integrè, castè, seuerè, atque ita uersemur, ne cuius-

a Ad hunc modum Cic. li. 2. de Leg. naturā scribit legis normā atq; regulā esse. b l. in summa. ff. de Aqua pluu. arcend. l. placent. C. de Indic. extant exempla huius in l. si tibi pecuniam. et l. si me & Titiū. ff. Si cert. petatur. in l. 1. ff. ad L. Pomp. de parricid. l. diuus Antoninus. ff. de In integ. rest. etc. c tot. tit. ff. quod quisq; iur. in al. d c. nouit. ext. de Iudic. & regul. iuris. In indicijs. c. cū inter. ext. de exceptionib. l. si cū dies. §. si arbiter. ff. de Recept. arbitr. et regul. iuris. nō licet actori. l. prouidendum. C. de postuland. gloss. singularis in Clem. 1. de testibus. Porrò Zasius tit. de controuers. feudalibus, scribit iustitiam moralem in æqualitate iudiciorum positam esse. e Seneca in lib. de Benefic. scribit omniū uirtutum semina ipsam naturam nobis insæuisse. f l. 1. §. 1. l. ut uim. ff. de Iustit. et iure. g Vtilitatibus hominum propter cōmunem naturæ cognationem seruiendum esse. exemplum in l. 1. §. idem aiunt si aqua. ff. de Aqua pluu. arcend. et l. 2. §. item Verrus. ff. eod. tit. Bartol. & Doctor. in l. 2. in uersic. nec cogitur. ff. Solut. matri. quomodo dos. et repetit l. quo minus. quæst. 5. ff. de Fluminib. l. 1. §. licet autem. ad finem. ff. de Peric. et commod. rei uendit. et ibi notata ad uersic. quàm minimo. & l. seruus. ad finem. ff. de Seruis exportand. l. Nepos Proculo. & ibi Bartol. ff. de Verbor. signific. etc.

quam uel dignitatem, uel fortunas contra iustitiam labefactemus: aut ciuilis huius uitæ coniunctionem, quæ mutua beneuolentia, mutuis officijs, mutua animorum uoluntate ac consensione retinetur, ullo flagitio uiolemus: maximè uerò, ut iustitiam, sine qua nulla Dei agnitio, nulla florens felixq́; respublica, nulla deniq; uitæ ciuilis societas constare potest, publicè priuatimq́; amplectamur & colamus: ad eamq́; omnes nostras actiones conformemus. Bruta enim & barbara, etiam crudeli immanitate conferta sunt omnia, quæ iustitia carent. Ac proinde cum cætera animalia, quæ ra- 5
tione carent, naturalibus munimentis aduersus omnem incursum ac pericula tuta ferè ac defensa generentur, unus autem homo nudus in nuda humo ad lacrymas ac miserias abijciatur: uoluit nimirum maximus ille rerum artifex Christus, solus ut rationis atq; scientiæ capax, bene etiam ac liberaliter à natura informatus, iustitiam coleret, æqui & boni notitiam profiteretur, eò cursum suum dirigeret, ut cum suum ius æqualitate seruata, cuique
In lib. 1. Offic. tribuat, tum uerò ipse honestè uiueret: quod ipsum Ciceroni fundamen- 6
tum perpetuæ commendationis & famæ dicitur, & sine quo nihil esse potest uel laudabile, uel dignitate præstans.

NIHIL PRAESTABILIVS AD BENE BEATE'QVE VIuendum, quàm intelligere, ad iustitiam colendam natos nos esse: ipsumq́; ius natura fore constitutum. Cap. III.

1 *Lege naturæ optimum quenq; ad amplectendam iustitiam excitari.*
2 *Eadem nos ad communia mutuaq; officia nasci.*
3 *Quò factum sit, ut semper uiri uirtute & consilio præditi extiterint, etiam cum humanum genus nondum certo legum tramite gubernaretur, qui uitam hanc nostram ad iustitiam traducendam iudicarint.*
4 *Legem enim hanc naturæ, multifariè animis nostris inserere uirtutum semina.*
5 *Ad quam nisi ueri Dei accedat cognitio, perfectum iustitiæ amorem consistere non posse: qui sine hac esse nequeat, neq; hæc absq; illo stare.*



Lib. 1. de Legib. et cōprobat eandem sententiam lib. 2. de Leg.

Aturæ lege optimum quemq; ad amplectendam & colen- 1
dam iustitiam excitari, uel ex eo apparet, quòd magnus ille reipublicæ bene gerendæ princeps M. Tul. Cicero, alicubi scribat, ius ipsum non opinione aliqua, sed natura constitutum esse, quæ ut breuissimum nobis uitæ cursum, gloriæ uerò immensum ac sempiternum dedit: ita eadem legem quandam communium 2
uirtutum atque officiorum animis nostris inscripsit, ad quam non docti, sed nati: non maiorum præceptis instituti, sed naturali iure imbuti sumus: qua commonemur, ut utilitate publica seruata, omnia nostra officia ad dignitatem, atq; reipublicæ splendorem referre, neque ex omni rerum natura quicquam, præter solidam ueramq́; laudem, ac rectè factorum gloriam expetere magnopere uelimus. Sed tamen, hęc naturæ lex magnos & admirabiles iustitiæ uirtutumq́; omnium amores in animis nostris excitat: quotiens ad eam accedit doctrina, & uita perpolita, quæ & reipublicę consulendum, & officij nostri rationem in omni uita, non autem commodi ducendam esse nos commonet. [a] Ac proinde etsi quodam tempore homi- 3
nes immani acerbaq́; natura, nōdum descripto iure, neq; editis duodecim Tabularum legibus, fusi ac dispersi per agros, licere sibi putauerint, quicquid uel manu, uel uiribus unusquisque sibi rapuisset, ut hoc ipsum retineret: semper tamen extitere præstanti consilio & uirtute uiri, qui uitam doctrina aliqua perpoliendam, traducendamq́; ex immani illa feritate ad iustitiam

Pulchrè idem Cicero li. 2. de Fin: bonor. et malor. et in Orat. pro P. Sestio.

a d. l. 2. §. item Var. ff. de aqu. plu. arcend. et d. l. nepos Proculo. ibi Bartol. ff. de uerbor. sign. l. 2. ibi Alberic. et Angel. ff. de seruitut. rustic. præd. Iason in l. rescripta. num. 5. C. de precibus imper. offerēd.

ſtitiam atq; manſuetudinem eſſe iudicarunt. [a] Et Fabius Quintilianus re-
fert, etiam inter prædones & fures olim, cum nondum reſpublica legibus
fundata ac conſtituta moribus eſſet, cum pleraq; multa non ratione, ſed li-
bidine gererentur, naturalem quandam ſiue iuſtitiam ſiue legem in homi-
num animis fuiſſe inſcriptam, quæ unumquenq; commoneret, quid expe-
4 tendum uel fugiendum foret. Naturæ igitur lex prima innocentiæ uirtu
tumq; omnium ſemina animis noſtris inſeuit. Hæc ipſa primùm inſtituit
humanæ uitæ ſocietatem, maris atq; fœminæ coniunctionem, liberorum
cùm procreationem, tum educationem. [b] Hęc docuit, ut Deum religioſe
colamus, parentibus ac patriæ pareamus, [c] ab alienis nuptijs, alienis poſſeſ
ſionibus & fortunis affectus manusq; contineamus. [d] Hæc deniq; natu-
rę lex in omni nos honeſto & liberali officiorum genere retinet, commo-
netq; noſtri memoriam non cum uita deponendam, ſed cum omni poſte-
ritate adęquandam eſſe.
5 Ad hanc tamen naturę legem, uitamq; perpolitam, etiam communiori
bus literis excultam, proximè accedere debet ipſa illa Dei agnitio, quę prę
cipuum iuſtitię amorem excitat, & ita cum iuſtitia coniuncta eſt, ut inde di
uelli nequeat: quando nec iuſtitia ulla eſt, quę à Dei cognitione abſit: nec
agnitio Dei, quę iuſtitia uacet.

a Scribunt in hanc ſententiam quędam Ambroſius in li.1. de Paradiſo c. 8. Auguſtin. in Ioanne tractatu 49. c. 2.

b l. 1. §. huius ſtudij. uerſic. ius naturæ. l. ut uim. ff. de Iuſtit. & iur.

c l. ueluti. ff. de Iuſtit. & iure. l. nec quicqud. §. de plano. ff. de Offic. proconſ. & legat. Lactant. lib. 5. cap. 6.

d tot. tit. C. & ff. de Adult.

MAGNVM ESSE IVRISPRVDENTIVM VSVM IN BENE morata, ac bene conſtituta ciuitate. Cap. IIII.

1 *Leges ciuitatum neruos eſſe: quò fiat, ut earum periti has optimè moderentur.*
2 *Vtpote quorum actiones omnes (niſi ab officij religione declinent) cum reipub. ac ciuium ſalute ſint coniunctæ.*
3 *Maximum atq; utiliſſimum uſum eſſe eius hominis, qui omnes reipub. partes tanquam in ſuam tutelam recipit.*
4 *Hinc apparere, quàm neceſſarius ſit uſus uirorum iuriſperitorum in repub. ad tranquillitatem ciuium conſeruandam.*
5 *Hunc enim multiplicem atq; uarium eſſe, atq; ob id latè patère.*
6 *M. Cato quamobrem in primis laudatus ſit à ſuis.*
7 *Alexandri Seueri imperatoris perprobatus mos in iure dicendo, ob iureconſultiſſimorum uirorum adhibitionem.*
8 *Quò fiat, ut omnis eius rerum geſtarum gloria illis accepta feratur.*

1 SIcut leges ciuitatis ſunt nerui, & tanquam ciuilis coniunctio-
nis uincula, [e] quibus obſtricti homines ciuilis uitę ſocietatem
coniunctionemq; tuentur: ita nulli ex hominũ genere uiden-
tur aut aptiores aut utiliores regendis ciuitatibus, quàm ij qui
2 legum intelligentia ceteris egregiè antecellunt. [f] Nam & horũ actio om
nis, quę quidem ab officij religione non declinet, cum reipublicę ſplendo-
re, cum ciuium incolumitate ac ſalute, tum ampliſsimarum rerum dignita-
te ac gloria eſt coniuncta. Et quotiens legum uim, quę omnis honeſtatis
ęquitatisq; pleniſsima eſt, in publicis ac priuatis rebus uſurpãt: totiens de-
clarant, quę uitę, quę morum, quę actionum omnium haberi ratio debeat.
3 Neque enim ullius hominis maior, quàm eius uſus dici poteſt, qui omnes
reipublicę partes, uiſcera atq; membra in fidem atq; tutelam ſuam recipit:
qui religionem, qui magiſtratuum poteſtatem, qui auctoritatem ſenatus,
qui leges, pretorum edicta, ſenatuſconſulta, plebiſcita, morem maiorum,
iudicia, iuriſdictionem, fidem, pacta, legitimasq; conuentiones tuetur atq;
conſeruat: eamq; exercet beneficentiam, quę latiſsimè (ut Cicero ait) ex
omni

e Vide diſtinct. 1. c. conſuetudo. uerſic. porrò. & diſtinct. 9. c. ſana. & diſtinct. 10. c. non licet. et diſtinct. 4. c. erit autẽ lex. & 15. quæſt. 3. c. inter cętera. & 25. quæſt. c. omne quod irreprehenſibile.

Pompon. in li. 2. §. poſt originẽ. ff. de Orig. iur.

Reipub. membra.

f Iuſtinianus in Procemio. ff. §. ult. Pompon. in l. 2. §. poſt originem. & §. his legibus latis. ff. de Orig. iur.

omni officiorum genere patet, ipsaq́ꝫ illa gratificandi consuetudine exerci-
tatiores nos ad bene merendum de omnibus rebus humanis facit. Itaq́ꝫ 4
cum nulla uitę tranquillitas, nulla rerum gerendarum gloria, nullus floren
tis reipublicæ status sine iustitiæ, sine legum, sine iuris usurpatione consta-
re potest: consequens est, magnum & necessarium, in conseruanda ciuium 5
tranquillitate usum esse iurisprudentium. [a] Hi enim ciuitates legibus fun-
dant, & constituta republica, omnia animi ac corporis instrumenta, ad au-
gendam & conseruandam salutem publicam conuertunt. Hi de maximis
rebus consultaturi, nō quod libido suadet, sed quod religio, quod lex, quod
æquitas postulat, cæteris rectè præcipiunt. Hi deniq́ꝫ in publicis & priuatis
iudicijs, cuncta quæ in controuersiam adducuntur, legibus & æquitate de-
finiunt. Quo etiam maior gratiorq́ꝫ horum est opera multis, & ad obstrin-
gendos beneficijs homines uehemēter accommodata: propterea quòd in
iure cauere, ut ait Cic. [b] consilio iuuare, atq́ꝫ hoc scientię genere prodesse q́ꝫ 6
plurimis uehementer & ad opes augendas pertinet, & ad gratiā. Et idem
scribit, [c] M. Catonem ob id maximè laudatum esse, quòd multarum rerum
usum haberet, multaq́ꝫ eius & in senatu, & in foro uel prouisa prudēter, uel
Ab exemplo. acta constanter, uel acutè responsa referrentur. Porrò ex omnibus rebus 7
quas quidem admirabili cum laude ac uirtute Alexander gessit, nihil sum-
ptum uidetur uel illustrius ad dignitatem, uel præclarius ad nominis glo-
riam sempiternam, uel magnificentius ad retinendam ciuiū concordiam,
quàm quòd in ciuium sociorumq́ꝫ causis iure ac æquitate definiendis, eo-
rum uteretur industria, qui ciuitatis descriptiones, leges ac cōsuetudines co
gnitione animi atq́ꝫ memoria haberent pertractatas, qui rempub. consilio
regere, modestia temperare, integritate tueri, & auctoritate conseruare po
tuerunt: quorum spectata & nobilitata uirtus non solum natura corrobora
ta, uerumetiā disciplina uidebatur. Quod tanti imperatoris studiū, cum 8
& florenti rerū successu, & multitudinis consensione uehementer cōproba
retur, rogaretq́ꝫ Constantinus Magnus quid esset, quamobrē Alexander
homo alienigena, Syrus & adolescēs, princeps optimus iudicaretur, cum
tamen alij Italici sanguinis principes, ut Tiberij, Caligulæ, Claudij, Nero-
nes, Galbæ, Othones, Vitellij, Domitiani, Commodi, Rom. imperij digni
tatem amplitudinemq́ꝫ impio scelere fœdassent: responsum, hanc rerū ge-
starum laudem illis acceptam ferendam esse, quorū Alexander usus est con
silio. Exempla penè sunt infinita, & multis rationibus comprobata: quibus
declaratur, magnum & præstantem in omnibus caussis ac rebus esse opti-
morum iurisprudentium usum.

[a] d. l. 2. §. post originē. ibi Doctor. ff. de orig. iuris.
[b] In lib. 2. Officiorum.
[c] In dialogo de Amicitia.

BENE DE REPVBLICA MERERI, QVI doctrinæ suæ usum ad usurpanda iustitiæ legumq́ꝫ studia conuertunt. Cap. V.

1 *Inter cæteras uirtutes iustitiam omnium latißimè patère, quòd illas suo ambitu quasi complectatur.*
2 *Iustitiam ab æquitate separari non posse, nec uiceuersa.*
3 *Iustitiæ caput pietatem esse, fundamentum fidem.*
4 *Iuris professores de moribus præcepta tradere optimè posse.*
5 *Aureum seculū à maioribus nostris illud dictū esse, quo iustitia uiguerit atq́ꝫ regnarit.*


Tsi ea sit uirtutum omnium & cognatio & utilitas, nulla ut
sit, ex qua non plurimum emolumenti ad rempublicam
confluat: latißimè tamen patet, gloriosa illa rerum ac ciui- 1
tatis gubernatrix iustitia. quæ sicut reliquas uirtutes, quarum
uel dignitate afficimur, uel trahimur laude, suo quasi ambitu complectitur:

ita nulla

ita nulla honesti forma, nulla rerum expetendarum aut fugiendarum ratio iniri potest, quæ non iustitiæ explicatione contineatur. Explicat enim illa & declarat, quid sit natura homini tributum: quam uim rerum optimarum
2 mens humana contineat, quæ sit uirtutum omnium cognatio. Neque enim à iustitia abesse potest æquitas, [a] quæ & legitimam quandam in caussis ac rebus omnibus seruat æqualitatem, & ipsum iuris rigorem sententiæ
3 benignitate moderat. Neq; eadem iustitia carere potest pietate, propterea quòd ea caput iustitiæ sit, [b] referente Lactantio: & qua Deum nō agnoscamus solum, uerumetiam cum eo coniungamur. Ad quas uirtutes accedunt, fides, quam Cicero [c] fundamentum iustitiæ appellat: misericordia itē, temperantia, probitas, innocentia, humanitas, & illiusmodi aliæ uirtutes:
[d] quas & animo tenere, & in rebus gerendis sustinere eum oportet, qui uel in optima rep. & rerum gestarū gloria florente, iustitiam profiteri, uel ægrotę ac propè desperatę reip. iudicijsq; publicis nocentissimorum hominum uitio ac turpitudine corruptis, remedium adferre, qui caussam publicam in genij consilijq; magnitudine tueri, ciuium salutem, sociorum ac prouincia-
4 rum commoda, uim legum ac grauitatem iudiciorum defendere cupit. Et cum prudentiæ pars præcipua sit, tenere, & in cōmunem usum referre pręcepta de moribus, nec alius rectius morum præceptiones tradit, quàm qui iuris professionem sibi sumit: dubitatio nulla est, quin & ij bene & præclarè de republica mereantur, qui doctrinæ suæ usum ad usurpanda iustitiæ le
5 gumq; studia conuertunt. Maiores nostri ea secula, quibus iustitia præfuit, aurea esse iudicabant, propterea quòd eius beneficio tranquillitas publica retinebatur. Cōtrà uerò, ubi ea hominum uitijs offensa, in cœlum migrans, à terris cessit: ibi omnia funestæ coniurationis flamma exarserūt, omnia bello, ciuiū sanguine ac cæde fœdata sunt: ut hinc etiā appareat, quantas commoditates in rempublicam conferant, qui eam legibus fundant, ac tuentur iuris æqualitate.

IN PERDISCENDO IVRE MENTEM ESSE ad optimarum legum uim conformandam.

Caput VI.

1 *Erga bene de repub. meritos, benigno nos studio affici: contra malè, aut nihil meritos, nequaquam.*
2 *Ab eo quod profiteamur, minimè nos alienos esse debere.*
3 *Id quod alijs præcipimus, à nobis in primis obseruari debere.*
4 *Cum sancta res sit iurisprudentia, conuenire, ut & eius studiosus, sanctos atq; incorruptos mores sibi assumat.*
5 *Multum præstare, patriæ consuetudines, ac instituta maiorum percalluisse.*
6 *Vitiosum magistratum non solum reipub. obesse, uerumetiam iustitiæ maiestati notam inurere.*
7 *Quare illi semper considerandum esse, quam personam uel ipse gerat, uel à republica sibi impositam sustineat.*
8 *Sicq; futurum, ut innocentiam amplexatus, aliena crimina rectius reprehēdere possit, atq; omnia pro rerum personarumq; qualitate constituere.*



Onstituto iam uitæ studijq; genere, si hoc iurisprudentiæ sit, præcipua eius qui iurisprudēs esse & haberi uelit, cura atq; cogitatio in hoc configatur, ut ingenij uim, naturæ indolē, atq; doctrinę usum ad optimarum legum pulchritudinē excellen
1 tiamq; ettingat atq; cōformet. [e] Incredibile enim dictū est, quanta ęmulationis cupiditate in eum feramur, cuius multa & pręclara extant in rem-

b publicam

d l. 1. ff. de iustit. & iur. Speculator in Procem. uers. Hoc igitur. Ambros. de Officijs. Aristot. lib. Polit. 3. cap. 7. et Cic. li. Offic. 1. qui iustitiā uocat solam dominam et reginam omnium uirtutum. Idem probat Gregor. in Registro.

a Bartol. in l. 1. ff. de iustit. & iure. & in l. 1. C. de legib. ibi quoque Cyn. ad finē. Speculator. tit. de dispensat. §. 1. uers. æquitas. l. in summa. ff. de aqua plu. arc. l. placuit. C. de iudic. l. in omnibus. de regul. iuris. Clem. 1. de iudic. clem. quamuis. de iud. c. distinct. 86. c. qui clementiam. distinct. 45. c. omnis. et cap. disciplina.

b l. respiciendum. ibi quoque Doctor. ff. de pœnis. l. absentē. ff. eod. tit. l. diuus Marcus. ff. de offic. præsid.

c Lib. Offic. 1.

d 24. quæst. 4. c. sicut igitur Michael.

e Iustinian. in Procem. ff. uet. §. illud uerò satis. & §. ult.

publicam uoluntatis egregiæ, experrectæq; uirtutis signa:[a] quanto contrà
eius odio laboramus, qui nulla uirtutis specie, nulla honesti laude commen
datus, ipsam illam doctrinæ in qua uersatur, professionem, morum turpitu
dine, uitæq; deprauatione contaminat atq; conspurcat. [b] Quid enim tam 2
tetrum, & immanitate barbarum, quàm quarum rerum pulchritudinem co
gnitionemq; profiteamur, ab earum nos non solum cultu, uerumetiã simu-
latione esse relictos? neq; meminisse, quod ipsum semper in memoria ha-
bere debemus, ut quod iuris in alium statuerimus, eo ipsi utamur? [c] Im- 3
pudentiæ est, quod alijs rectè præcipimus, nõ facere: insolentiç, nõ obtem
perare legibus, quas aut tulimus, aut profitemur: turpitudinis uerò, quod
in alijs reprehendendũ ducimus, eius nos scelere cõstringere: quãdo igno-
scendum nobis, qui doctrinam industriamq; nostram in legis ac iudicij se-
ueritate positam habemus, omnino non erit, si ipsi ab ulla officij religione,
uitæq; integritate & innocentia turpiter declinemus. [d] Nam & Socrates
talem unumquenq; esse uoluit, qualem se uulgò profiteretur: & Cicero [e] ali
cubi scribit, nihil esse quod minus ferẽdum sit, quàm rationem ab altero ui
tæ reposcere eum, qui non possit suę reddere. Neq; enim bonum comitem,
ut est in prouerbio, unquã se præstabit, qui ipse dux sit malus. neq; iurisconsultus integer ac bonus haberi potest, quem à iustitiæ obseruatione alienũ
& relictum esse uideamus. In commune (inquit poeta) iubes si quid, censes'ue tenendum,

Primus iussa subi: tunc obseruantior æqui
Fit populus, nec ferre uetat, cum uiderit ipsum
Authorem parere sibi. componitur orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta ualent, quàm uita regentis.

[f] Et sanè cum magnæ sit laudis, magnæ dignitatis, magnæ admirationis,
in republicæ luce, in iudiciorum seueritate, in summorum hominũ splen-
dore, in publicis imperij, senatus, ciuiumq; caussis uersari, ac caussam publi-
cam sustinere: dare in primis operã debet iuris studiosus, ut uerus, integer, 4
sanctus & temperans sit, [g] nullo etiam aut suo peccato impeditus, aut eo-
rum criminum societate implicatus, quę in alijs sibi sumit reprehendenda:
habeaturq; non magis iuris, quàm iustitię consultus, [h] pręcipuè uerò ut om
nibus in causis ac rebus adhibeat tum constantiam, tum grauitatem: quę,
ut Cicero ait, nõ solum gratię, uerumetiã suspicioni resistat. Est enim san-
cta res iurisprudentia, [i] iusti atq; iniusti scientia. quam qui doctrinę studio
amplexus, in fori ac reipublicę lucem refert, eum à nulla uitę honestate, of-
ficiorumq; religione turpiter labi: sed talem se gerere ac pręstare oportet,
quales sunt leges ipsę, quę nec gratia, nec odio corrumpuntur, nec uitijs ob
noxię sunt, nec in alijs ea ferunt, sed cuncta ęquitate definiunt. [k] Pręcla- 5
rum ac pręstans est, etiam ad immortalitatem memorię gloriosum, patrię
mentem, mores, disciplinam, consuetudinem, instituta cognita habere: ci-
uitatem iure ac legibus regere, honoribus populi, & reipublicę muneribus
perfungi, oppressam indignè innocentiam contra uim & fraudem nocen
tis tueri: in splendidissimorum hominum coetu, in senatu, in ciuiũ frequen
tia, de moribus ac maiorum institutis ius dicere: [l] commotum populum le-
gibus comprimere, æquitate placare, languentem & labentem ad honesti
laudem, ad gloriam, ad decus excitare: & quamcunq; rationem reipublicæ
fortuna,

a Plato libr. 2. de Repub.

b Idem imperator in proœm. ff. uet. §. hæc autem tria uolum.

c ff. tot. titul. quod quisq; iuris in alium stat. Tale quoq; est illud Catonis: Patere legem, quam tuleris.

d c. magr. de uoto & uot. red. l. athletæ. ff. de ijs qui infam. notant. l. si uxor. § iudex. ff ad leg. Iul. de adult.

e in actione 1. et 4. in Verr.

Claudianus.

f l. 2. §. iur ciu. ff. de orig. iur.

g l. cæteræ. ff. famil. ercifcun. l. generaliter. §. proinde. ff. de fideicõmis. libert. l. quisquis. C. de procurat. l. rem nõ nouam. C. de iudicijs.

h Has præceptiones ipse Iustinian. quoq. tradit in proœm. ff. ueter. §. illud uero satis. & §. ult. & de sententia Angeli in §. cũq; hoc. in proœm. instit. quib. docetur, prius mentem, quàm linguam eruditã habere oportere. quod ipsum in præfatione Lactantius comprobat. & amplius imperator in l. sancimus. C. de episcop. & cleric.

i l. 1. ff. de uarijs & extraord. cognition. l. iustitia. ff. de iustit & iur.

k l. generaliter. §. proinde. ad finem. ff. de fideicõmissar. libertat. Cic. pulchrè in orat. pro A. Cecinna.

l l. 2. §. iuris ciuil. ff. de orig. iuris.

fortuna,res & causa postulat,ad eam ciuium animos uoluntatemq́ impel-
lere. Sed hæc tamen omnia talia sunt,qualis est is, in cuius potestatem con-
6 feruntur:qui si intemperans,iracundus,superbus & contumeliosus sit,sem
per aliquid poscens,semper rapiens,semper alienis fortunis, alienæ pudici
tiæ,alienæ dignitati insidians,neq; quid reipublicæ salus,quid senatus ma-
iestas,quid iudicij seueritas postulet, cogitans:nõ solum magnum malum
omnibus reipublicæ partibus inuret, sed ipsam etiam illam iurisprudentiæ
maiestatem,qua Deus nihil excellentius homini largitus est, morum turpi
tudine contaminabit. [a] Quare rectus & uerus iuris antistes ante omnia
naturæ uim omnem penitus perspiciat, uitam suam ac mores legum præce
ptis ac rationibus informet,totisq; animi & corporis uiribus colendæ iusti
tiæ se tradat,ingrediaturq́ illã ueræ gloriæ ac honestatis uiam,quę magna-
rum uirtutum significatione,quæ rerum præclarè gestarum memoria,quæ
multis & pręstantibus in rempublicam meritis,prçcipuè uerò iustitiæ com
7 mendatione ciuiumq́ charitate paratur. [b] Non opes inuidiosas,non do-
minandi lubricam cupiditatem,non illam popularis auræ gloriolam, quæ
ueram sæpe uirtutis laudem corrumpit, sed reipublicę salutem ac gloriam
concupiscat:semperq́ recordetur, quam personam uel ipse agat,uel à repu
8 blica sibi impositam sustineat,eamq́ auctoritate tueatur. [c] Postremò, ut
ceteris rectè,et sine iusta indignatione imperare posit,ipse legem innocen
rię omniumq́ uirtutum sibi indicat,ad eamq́ omnia uitę instrumenta,con
silia ac facta referat, quò & rectius & uerius aliena crimina reprehendere
posit,teneatq́ omnibus in causis ac rebus hanc animi temperationem,ne
quodcunque uel iure, uel officij potestate posit, statim etiam faciat: * sed
pro personarum ac rerum qualitate, aliquando mitius se gerat, seruet'que
passim ęquitatem.

a Iustinianus in procemio ff. §. hæc autem tria uolumina. Habet autem liber octauus quosdam in hanc rem præceptiones. Et huc pertinet l. magistros. C. de professorib. & medic. libro decimo.

b Hæc etiã am plius traditur in l. quisquis. C. de postulando. & per Panormit. & gloss. in c. cæterum. de iura mẽto calumniæ. l. nemini. l. aduocati. C. de aduocat. diuersor. iudic. Abbatem sit per rubric. de postulando. & in c. 1. de offic. ind. Speculator. eod. tit. de aduoc.

c l. obseruandum. ff. de offic. præsidis.

** l. 1. ad finem. C. quomodo & quãdo iudex sent ẽt. profer. deb. l. placuit. C. de iudic.*

BONI AC SAPIENTIS ESSE VIRI, NON QVOD ipse uelit,sed quod lex,quod ęquitas, quod religio postulat, cogitare ac facere.

Caput VII.

1 *In omnibus consilijs capiendis, ac causis agendis, conscientiam nostram, tanquam omnium factorum nostrorum testem adhibendam esse.*

2 *Affectuum impetu recta animi iudicia corrumpi: quare illis, modis omnibus resistendum esse, modò id quod lex postulet, non quod nos affectemus, iudicare uelimus.*

3 *Turpe enim esse iudici, aut iurisperito, à legũ atq; iustitiæ obseruatione lapsũ uideri.*

4 *Verus atq; perpetuus ad honores in repub. capessendos aditus.*

TEnenda hæc uitæ animorumq́ moderatio,ut omnibus in cau
sis ac negocijs, quæ iustitiæ partes sint, quid lex, quid ęqui-
1 tas postulet,spectemus:in capiendo consilio summam animi
prudentiam,[d] in dando fidem ac religionem, in iudicando iu-
stitiam ac ęquitatem, in omnibus deniq; rebus gerendis, re-
ctam mentis nostræ conscientiam, quæ sola optimorum consiliorum fa-
2 ctorum'que testis nobis est, adhibeamus: [e] libidinem uerò, & pręcipitem
dominandi cupiditatem, odium, inuidiam, uindictam, cæteras'que ani
morum affectiones, quarum impetu ac percussionibus rectum animi iu-
dicium corrumpitur, summo animi robore abijciamus. Proprium enim
est boni & sapientis uiri, affectibus suis imperare, omnes animi irati, aut ex
alie-

d Iason pulchrè in l. de quæstion. tali. nu. 3. C. de pact. Pan. in c. propos[i]uisti. extr. de probat. & facit. l. diuus Marcus. ff. de offic. præsid. qua Marcianus asserit, culpa eos nõ carere, qui in officio suo sint negligẽtiores.

e c. cũ æterni. de sent. et re iud li. 6. 15. quæst. 5. c. presbyter. et ibi gloss. ext. in c. perpetuò. de elect. lib. 6. et 3. quæstion. 7. in c. iudicet. gloss. in c. pastoralis. §. quia uerò. de offic. iudic. de legat. Alberic. in l. 1. C. ut quæ. desint aduoc. part. etc.

alienę dignitatis inuidia ęgrotantis cupiditates domitas habere semper, & ubicq; cogitare ac facere, non quod ipse uelit, sed quod lex, quod æquitas, quod religio postulat. [a] Nam sicut lex iustitiæ atq; iniustitiæ, & eorũ quę natura ciuilia sunt, regula est, & præceptrix eorũ quæ male & turpiter committuntur, [b] & quædam, ut ait Cicero, ratio atq; mens prudentis, quæ pro iuris atq; iniuriæ regula habetur: ita boni & prudentis uiri est, omnibus ijs uirtutibus quas leges ipsæ ad reipublicæ ciuiumq; salutem inuentę & propositæ tradunt, cæteris egregiè præstare: neq; in hac pulcherrima legum usurpatione, in hominum congreſsionibus, consilijs ac iudicijs, in omni denicq; uitę cursu cõmittere, ut à legum iustitięq; obseruatione turpiter lapsus uideri poſsit. [c] Maximè autem omnes, qui uitę laudem dignitatemq; spectant, decet ipsam ęquitatem obseruare: [d] qua iuris sępe rigor temperatur, & controuersum ius ad humaniorem digniorémq; sententiam deducitur. 3
Sitq; breuis hic ad omnem omnium pręstantiſsimarum rerum gloriã consequendam ingressus atq; aditus, & omnibus bonis uiris patens capessendæ reipub. campus, omnia ut studia actionesq; nostras ad legem, ad ęquitatem, ad religionem in omnibus consilijs ac iudicijs, omnibus dictis ac factis pręstabili animorum temperatione referamus. 4

a Extant in hanc rationẽ pulchræ in primis præceptiões li. 1. ff. de offic. et infrà aliquot loci communes huius generis recensentur.
b l. 2. ff. de leg. §. in li. 2. de leg.
c d. l. cæteræ. ff. familiæ herciscund. & l. 1. ff. de uarijs et extraord. cognit. & quæ ibi traduntur.
Ingressus et aditus ad omnẽ maximarũ rerum laudem.
d l. placuit. C. de iudic. l. in summa. §. itẽ Varr. ff. de aqu. plu. arcend. l. damni infecti. ff. de damn. infect. l. in ambiguis. l. in omnib. de reg. iur.

AD COLENDAM IVSTITIAM, NIHIL TAM EFficax est, quàm meminiſſe, rationem nobis uitę actę dandam esse. Cap. VIII.

1 *Naturæ legem, esse mentem ac rationem prudentium.*
2 *Quia anteactæ uitæ ratio constare nobis debeat, facile quemuis uirum bonum, uirtutem per se expetendam existimare.*
3 *Viri boni proprium esse, ipsam uirtutem ipsius amore, non pœnæ metu amplecti.*
4 *Deum factorum nostrorum rationem exigere.*
5 *Vtilitas illius cogitationis: reddendam scilicet uitæ nostræ rationem esse.*
6 *Democriti duo dij.*


X omnibus philosophię pręceptis, quibus cõmonemur, animi curam atq; cogitationem ad colendã iustitiam conuertendam esse, nihil tam potens est ad pręparandam uitę innocentiã, quàm cogitatione atq; animo recordari, ita nobis in hanc ciuilis uitę coniunctione ac societate uiuendum esse, ut actionum omnium rationem cõstare nobis uelimus. [e] Nam pręterquàm quòd naturę lex, quę mens & ratio prudentis est, [f] ad omnem nos honestatẽ impellit: etiam hęc ipsa cogitatio, propositis atq; collatis uirtutũ uitiorumq; exemplis, admirabile quodam uirtutis studium, fugamq; uitiorum in animis nostris gignit, efficitq; ut qui in ampliſsimarum dignitatum gloria, ac reipublicę splendore uersari, alios consilio regere, ac coercere legibus cupiamus, legem nobis integritatis, temperantię, & uirtutum omnium indicendam esse existimemus, ne qua ipsi in re, turpitudinem in nos admittamus, aut ab officij religione inclinemus. [g] Ita enim boni uiri, quod existiment constare sibi anteactę uitę rationem oportere, uirtutem per se expetendam esse ducunt. Mali uerò ac nocentes, quòd nulla ęternitatis memoria commoueantur, non ullo uirtutis amore, sed pœnarum metu peccare oderunt: & quemadmodum Flaccus ait, 1 2

Oderunt peccare boni, uirtutis amore:
Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.

Quanquam autem nemo pœnarum metu, sed uirtutis amore uir bonus efficitur, propterea quòd mali nulla uirtutis uoluntate commoueantur: & bonorum uirorum proprium sit, [h] etiamsi deos celare, & peccare impunè 3

possent

e l. diuus Marc. ff. de offic. præs. et 23. quæst. 4. c. quæsitũ est. et 23. quæst. 5. c. principes. et 25. quæst. 1. c. nulli fas sit.
f Cic. lib. 1. de legib. l. cum pater. §. dulciß. de legat. 2. l. cũ mulier. ff. solut. matrimon. quomodo Bald. in l. maximum uitiũ. C. de libert. præt. uel exhæredit. et l scire oportet. de excusat. tut. doctor. in l. non dubiũ. C. de leg. Lactantius.
g c. magnæ. de uoto et uot. 2. d.
h Cic. li. 3. Off. et li. 1. de Leg.

possent, nolle tamen ullo se scelere proter fœdam ipsius peccati turpitudi-
nem constringere, necessaria tamen hęc est omnis uitę, officiorumq́ dili-
gens ratio, ne quid turpiter, iniustè, & contra honestatem faciamus. Maio-
res nostri ideo magistratus auctoritatem, seueritatem iudicum, legum atq;
iudiciorum uim, carceres, uincula, carnificis ungulas, magnarum quoque
uirtutum præmia proponenda esse duxerunt, ut unumquemque grauissi-
4 mè admonerent, actionis suæ rationem habendam fore. [a] Et Deus qui
nec bene, nec malè nostra facta negligit, hanc παιδαγωγίαν à nobis repo-
scit, ut sciamus sua uirtutibus premia, suum quoq; suppliciū flagitijs, propo
situm esse: [b] qua, inquit, mensura mensi fueritis, remetientur alij uobis.
5 Nec aliud perinde, atque ipsa illa cogitatio, reddendam scilicet uitæ nostrę
rationem esse, alit reuerentiam atque obseruationem cùm legum, tum eti-
am magistratus publici: quoniam & ἠθικὸν in hominum animis constituit,
& propositis uirtutum uitiorumq́ præmijs, bonos uiros in officiorum reli
gione, honestisq́ actionibus continet: malos uerò ac nocentes, pœnarum
metu à delictis deterret, & ad magistratus, legumq́ uenerationem assuefa-
6 cit. Democritus sanè duos tantum constituit deos, Beneficium & Pœ-
nam: quòd uidelicet boni uirtutis præmijs, mali supplicij terrore in officio
continerentur. Quæ & Vlpiani sententia est, existimantis bonos non so-
lum metu pœnarum, uerùm præmiorum quoque exhortatione effici pos-
se. Hanc igitur animaduersionem excitemus, cogitemusq́ ita uiuendum
semper esse, ut honesta & laudabilis uitę ratio nobis constare possit.

a l.1.ff. de iust. & iur. ibi pulchrè Alber. nu. 9. item l. iustissimos. C. de offic. rector. prouinc. l. et uirtutum. C. de statuis et imaginibus. et natæ sunt eiusmodi cū præceptiōes atq; cōstitutiones, tū etiam prætorum edicta passim in libris. Cod. et ff. etiā infrà eiusmodi aliquot communes loci explicabuntur.

Plinius.

In l.1. ff. de iust. & iur.

b Apud Lucam cap. 6.

DE LAVDE ET DIGNITATE IVRIS-prudentiæ. Cap. IX.

1 *Nihil à Deo hominibus esse concessum præstantius, quàm iurisprudentiam.*
2 *Nihil ad regendas ciuitates magis necessarium esse, quàm leges.*
3 *Legum nos seruos esse, ut liberi esse possimus.*
4 *Leges quasi certas quasdam notitias esse, ad quas actiones nostræ omnes referri debeant.*
5 *Quò fiat, ut illarum usus longè amplissimus atq; præstantissimus sit.*
6 *Ipsasq; mentibus atq; oculis hominum tanquam speculum proponi.*
7 *Bonos ac ueros ciuitatum moderatores omnibus philosophis præferendos esse.*



Vlti ingenio & eloquentia prestanres uiri, iurisprudentiam di
serta & illuminata oratione laudare conati sunt: quorum cum
me eruditio elegans prestabilisq́ ingenij excellētia facile uin
cat, monere saltē breui hac oratione uolui iuuentutē, ut sciret
1 nihil à dijs immortalib. ad tractanda urbiū gubernacula pre-
stantius ipsa illa iurisprudentia, nihil ad amplificandam & retinendam ui-
tę equabilitatem amplius aut magnificentius concessum homini esse legi-
bus bonis. Nam ut illa diuinarum humanarumq́ rerum notitia, & certa iu
sti atq; iniusti scientia est: [c] neq; uirtus est ulla, quę nō eius complexu com
prehendatur: [d] ita hæc sunt certi quidam nerui & uincula omnis eius digni-
tatis, qua in republica utimur. [e] Quod enim in hanc lucem editi, atq; ad ge
mitum & lacrymas proiecti, à parentibus agnoscamur: [f] quod in primæ ęta
tis lubrico, difficillimoq́ uitę curriculo, contra uim, dolū atq; insidias pro-
pugnemur: [g] quod fori luce, quod dignitatis splendore, quod ędium, agro-
rum, rerumq́ possessione libera utamur: totū illud iurisprudentiæ legumq́
auctoritati

c l. iustitia. ff. de iustitia & iur.

d 24. quæst. 4. c. sicut igitur Michael.

e l. 2. ff. de legibus.

f l. qui in utero. ff. de statu hominum. & tot. titul. ff. de uentre in possessionem mittend. item, de liberis agnoscendis. & tot. titul. ff. ubi pupillus educari debeat. *g ff. de restitution. in integrum. & C. eod. titul. item de minoribus. item de eo quod metus caussa. item de dolo malo. de tutel.*

auctoritati debemus. Rectissimeq; à Cicerone scriptum est,[a] legem tam 2
necessariam regendis ciuitatibus esse, quàm mentem ac rationẽ conseruan
do corpori humano. Hoc, inquit, uinculũ est huius dignitatis, qua fruimur
in republica: hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis: mens & ani-
mus, & consilium, & sententia ciuitatis posita est in legibus. Vt corpora no
stra sine mẽte, sic ciuitas sine lege, suis partib. & neruis ac sanguine ac mem
bris uti nõ potest. Legum ministri magistratus, legum interpretes iudices,
legum deniq; idcirco omnes serui sumus, ut liberi esse possimus. Existimat 3
enim magnus ille in Republica bene ac sanctè gerenda princeps, ac uir or-
natissimus, omnia nos ciuitatis ornamenta, omnem senatus auctoritatem,
iudiciorumq; seueritatem, agros, possessiones, iura, libertatem, salutem de-
niq;, legibus obtinere atq; perfrui: neque florentem ullum Reipublicæ sta
tum, neq; ciuium tranquillitatem, neq; quicquam felix, iucundum ac bea-
tum, sine legibus esse posse. Vt enim dij ipsi immortales nihil hom ini lar
giti sunt aut præstantius, aut utilius, aut admirabilius ratione animi atque
mente, qua solus ille cæteris brutis animantibus, quibus inferior est uel for
titudine uel potentia, egregiè antecellit: ita legibus nihil fingi efficacius ad
excitandam uitæ innocentiã, nihil præstantius ad instituendos hominum
mores, gubernandamq; rempublicam excogitari potest. Cicero legem uo
cat summam rationem, insitam à natura, quæ iubeat ea quæ facienda sunt,
prohibeatq; contraria. Et sanè cum leges communium uirtutum præcepta, 4
& certæ quædam notitiæ, ad quas actiones nostræ referri debeant, habean
tur, cum eædem admirabili & propè diuina æquitatis, innocentiæ ac pieta-
tis ratione tradant atq; iubeant, ut iustitiam amplexi, boni & æqui notitiam
profiteamur: ut religione deos, pietate uerò patriã ac parẽtes colamus: [b] ut
propter cognationem, quam natura inter nos constituit, uim atq; iniuriam
propulsemus,[c] salutiq; communi seruiamus: [d] ut eum qui maternis uisceri-
bus impactus est, quotiens de eius commodo quæritur, perinde ac si in re-
bus humanis esset, summa pietate custodiamus: [e] ut item eos qui uel fortu-
næ opibus, uel naturæ beneficio, uel aduocatione destituuntur, aduersus
præpotentium hominum uim atq; tyrannidem ope nostra atq; potestate
defendamus:[f] oculos, mentes, manus ab alienis nuptijs, alienis matrimo-
nijs abstineamus, neq; quicquã impudicitiæ gratia & contra bonos mores
iniuria faciamus:[g] & cum aliorũ crimina iure, legibus, carcere ac supplicio
cõstringamus, ipsi nullo peccato, nullo scelere, nullo flagitio implicemur:
cum deniq; leges eiusmodi pleraq; alia multa præcipiunt, quæ omnia cum 5
agnitione Dei, cum optimarum uirtutũ cultu, cum honestate publica sunt
coniuncta: neq; uirtus sit ulla, cuius non plurima ex his exempla sumi pos-
sint: dubitare nemo debet, quin optimarum legum usus longe sit præstan
tissimus. Nam & illæ communium uirtutum formas ceu ideas hominũ 6
animis oculisq; subijciunt inspiciendas: ut tanquam in speculo, sic in his le-
gum sanctissimis præceptionibus uideant, quas uirtutes animo & corpore
complecti eum oporteat, qui legum, qui iuris publici, qui boni & æqui pro
fessionem sibi sumit. Nam quæ hodie, de communibus officijs, de reb. ex-
petendis ac fugiẽdis, de republica, de bono iusto & politico uiro à plerisq;
traduntur: si cum hac legum cùm elegantia, tum uerò uenustate conferan-
tur, nec parẽ ingenij, doctrinæ, & dignitatis gratiam habebunt, & uerè re- 7
ctissimeq; Cicero eos qui remp. gubernãt, qui urbes aut nouas cõstituant,
aut constitutas æquitate tueantur, qui salutem libertatemq; ciuium uel bo-
nis legibus, uel salubribus consilijs, uel iudicijs grauibus conseruent, philo
sophis doctoribus præferendos esse iudicauit.

a In oratione pro A. Cluentio.

l. 2. ff. de legibus.

Lib. 1. de legib.

b l. ueluti. ff. de iustit. & iur.

c l. ut uim. ff. eod. titul.

d l. 1. §. idẽ aũt. ff. de aqu. plu. arcend. l. 2. §. item Varrus. ff. eod. t. DD. in l. 2. ff. solut. matrimon. et l. quo minus. ff. de fluminib. etc.

e l. qui in utero. ff. de statu ho.

f tot. tit. de offic. consulis, prætoris, quæstoris, etc. & l. solent. ff. de offic. procons. & legat.

g l. 1. ff. de extraord. criminibus. & tot. tit. C. atq; ff. de adulter. et stupr.

Idem asserit Lactantius in proœmio Institut.

LEGES

LEGES OMNES EARVMQVE VSVRPATIONEM atque studia oportere, neglecta utilitate priuata, ad reipub. commodum referri. Cap. X.

1 *Magistratus esse, prospicere, ut ciues omnes eisdem legibus utantur.*
2 *Mentem potius, quàm uerba legum perpendendam esse.*
3 *Legum usum à reip. salute segregari non oportere.*
4 *Cum in nullam aliam rem à maioribus latæ sint, quàm ad reip. dignitatem conseruandam, amplificandamque.*
5 *Priuatorum commoditate, reip. utilitatem labefactari non oportere.*
6 *Bene meritos de republica honorib. affici, male meritos è numero ciuium eijci debere: idque secundum ueterum instituta.*
7 *Præclarus apud ueteres mos, ex Val. Maximo: cui subnectitur pulchra ὁμοίωσις ex Mar. Cicerone.*


Vemadmodũ boni uiri & urbium gubernaculis præfecti est,
1 summa diligentia prouidere, ut ciues eadem iuris ac societatis
humanæ æqualitate utantur, [a] leges omnib. sint communes,
uno omnes legum atque morum uinculo constringantur, nulli
fas sit, quod alter nefas existimet, & quod uni, id quoque omni-
2 bus liceat: ita rectè præcipit Cicero, [b] ut leges omnes ad commodum Rei-
publicæ referamus, & eas ex utilitate communi, non ex scriptione, quæ in
literis est, interpretemur. Debet enim omnibus, qui communi uirtutis uo-
3 luntate commouentur, charissima esse reip. salus. [c] Cuius cũ uis omnis, &
tanquam anima in legibus posita sit, nõ oportet earũ usurpationem à rei-
publicæ salute seiunctam esse. Ea enim uirtute & sapientia maiores nostri
fuere, ut suscipiendam sibi ac propugnandam reipublicę dignitatem, forti-
4 terque succurrendum saluti ac fortunis communibus, nec aliud in scribendis
legibus magnopere spectandum esse existimauerint, quàm ut seruata iu-
ris ęqualitate, reipublicę dignitas amplificaretur. Mirũ sanè dictu est, quan
to studio atque obseruatione, ueteres illi, à quibus leges primùm inuentę &
promulgatæ sunt, reipublicæ utilitatem legibus atque institutis amplificare
5 conati sint: cauerintque omnibus modis, ne qua priuatorum commoditate
offenderetur, aut labefactaretur utilitas publica, [d] aut quicquam cõtra eius
dignitatem statueretur, id quod passim & multis legibus comprobatur.
6 [e] Hac etiam uoluntate perpetua augendę & conseruandæ Reipublicę com
moti, uoluerunt, ut qui ingenij sui uim, ac doctrinæ usum in rempublicam
contulissent, omnibus magnis honoribus, beneficiorum amplitudine, sta-
tuis atque imaginibus apud omnem posteritatẽ essent condecorati. [f] Con-
trà uerò ij qui seditione Rempublicam turbassent, uel priuatas opes, negle
cta utilitate communi, secuti fuissent, improbi, uitiosi, & planè indigni es-
7 sent qui in ciuiũ numero haberentur. [g] Itaque præclarus hic mos fuit apud
ueteres, referente Valerio Maximo, [h] ut qui curiæ limen ingressi fuissent,
cogebantur pallio, priuatas affectiones deponere, & Reipublicæ curam
atque tutelam sibi sumere. Et Cicero rectè præcipit [i] legum interpretationem ex Reipublicæ utilitate ac commodo faciendam esse. Nam ut ex medicina, inquit, nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis utilitatem spectet, quoniam eius causa est instituta: sic à legibus nihil conuenit arbitrari, nisi quod ex Repub. conducat, proficisci, quoniam eius causa sunt comparatę. Satis ex ijs quæ diximus apparet, leges omnes, earumque usurpationem & studia ad Reipub. commodum referri oportere.

IN

a l. si cum dies. uersicul. si u. in gloss. ff. de arbitr. l. prouidendum. C. de postuland. l. in sacris. C. de prox. sac. scrin. c. cũ inter. de except. gloss. singular. in clement. 1. de testib.

b li. 1. Rhetor.

c l. nam salutẽ. ff. de offic. præfecti. uigil. imperator in proœmio ff. ueter. clement. pastoralis cura. de sentent. & re iudic. c. susceptí regiminis. de election. in extrauagant. c. fundamẽta. de election. lib. 6.

d l. si autẽ. §. si flumẽ. ff. de aqu. plu. arcend. l. iurisgentium. §. si paciscar. l. ius publicũ. l. inter debitorẽ. l. imperatores. ff. de pactis.

e l. 1. & 2. C. si cont. utilit. public. l. seruitutes. §. publica. ff. de seruitutib. c. cæterum. ext. de rescript.

f l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. tot. tit. ff. de muneribus & honorib. l. semper. §. ult. ff. de iur. immunitatis. l. et qui originẽ. §. quamuis. uersic. præses prouinc. ff. de munerib. & honorib. &c.

g l. 1. & 2. C. de seditiosis.

h in libro 2. c. 1. de institut. antiquis.

i Libro Rhetoricor. ueter.

IN REMPVBLICAM AVGENDAM ET CONSERVANdam ſtatim, & in omni uitæ curriculo eſſe animi curam atq; cogitationem, uniuerſumq; doctrinæ uſum conferendum. Cap. XI.

1 *Omnes iuſtitiæ partes quò referendæ ſint.*
2 *Magni uiri eſſe, communem utilitatem priuatæ præferre.*
3 *Diuturnior gloria quæ ſit, ſecundum Ciceronem.*
4 *Turbulentos atq; factioſos in repub. ciues reprimere, & magni conſilij eſſe, & animi conſtantis.*
5 *Multos eſſe qui in repub. dignitates fugiant, nō reipub. odio ductos, ſed imminentium periculorum metu perculſos.*
6 *Cumq; difficillimum ac laborioſiſſimum ſit, alijs rectè imperare:*
7 *Quod etiam clariſſimorum uirorum exemplo comprobatur:*
8 *Commune tamen bonum huiuſcemodi periculis præponendum eſſe: ut qui reipublicæ utilis eſſe poſſit, id non omittat metu periculorum, idq; ex ſententia Ciceronis.*
9 *Ortus enim noſtri partem maximam rempub. repoſcere. non enim ocio nos, ſed labori natos eſſe.*
10 *Quod etiam maximorum uirorum exempla nobis demonſtrent.*
11 *Quare eam demum ueram gloriam eſſe, quam ex reipublicæ officijs conſequamur.*



Vm omnes iuſtitiæ partes ad has uitæ actiones referendæ e- 1
runt: primùm ne cuiuſquā ius aut dignitatem lædamus, [a] deinde ut utilitati ſeruiamus communi, [b] neq; ulla res aut maior aut glorioſior, aut commendatior hominum memoriæ ſempiternæ eſſe poſsit, quàm ad ſalutem communem excitari, ſuſcipere ac fulcire labentem & propè cadentem rempublicam, eam'que ita gubernare, ut natos nos eſſe ciues noſtri gaudeant: rectè faciet iuris ſtudioſus, & quicunq; uerum iter gloriæ ingreditur, ut in rempublicam augendam & conſeruandam, ſtatim & toto uitæ curriculo, omnem animi curam atq; cogitationem, uniuerſumq; doctrinæ uſum conferat. [c] Nam cum magnorum 2
ſit hominum, non priuatæ rei ambitione cōmoueri, ſed charitatem ciuium & gloriam concupiſcere: [d] nulla aūt diuturnior ſit gloria & laus rectefacto- 3
rum, magnorumq;, ut ait Cicero, in rempublicam meritorū, quàm quę cum optimi cuiuſque, tum etiam multitudinis teſtimonio cōmprobetur: magnum ueræ gloriæ fructum conſequetur, qui totum ſe reipub. tradiderit.
Eſt enim in primis ſplendidum ac præclarum, commoueri utilitate publica, [e] dare multa & magna ſigna uoluntatis & iudicij, chariſsimam ſibi eſſe rempublicam, proſpicere ocio publico: nihil ſordidum, nihil humile expetere, ſed omnia ad decus atq; gloriam referre: laudari, coli, diligi à ciuibus, eorumq; gratiam non populari aliqua laude, ſed uirtute, & magnis in rempublicam meritis atq; beneficijs colligere: deniq; aduerſus omnes uel rerū aſperitates, uel temporum iniurias ſeptum eſſe: & quod magni & præſiden- 4
tis animi, magni conſilij eſt, auctoritate & conſtantia eorum reprimere conatus, qui ciuium tranquillitatem nouis factionibus perturbant, aliorū fortunas ſpolijs diripiunt, parentes ac patriam miſerè lacerare ac delere conantur. [f] Quemadmodum contrà ſegne ac turpe eſt, in rempublicā augendam & con-

a Loci in hanc rationem paulo antè indicati ſunt.
b l. 1. §. licet autem. ff. de peric. & commod. rei uend. l. ſeruum. ff. de ſeruis export. l. 1. §. idem aiunt ſi aqua. ff. de aq. plu. arcēd. text. notabil. in l. 2. §. item Varrus. ff. eod. tit. DD. in l. 7. uerſic. Nec cogitur. ff. ſolut. matrim. Bartol. in repetit. l. quominus. quæſt. 5. ff. de fluminib. et l. emptorem. ff. de action. empt. & uend. &c
c Iuſtinian. in proœm. ff. uet. §. hæc autē tria uolum. & §. illud uerò ſatis. et d. clement. paſtoralis cura. de ſent. & re iudic. c. fundamēta. de elect. lib. 6. *d l. 1. §. cōmodium eſt. ff. de pericul. & cōmod. rei uendit. d. l. ſeruum ea lege. ff. de ſeruis export. l. ſi cui. ff. de ſeruitut. et l. in fundo. ff. de rei uendicat. d. l. 2. §. item Varr. ibi quoq; proprius textus. ff. de aqu. plu. arcend.* *e Refert in hanc ſententiā pulchras quaſdā præceptiones Cic. lib. de Offic. in Philippic. 1. & orat. pro P. Seſtio. & Iſocrates ad Demonicum.* *f Extant huius præceptionis paſſim argumenta & exempla in lib. ff & C. ueluti in tit. ui bonorum raptor. & tit. de effractorib. & expilator. itē ad L. Iuliā maieſt. ad L. Iuliā de ui pub. ad L. Pomp. de parricid. et paſſim

& cõseruandam nihil animi, nihil cogitationis, nihil studij adferre, omnem
5 denique reipublicæ lucem atque splendorem refugere. [a] Multos scio à reipu
blicæ gubernaculis & studio & uoluntate abhorruisse, non ideo quòd nul-
lum ueræ gloriæ sensum tenerent, aut reipublicæ salutem negligendã esse
putarent: sed quòd homines ingenio & ocio affluentes intelligerent in pri
mis arduum & difficile esse, in maximis temporum communium commo-
tionibus & tempestatum fluctibus tenere reipublicæ clauum, & eam in rei
publicæ custodia gerere personam, quæ nec metu aut labore, in propulsan
dis oppressæ libertatis periculis frangi: nec solum ciuium cùm animis, tum
utilitatibus, uerumetiam populi uel moribus, uel suspicionibus seruire, &
eum tenere uitæ cursum posit, in cuius perpetuitate & æquabili fortuna
6 ocium cum dignitate posit retinere. [b] Neque enim aliud ex omni huma-
no opere perinde est difficile ac laboriosum, atque cęteris rectè & feliciter im
perare posse, [c] suscipere in fidem atque tutelam suam omnes ægras, affectas,
& propè depositas Reipub. partes, sibi solicitudinẽ, alijs concordiam tran
quillitatemque retinere, & eas consilio ac prudentia regere ciuitates, in qui-
bus ut diuersæ sunt ciuium uoluntates ac mores, ita eius qui ad gubernan-
dam Rempublicam accedit, omnis actio plena est uariæ animaduersionis.
7 [d] Fuerunt in hac sententia Socrates & Chrysippus, Themistocles, Demo
sthenes, & plerique alij, qui cum animo & memoria repeterent commu-
nium temporum conuersiones, cogitationeque recordarentur, non parum
esse multos, qui & sua & priore ætate ex optima republica, in qua paulo
antè honoribus & dignitate floruissent, subita quasi tempestate & leui po
puli commotione in magnam rerum animique confusionem coniecti essent,
noluerunt scientiam suam doctrinæque usum ad Reipub. gubernacula con-
uertere: rati non aliorum florentiorem ac constantiorem esse fortunam,
quàm quibus ocij fructus cum aliqua dignitate, sine magna ciuiliũ rerum
8 usurpatione contigisset. Et M. Tullius Cicero, uir diuina mente prædi-
tus, & Reipublicę amantissimus, in ea ipsa oratione pro P. Sestio, qua prę-
cipit nullam solidiorem laudem esse, quàm Reipublicę seruire, uigilan-
dumque, atque omni scientia ac diligẽtia enitendum esse ijs qui sibi guberna-
cula patrię depoposcerunt, ut conseruatis Reipub. fundamentis ac mem-
bris, cuiusmodi sunt [e] religiones, auspicia, potestas magistratuum, sena-
tus auctoritas, leges, mos maiorum, iudicia, iurisdictio, fides, prouincię, so-
cij, imperij laus, res militaris, ęrarium, tenerent uitę cursum, & caperent o-
cij illum portum & dignitatis: hanc, inquit, ego uiam, Iudices, si aut aspe-
ram atque arduam, aut plenam esse periculorum aut insidiarum negem, men
tiar: presertim cum id non modò intellexerim semper, sed etiam pręter cę-
teros senserim. Maiorib. pręsidijs & copijs oppugnatur respublica, quàm
defenditur: propterea quòd audaces homines & perditi nutu impellun-
tur, & ipsi etiam sponte sua contra Rempublicam incitantur: boni nescio
quomodo tardiores sunt, & principijs rerum neglectis, ad extremum ipsa
denique necessitate excitantur: ita ut nonnunquam cunctatione atque tar-
ditate, dum ocium uolunt etiam sine dignitate retinere, ipsi utrumque amit-
tant. Propugnatores autem Reipublicę qui esse uoluerunt, si leniores sunt,
9 desciscunt: si timidiores, desunt. Sed cum ortus nostri partem maximam
Respublica reposcat: cum ciuilis uitæ societatem labefactare ac deserere
uideantur, qui Reipublicæ salute non commouentur: cum postremò igna
ui sit hominis, & ipsa illa ciuilis uitæ ac fortunæ communione indignissi-

c mi, nihil

[a] Iustinian. in proœm. ff. uet. §. ult. l. nam salutem. ff. de offic. præsid. & l. congruit. ibid. Iason in l. rescript. nu. 5. C. de precibus imperator. offerend. Doctor. in l. 2. uersic. Nec cogitur. ff. solut. matrimon. quomodo dos. Bald. in c. olim. de consuet. facit tex. in l. 2. §. ult. ibi Alberic. et Angel. ff. de seruit. rustic. prædior.

[b] l. 2. §. iuris ciuilis scientiam. ff. de orig. iur.

[c] Pulchrè Iustinianus, in proœmio ff. ueter. et Plato in libro de repub. Cic. in li. de Offic. argumentoque sunt officiorum descriptiones lib. 1. ff.

[d] Bald. in l. cũ oportet. in principio in 4. colum. uersicul. quæro, quid in administratore. C. de bonis quæ liber. et notatur in l. facultas. C. de iur. fisci. lib. 10.

[e] fundamenta ac mẽbra resp. faciunt. tot. tit. ff. de institut. et iur. et distinct. 1. et 2. ibi canones.

Hanc sententiam comprobat et Iustinianus imperator initio Proœmij ff. ueter. et probatur in l. cõgruit. et ibi notat. ff. de offic. præsid. et pulchrè hanc sententiam approbant l. 1. §. commodum. ff. de pericul. et commod. rei uendit. l. seruus ea lege. ff. de seruis exportand. et quæ D D. notant in l. 2. uersic. nec cogitur. ff. solut. matrimon. quomodo dos.

mi, nihil studij, nihil operum, nihil facultatum in communem conferre utilitatem, cuius neglectio omnis turpis, reprehendenda & perniciosa est: rectius iudicarunt, qui nullum excellentius officium esse existimant, quàm Rempublicam, sine qua nihil saluum aut incolume esse potest, legibus ac consilio gubernare. Nam ut bruta, barbara & infelix est omnis humana uita, omnis humana actio, quæ Reipublicæ amore uacat: ita magnorum & fortium est uirorum, meminisse, & cogitatione recordari, non ocio nos, sed labori: non uoluptati, sed dignitati: non socordiæ, sed laudi ac gloriæ esse natos: suscipiendamque ac propugnandam salutem communem esse, ad
10 uersus omnes rerum ac temporum acerbitates: idque exemplo Bruti, Camilli, Halæ, Decij, Curij, Fabricij, Scipionis, Lentuli, atque innumerabilium aliorum, qui & rerum gestarum gloriæ ac laudi sempiternæ seruite, mortemque pro salute communi oppetere honestè maluerunt, quàm turpiter seruire uoluptati. Quod si bonorum uirorum sit, ut certè esse debet, laudi publicæ ac dignitati, etiam ocio communi, seruire, in Republica suscipienda ac defendenda, omnem curam, operam atque cogitationem ponere: in eaque propugnanda aduersus concitatæ plebis motus omnia pericula, summos labores, grauissimas contentiones, inimicitiasque suscipere, auctoritate & constantia eorum resistere audaciæ, quorum pernicies in Reipub. uiscera serpit atque progreditur: si Themistoclem à Republica non remouit Milciadis conseruatoris patriæ fœda ac miseranda calamitas: si M. Reguli, C. Marij, L. Opimij, & aliorum, quorum uirtute & rebus præclarè gestis imperij Romani splendor & salus Reipublicæ conseruata est, exilia atque supplicia optimum quemque ad capessendam Rempublicam excitauerunt: denique si nulla solida & immortalis uirtutis laus, nulla rectè facto 11
rum gloria, nullus uitæ splendor sine Reipublicæ officijs atque custodia esse potest, dare operam omnino iuris studiosus, & quicunque uero gloriæ sensu ducitur, debet, ut statim ac toto uitæ suæ curriculo, in Rempublicam augendam ac conseruandam, animi sui curam atque cogitationem conferat: planeque abiectum, seruile, & humile esse existimet, quicquid à dignitate & salute communi, à Reipublicæ luce ac splendore esse putet alienum.

Amplificatio ab exemplis.

Cicero in eadē propè rationem scribit li. Off. 1.

OMNES REIPVBLICAE PARTES, NON VNA aliqua suscipienda: & de ecclesiastica republica. Cap. XII.

1 *Qui in republica principes existant, duo Platonis præcepta diligenter obseruare debere.*
2 *Ecclesiasticam potestatem sine cæteris reipub. membris comprehendi.*
3 *Illamque omnem in ministerio, ac prædicatione uerbi consistere, idque Christi testimonio.*
4 *Huc accedere clauium officium, quod in ligando, soluendo, & similibus consistat.*
5 *Vtilissimum reipub. esse, ut scholæ erigantur, in quibus diuinarum et humanarum rerum cognitio perdiscatur.*
6 *Eius partis reipublicæ quæ politica appelletur, membra.*



Omnino, inquit Cicero, qui reipub. præfuturi sunt, duo præcepta teneant Platonis: unum est, ut utilitatem ciuium sic tueantur, ut quæcunque agunt, ad eam referant, obliti suorum commodorum: alterum, ut corpus totum reipub. nedum partem aliquam tueantur, reliquas deserant. Vtriusque præcepti formas pòst enumerabimus. 2

In libr. 1. Offic. quod & Isocrates ad Demonicū scribēs, comprobat, iubetque ut is qui ad gerendam rempub. accedit, studeat, quò non ditior, sed gloriosior à reipub. administratione discedat.

2 Refertur autem respublica ad { Ecclesiasticam / uel / Politicam } administrationem.

Ecclesiæ potestas cum à multis ingenio & pietate præstantibus uiris definita sit, nihil necesse habuimus eam hic repetere. neque obscura est illa descriptio potestatis uerbi scripti, quam Christus in parabola seminantis apud Matthæum [a], & Apostolus [b] in hæc uerba enarrat: Omnis, inquit, scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum & erudiendum in iustitia, etc. Et cum Christus nusquam magis quàm in suo Euāgelico regnet uerbo, cuius ea uis est atque potestas, ut uniuersa bene beateque uiuendi ratio, omnis animæ salus ac felicitas ex ea pendeat, in eaque acquiescat: obseruandum summa fide & diligentia erit, ut uera, & sacris literis consentiens ecclesiæ auctoritas, uera eius lex, legitima quoque sacerdotum functio constituatur. Refert autē apostolus Paulus, eius auctoritatem ad exurgentis fidei ædificationē, hoc est, ueram Dei & Euangelij prædicationem. Nec alia re magis, atque ministerio uerbi Dei, definitur ecclesiæ potestas: propterea quòd & apud Matthæum Christus, apostolorum, quos ecclesiæ propugnandæ præfecit, functionem descripsit euangelij prædicatione: ut uidelicet irent ac prædicarēt in uniuerso terrarum orbe, eos qui crederent, & baptizati essent, saluos fore. Qua quidem ipsa præceptione omnes ij qui regendæ ecclesiæ præficiuntur, commonentur, ut sobrij & ualde temperantes sint, ne uel leges à Christi doctrina & uerbo dissentientes promulgent, uel quicquam pro suo arbitrio ac libidine statuant, quod à Dei instituto sit alienum. Nam ut in successionibus hæreditatū naturale & legitimum à spurio discernitur, ita in ecclesia semper separanda erit doctrina uera à falsis dogmatibus. Et Christus apostolis suis promisit, se spiritum à patre missurum, qui eos doceret omnem ueritatem: hoc est, qui animos & mentes eorum illustraret, atque spiritus sancti gratia illuminaret, qua instituti nihil, populo præciperent, nisi quod à spiritu ueritatis accepissent. Neque tamen sola hac prædicandi, uerumetiam ligandi, soluendi, & alijs huiusmodi pijs functionibus continetur ecclesiæ potestas. Et quia magna auctoritas, magna maiestas ecclesiæ est, propterea quòd à suo sponso Christo regatur, eiusque spiritu in omnem ueritatem ducatur: non solum audienda erit, & omni Christiana reuerentia excipienda: sed pro ethnico & publicano habendus, qui eius auctoritatem (quæ modò uera & legitima sit) detrectat. Sed ut præcipuæ curæ esse debet, quo omnia quæ ad ecclesiā bene ac sanctè gerendam pertinent, rectè & iuxta legem Dei fiant: ita quoque adhibenda diligens prouisio, singularisque pietas, ut pauperum hominum neglecta & deserta inopia pijs eleemosynis, & Christiana promptaque beneuolentia alleuetur: & quo nihil uel illustrius uel utilius sumi potest, ut omnium artium, omnis ætatis ac sexus scholæ, ad consequendam magnarum rerum cognitionem erigantur: propterea quòd nullius reipublicæ status sine communibus literis constitui, aut perpetuitatem aliquam retinere potest.

Ecclesiæ potestas.

a cap. 13.
b 2. ad Tim. 3.

Prima reipublicæ pars.

Ioann. 14.

Matth. ult. cap.
Ioann. cap. 14.
Matth. cap. 18.

Scholæ erigendæ esse.

6 Altera reipublicæ pars ad politicam administrationē refertur, cuius formæ sunt magistratus, leges, plebiscita, senatusconsulta, principum atque prætorum edicta, prudētium auctoritas, & populus qui institutis, moribus ac legibus regitur. Quorum omnium ut infrà rationē aliquam explicabimus: ita quicunque ad res gerendas accedit, spectare summa fide ac diligentia debet, ut omnes reipublicæ ægras, defessas, ac propè depositas partes in suam tutelam recipiat. propterea quòd ij perniciosi reipublicæ procuratores sint,

quisita unũ uel alterum eius uulnus sanant, ut uniuersam tamen relinquant uitiosam: malintq; populares, quàm utiles reipublicæ gubernatores haberi & esse.

ETIAM DIFFICILLIMO REIPVBLICAE TEMpore, saluti dignitatiq́; ciuium esse subueniendum. Cap. XIII.

1 *In reipub. perturbatione magnos plerunq; ciuium motus solere existere.*

2 *Propter quos quemuis reipub. amantem frangi animo minimè debere, sed potius illos consilio & constantia sedare.*

3 *Idq; exemplo solertium nautarum, qui in maximis tempestatibus circa nauis salutem sunt occupatißimi.*

4 *Coniurationes in repub. extirpandæ, similitudine adducta ex Cicerone.*



d. clement. past. cura, de sentent. & re iudic. c. susceptì regiminis. de election. in extrauagant. et docent hoc ipsum illæ officiorũ descriptæ rationes in lib. C. et ff. extatq; singularis gloss. in c. cũ contingat. de iureiurando. quomodo Dominic. in c. ut animarũ. de constitutionibus lib. 6. allegat.

Vod eorum qui saluam & incolumem, omniq́; laudis genere
florentissimam rempublicam esse cupiunt, officium est, uide-
re scilicet, ne quid detrimenti ea capiat: idem boni uiri & de
reipublicæ dignitate solliciti est, procurare, cum eius auxilia la
befactari conuelliq́; uideat, ferre opem patriæ, seruire laudi ac
dignitati publicæ, salutemq́; suam posteriorem cõmuni ducere. Nam eum
qui intentis oculis in omnes reipublicæ partes intuetur, frangi animo non
oportet in maximis communium temporum commotionibus, quo minus
suam operam atq; industriam ad reipublicæ salutem attollat atq; conferat:
sed contrà tanquã scopulus undarum fluctibus nõ cõuellitur, ita ingenij sui
uim, animiq́; magnitudinem nullis uitæ periculis, nullis rerum aduersitati-
bus dimittere, aut à reipublicæ salute atq; propugnatione in ocium tradu-
cere debet. Et fit in hac disciplinæ ueteris perturbatione non raro, ut in rei 1
publicæ casu, minimis sæpe momentis, maximę rerum cõmotiones ac gra
ues etiam temporum inclinationes excitentur, multæq́; parẽtur insidiæ ad
turbandam tranquillitatem publicam: eaq́; de causa uehemens fit optimo-
rum hominum de glorię æternitate cogitantium dimicatio, cum ijs quorũ
audax & proiecta nequitia reipublicæ tranquillitatem perturbat. Sed ta 2
men eum qui ueræ gloriæ ac uirtutis sensu ducitur, qui in rempublicam au
gendam & conseruandam omnem animi curam atq; cogitationem confi-
xam atq; locatam habet, quotiens de perpetua ciuitatis incolumitate agi-
tur, debilitari animo, aut laboris periculiq́; molestia frangi non oportet: sed
multo magis ipsa illa præcellentium rerum cogitatione confirmari, aduer-
sus rerum temporumq́; aduersitates: semperq́; in ea sententia hærere, ut exi
stimet omnes ægras, laborantes, ac propè depositas reipub. partes in suam
tutelam recipiendas esse, quamuis in magnam descendat uitæ dimicatio-
nem. Cum enim natura generati simus, ut diximus, non solũ nobis, sed par-
tim patriæ, partim ciuibus nostris, cum eadem nos non ad ludum aut desi-
diam, sed ad quædam grauiora studia fieri uoluerit, cum actionum & offi-
ciorum nostrorum usus ad communem hominum ac uitæ societatẽ referri
debeat: non exilium, non mors, non calamitas nos ab suscipiẽda & retinen
da reipublicæ propugnatione deterrebit. Et quemadmodum cauti & so- 3
lertes faciunt nauicularij, qui in altum mare euecti, quo ualidior maris tẽm
pestas exurgit, eo maiore illi cura, contentione & solicitudine, ne submergi
nauis posit maris procellis iactata: ita qui urbium gubernacula tractant,
& tenent reipublicæ clauum, prouidere omni diligentia debent, ne in ma-
gna communium perturbationum conuersatione, quid detrimenti ea ca-
piat. Hoc enim integrum iuriscõsultum, hoc regendæ ciuitatis principem,
hoc optimum quemq; in altissimo amplissimoq́; dignitatis gradu locatum

Piæ præceptiones reip. bene ac sanctè gerendæ.

spectare

spectare maximè decet, ne quæ reipublicæ insidiæ parentur: & si quæ factæ
sint, ut extincta coniurationis flamma atq; cõflagratione statim extinguan
4 tur. Nam ut uri nos, qui aduersa ualetudine affligimur, secariq; patimur, ut
ait Cicero, quo membrorum potius aliquod, quàm totum corpus intereat: *In Philippic. 7.*
sic in Reipublicæ corpore, ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum,
amputandum erit. Exempla eorum qui in maximis rerum communiumq;
temporum acerbitatibus rempub. ægrám & laborantem aduersus concita
tæ multitudinis motus defenderunt, paßsim extant: & sapientis, bonisq; ra
tionibus præditi uiri est, nullo casu, nullo tempore aut loco, nulla uitæ di-
micatione à reipub. salute ac dimicatione amoueri atq; depelli.

QVANTO STVDIO VETERIBVS FVERIT, REM-
publicam præstantißsimarum rerum gloria atq; honori-
bus amplificare. Cap. XIIII.

1 *Primùm omnium in reipub. gubernaculis uersaturos, uiros bonos esse oportere.*
2 *Deinde, ut nihil magis quàm salutem communem quærant.*
3 *Tertiò, ut non tam armis quàm ciuium concordia, imperij perpetuitatem retenturos se existiment.*
4 *Quam fidem semel quis reipub. tanquam obsidem dederit, eam sibi omnimodo conseruandam esse.*
5 *Munera & immunitates optimo instituto à ueteribus, hisce dignis ciuibus concessa esse.*
6 *Loci communes aliquot ex iure ciuili deprompti, quòd omnia scilicet ad reip. dignitatem salutemq; conferenda sint.*


N constituẽda ac gubernanda republica, maiores nostri hanc
1 rationem secuti uidẽtur: Primùm, ut illi ipsi, qui ingenij sui ac
doctrinæ usum ad reip. gubernacula referebant, haberentur
& essent boni uiri, & patrię utiles ciues: neq; ab ulla officij uir-
tutisq; religione, tanquam innocentiæ uirtutumq; lege obstri
2 cti, declinarent. Deinde, ut in uniuersa reipublicæ administratione, nihil
prẹter salutem communem, dignitatem publicam, & rectè factorum glo-
3 riam quærerent. Postremò, ut ciuium amore & beneuolentia septi, floren *Historiæ et do-*
tißsimi imperij perpetuitatem, non armis, non potentia, nõ præsidio solum *cumẽta in hanc*
alieno, uerumetiam ciuium sociorumq; concordia, iustitia item & legibus *rationẽ pleraq;*
retinerent, omniaq; ad decus, ad gloriam, ad salutem reipublicę reuocarẽt. *multa extant in*
Et quanquam notæ sunt eórum historię, qui rempublicam prẹstantißsima- *l. 2. ff. de orig.*
rum rerum gloria atq; honoribus amplificandam esse duxerunt: & tamen *iuris.*
iuuentus præcellẽtium rerum studio excitetur, ascribemus paucos aliquot
in hanc sententiam locos cõmunes, quos intueri & obseruare iuris studio-
sus poßsit, quotiens de augenda & amplificanda dignitate & salute publi-
ca quæstio incidit. Est enim utilis, & cum optimarum rerũ cognitione con
iuncta, hęc doctrinę ratio. Nam prẹterquam quòd actiones nostras ad co-
lenda pietatis studia mirificè excitat, etiam magnam consultationis & iudi
cij uim copiamq; suppeditat, quotiẽs animo & memoria recordamur, quã
dignitatis rationem maiores nostri in omnibus rebus uel præclarè geren-
4 dis, uel rectè iudicandis sint secuti. Fuisse autem magno illis studio & curę,
ut rempublicam omnium ordine, dignitate, honoribus atq; gloria amplifi-
carent, documento illis esse poterit: primùm, quod omnium ordinum certa *Descriptio offi-*
quędam officia & functiones descripserint, quibus commonitus unusquis *ciorum atq; fun-*
que intelligeret, quam fidem semel reipublicę tanquam obsidem dedisset, *ctionum.*
eam sibi in cõmuni salute defendenda, seruãdam esse. Eiusmodi est in Pan-
dectarũ & Cod. libris descriptio officij senatoris, consulis, prętorio & urbi

 prẹfecti,

præfecti, quæstoris, prætoris, uigilum præfecti, præsidis, procuratoris Cæsaris, &c. Deinde, quòd in ciuilibus muneribus, siue ea patrimonij, siue personarum essent, eam bene ac feliciter gerendæ reipublicæ secuti sint rationem, ut omnibus ciuitatibus sua iniungerent munera & honores. Nam 5 constituta urbe, ac legibus fundata, datū negociū, ut refert Vlpianus, prouinciæ præsidi, prouideret munera & honores in ciuitatibus æqualiter per uiros secundum ætates & dignitates, aut gradus munerum honorum'que qui antiquitus statuti sint, iniungi: ne sine discrimine, & frequenter his oppresis, simul uiris & uiribus respublicę destituerentur. Descriptæ etiam uacationes & excusationes munerum, necnon immunitatis ius, ut qui ciuitatis honores atq; munera naturæ infirmitate, aut maiora aliqua necessitudine impediti subire non possent, indicta caussa nō opprimerentur, aut deessent qui munera necessaria in rebuspublicis obirent. Postremò, quòd omnes actiones, omnia studia, omnes leges atq; cōstitutiones ad salutē atq; dignitatem reipublicę conferre conati sunt. Exempla huius rei propè infinita sunt: sed nos pauca notare uoluimus, qualia ferè sunt.

In l. Ei qui a ori gine. §. 1. uersic. præses prouinc. ff. de muneribus & honorib. & tot. tit. de uac. immunitatis.

Quę utilitatis publicę caussa introducta sunt, eorum renunciatio, uel etiam derogatio legibus feratur. l. 2. §. sed quia ueremur. ibi Bartol. C. de iurament. calumnię. & in C. penult. collatio. 2. C. de pactis. ibi consensio ferè doctorum omnium. Bald. in l. iubemus. la. 1. in ult. notab. C. de sacrosanct. ecclesijs. Alexander in l. Nesennius. ad finem. ff. ad l. Falcidiam. 6

Sed & ea quę communis utilitatis caussa data sunt, in usum priuatū conuerti non debent. 17. quęstion. quarto cap. nulla ratio.

Nullum rescriptum contra utilitatem publicam ualere potest. l. omnes. C. si contra ius utilitat. public. l. rescripta. C. de precib. imperat. offer.

Qui cum reipublicę caussa absfuissent, lęsi sunt, rectè in integrū restituuntur. tot. tit. ff. de integ. restitution. tot. tit. C. de restitut. militari. l. contra pupillum. ff. de re iudicat. l. in possessione. ff. quibus ex causis in possess. eatur.

Sub prętextu instrumenti post reperti transactionem bona fide finitam rescindi, iura non patiuntur. l. sub prętextu. C. de transactionibus. Sed imperatores Antoninus & Seuerus rescripserunt, referente Papiniano in l. imperatores. ff. de re iudic. quanquam sub obtentu nouorum instrumētorum restitui negocia minimè oporteat, tamen in negocio publico ex causa permittere se huiusmodi instrumentis uti.

Reipublicę fauor permittit, ut quotiens de eius utilitate augenda & amplificanda agatur, si quę fortè ad eam promouendam deesse uideantur, ea possit iudex pro officij sui religione supplere. l. sed hęc neq; passim. l. filius familiás. §. ueterani. ff. de procuratoribus. Bartol. & Alex. in l. prætor ait. §. hoc autem. ff. de damn. infecto.

Ne quis datam fidem temerè frangat, coercendum erit utilitate publica perfidię crimen, idq; uindicandę reipublicę caussa, quę conuelli atq; labefactari eiusmodi insidioso scelere non debet, ut sentit Vlp. in l. 1. §. meritò has caussas deponendi. ff. deposit. l. ult. ff. de transaction. l. 1. ff. de constitut. pecun. l. 1. ff. de pactis.

Quia uillę, domus, atq; ędificia cum reipublicę ornamento atq; utilitate communi sunt coniuncta, cautum est senatusconsulto, referente Paulo, ne quis domū uillam'ue dirimeret, quo plus sibi acquireretur: né ue quis negociandi causa etiā quid emeret, uenderet'ue: pœna in eum qui aduersus senatusconsultū fecisset, cōstituta, ut duplum eius, quanti emisset, in ęrariū conferre cogeretur: in eum uerò qui uendidisset, ut irrita fieret uenditio. l. senatus censuit. ff. de contrahend. emption. l. cætera igitur. de legat. 1.

Sic &

Sic & ornamenta publica non sunt uiolanda. l. Aufidius. ff. de priui. leg. creditor.

Eandem Reip. ornandę rationem secutus Africanus, uoluit ut creditor, qui ob restitutionē crediderit, in pecuniam, quam crediderit, priuilegiū exigēdi haberet. l. creditor. ff. de reb. credit. l. interd. ff. qui potior in pig. habe. idq; tam in tacito pignore, ut docet l. 1. ff. in quib. caus. pign. tacit. contrah. quàm in personali. l. 1. ff. de cess. bonor. l. si uentri. §. diuus. ff. de priuil. credit.

Reipub. fauore, dotis causam, cęteris contractib. singulari prærogatiua prefert Vlpianus: Dotis, inquit, causa semper & ubiq; precipua est. Nam & Reip. interest, dotes mulierib. conseruari, cū dotatas esse fœminas ad sobolem procreandā, replendamq; liberis ciuitatem maximè sit necessarium. Ac proinde rectè existimat Neratius, legem utilem Reipub. sobolis scilicet procreandę causa latam, interpretatione benigna adiuuandam esse. l. hoc modo legato. ad fin. ff. de condict. & demonstratione. quod amplius docet Imperator in l. ambiguitas. C. de indicta uiduitate. *In l. 1. ff. solut. matrim. facit l. iure succursum. ff. de iur. dotiū.*

Eiusdem fauoris publici est, maleficia non solum non sustinere impunita esse, sed multa quoq; in iure ciuili cōtra strictam rationē disputandi, pro utilitate communi recipere. Exemplum eiusmodi apud Iulianum est: Seruus meus ita uulneratus est, ut eo ictu certum sit illum moriturum. postea ab alio ictus decessit. quęro an cū utroq; de occiso lege Aquiliana agi possit: quęstionem mouet, quòd qui prior uulnerauerit, non tenetur, quia non occidit: nec qui posterior uulnus inflixit, quia certum erat seruum alioquin moriturū. Respondet Iulian. occidisse uideri eum, qui mortis causam quolibet modo præbuit. Sed lege Aquilia is demum teneri uisus est, qui adhibita ui, & quasi manu, causam mortis præbuisset, &c. *In l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquiliam.*

Sed & uiles homines, Reip. causa, sæpe supplicio aut eximuntur, aut mitiore pœna afficiuntur. l. ad bestias damnatos. ff. de pœn. & reg. iur. odia restringi. Contrà uerò grauissimè in eos animaduertitur, qui Remp. seditionibus perturbant. l. 1. & 2. C. de seditiosis.

Vtilitatis publicę studium & illa pretorū edicta declarant, de loco publico fruēdo, de uia & itinere publ. refic. de fluminib. & ne quid in flumine publico, ripa' ue eius fiat, quo peius nauiget: ne quid in flumine publico, ripa' ue eius fiat, quo aliter aqua eius fluat, q̄ priore ęstate fluxerat, ut in flumine publico nauigare liceat. De ripa muniēda, &c. Pleni sunt his pręceptionib. iurisconsultorū libri, quib. declarāt magno semper studio maiorib. nostris fuisse, ut omnib. honoribus & emolumētis remp. augerent atq; illustrarēt.

TANTI ESSE REIPVBLICAE MAIESTATEM FAciendam, ut nulla turpi aut illiberali re, aut etiam alterius fraude, eius quærenda sit utilitas. Cap. XV.

1 *Leges non cauillatoriè, sed ex commodo reipub. interpretandas esse.*
2 *Proprium politici uiri quod sit.*
3 *Sic alteri nos debere prodesse, ut interim tertio non noceamus.*
4 *Cæterùm naturalem quidem rationem permittere, uel suam, uel publicam conditionem meliorem reddere.*
5 *Nouū opus non debere fieri in publico, absq; magistratus consensu, rectè in iure proditum esse, ex maiorum studij communis obseruatione.*
6 *Reipub. maiestatem maxima cura à ueteribus obseruatam esse.*
7 *Quemadmodū nulla beneficia ualeant, quæ in alterius iniuriam tribuātur: sic nec ea principis rescripta uim ullā habere, quæ in tertij perniciem concedantur, Impp. rescriptis comprobatum.*
8 *Id enim propriū iustitiæ nō esse, ut alteri adimat, alteri tribuat: uerùm unicuiq; suū tribuat.*

Qui


Vi reipublicæ bene ac feliciter gerẽdæ totũ se tradit, in eamq́ꝫ
omnem suam curam, operam atq́ꝫ cogitationem ponit, curare,
ac diligenti studio prouidere debet, ne ulla re alia, quàm com-
muni uirtutis uoluntate commotus, ei seruiat, eius honorem,
eius salutem atq́ꝫ maiestatem officiorũ magnitudine amplificet: præcipuè 1
uerò leges omnes, non ulla mala arte, sed ex reipublicæ commodo atq́ꝫ uti-
litate interpretetur. Nam cum natura ipsa quandam rationem communis
societatis retinendæ hominibus inseuerit, ingenuerit'que eum appetitum,
ut omnia hominum caussa honestè facere uelimus, non oportet earum
nos rerum curam negligere, quarum est usus omnis cum utilitate publica
coniunctus.
Siquidem proprium politici est uiri, uelle propter ipsam illam naturę co 2
gnationem, omnibus prodesse, nocere autem nemini. [a] Quo etiam ma-
gis seruiendum erit hominum utilitatibus: concedendumq́ꝫ quod sic alteri 3
prosit, ut tamen noceat nemini. ueluti si uicinus agrum suum, sine ullo meo
damno, ex aqua mea uel flumine publico irriget: [b] quando & Paulus iure-
consultus refert, [c] facile permittendum ac concedendum fore, quod factũ
quidem mihi prodesse potest, alij autem nihil nociturum sit. Hoc enim æ-
quitas suggerit, etiamsi stricto iure deficiamus. Confirmant & hanc senten
tiam Bartol. & DD. in l. 2. in uersic. nec cogitur. ff. soluto matrimon. & in l.
4. C. de seruitut. & aqu. Idem Bartol. in repetition. l. quo minus. quæst. 5. ff.
de fluminib. Bald. in c. olim de consuetud. text. bene facit in l. 2. §. ult. ibi Al-
bericus & Angelus. ff. de seruitutib. rusticor. prædior. Iason pulchrum ex-
emplum ambitionis & inuidiæ monachorum in hanc sententiam adfert in
l. rescripta, cum 5. C. de precib. imperat. offerend.
In augenda tamen & amplificanda utilitate publica, tenenda hæc est si-
ue moderatio, siue regula, ne alterius cum incommodo ac iniuria, utilitatẽ
communem, siue etiam nostram quæramus: [d] quando, ut Vlpianus admo-
net, ita unumquemq́ꝫ commoditatibus suis, aut etiam alienis seruire conue
nit, dum alij non noceat. [e] Nam etsi naturalis ratio, etiam prætorum edi- 4
cta permittant, suam ut quisq́ꝫ conditionem meliorem faciat, aut communi
seruiat bono atq́ꝫ reipublicę, quæ omnibus esse charissima debet: hoc tamẽ
ita accipiendum est, ne alterius illud cum fraude ac iniuria fiat. [f] Labefa-
ctat enim & dirimit humanæ societatis beneuolentiam, omniaq́ꝫ iuris uin-
cula dissoluit, qui res suas alieno damno ac detrimento locupletare, uel uti-
litatem publicã turpi & illiberali re amplificare studet. Reipublicæ interest
alueum mutari, aut ripam, ac etiam uias publicas muniri, quoniam eorum
omnium usus necessarius est, & ad multos pertinet. Vlpianus tamen [g] ripæ
munitionem siue refectionem non aliam permittit, quàm eam quæ sine al-
terius incommodo fiat, & nulli sit impedimento nauigationi. Et Paulus
[h] ita uias publicas muniendas esse existimat, ut id sine damno uicinorum
fiat. Quod ipsum etiam naturalis æquitas, si iure stricto deficeremus, sugge
rit, ita uidelicet prodesse sibi unumquemq́ꝫ posse, dum alij nõ noceat: quan
do prudẽtissimè & passim ab Vlpiano, [i] Sabino, Cassio, & cæteris iuriscon
sultis ingenio & doctrina præstantibus præceptum est, ne uel nouitatis ali
quo studio, aut priuati quæstus cupiditate illecti, alieno cum damno locu-
pletari uelimus. Voluerunt nimirum magni illi reipub. bene gerendę prę-
positi uiri, ut quotiensćunq́ꝫ aliquid in publico fieri permitteretur, ita opor
tere permitti, ut sine iniuria cuiusquam fiat: et ita solere principes, quotiens
aliquid

a l. 1. §. licet autem. ad finem. ff. de peric. & commod. rei uendit. & ibi notata ad uers. quãmminimo. et l. seruus. ad finem. et quæ ibi notantur. ff. de seruis export. ac proinde id rectè fieri non potest, quod fit cum alterius offensione & incommodo. l. nepos Proculo. et ibi Bart. ff. de uerborum signif. et notatur in gloss. §. si familiæ herciscundæ. institut. de officio iudicis. & in l. usumfructuar. §. si uinarijs. ff. de usu fruct.
b Textus in l. 1. §. idẽ aiunt. ff. de aq. plu. arcẽd.
c In l. 2. §. item Varr. ff. de aq. plu. arcend.
d l. iure naturæ. de regul. iur.
e in l. 1. §. idem aiunt. ff. de aqu. plu. arcend.
f l. 1. §. idem aiunt. ff. de aqu. plu. arcend. l. in summa. §. idem Varrus ait. et §. idem Labeo. ff. eod. tit. l. si aliud. §. est autem. ff. quod ui aut clàm.
g in l. 1. §. meritò. ff. de ripa muniend.
h In l. qui uias publicas. ff. de damno infect.
i l in summa. §. item Varrus ait. ff. de aqu. pluu. arcend.

aliquid noui operis instituendum peteretur, permittere. [a] Hæc siquidem à
maioribus nostris obseruata fuit siue reuerentia, siue communis studij ob-
5 seruatio, quæ etiam literarum monumentis postea est edita, [b] ut quotiens
quis uel munitionem aliquam, uel opus nouum facere uellet, eorum princi
pum ad quos res ea, in qua opus nouum foret extruendum, requireretur
cùm cõcesio ac uoluntas, tum etiam auctoritas: quoniam ut Paulus[c] iuris-
consultus ait, à principio peti solet, ut sine incommodo, hoc est, sine cuius-
quam aut damno aut iniuria quis publico uti posit. Habenda enim in om-
ni actione eatenus ratio utilitatis publicæ, atque etiam priuatæ, quatenus
6 ea alterius uel posseßionem, uel ius non uiolet: [d] propterea quòd maiores
nostri tanti faciendam esse Reipublicæ maiestatem existimarent, ut in eam
donationes factas non reciperent, si qua subesse illiberalis ambitionis, aut
sordium suspicio uideretur, ne qua uidelicet re mala aut fraude Republi-
cæ utilitas quęsita uideri posit. Exemplum eiusmodi est apud Vlpianum:
[e] Hoc iure, inquit, utimur, ut in rebuspublicis, cum de donatione quæritur,
illud solum spectetur, utrum ob causam aliquam iustam Reipub. promittat
quis, uel polliceatur, an non: ut si ob honorem aliquem promittat, tenea-
tur: sin minus, non. Præclarum & in primis excellens est, cunctis benefa-
7 cere, sua omnibus qui in aliqua uitæ laude uersantur, beneficia largiri. Sed
Imperatores Diocletianus & Maximianus ingenuè profitentur [f] moris sui
non esse, beneficia in cuiusquã iniuriam tribuere. quemadmodũ nec rescri-
pta principum uim ullam habent, quæ in fraudẽ ac perniciem alterius sunt
concessa: [g] quoniam hoc eum qui reipublicæ benè gerendæ partes in fidẽ
atq; tutelã suam recipit, intueri ac spectare oportet, ut utilitatem publicam
sine iusta alterius uel indignatione, uel offensione tueatur: seruetq; duo hęc
præcepta, ne uel ulla illiberali re, & alterius cum incõmodo reipublicæ uti-
litatem quærat, uel ex sua aliqua commoditate & emolumento cõmunem
utilitatem emetiatur. Illud enim hominis est parum considerati, & omnem
8 æquitatem ignorantis: hoc uerò auari, & perniciosi. Neq; enim ibi aut ho
nestè uiuitur, aut sine cuiusquam læsione, id quod proprium iustitię est, ius
suum unicuiq; tribuitur, ubi alij adimitur, quod in commune bonum confe
ratur, uel utilitas publica ex priuatis constituitur emolumentis.

QVATENVS PRIVATORVM COMMODIS utilitas publica anteferenda. Cap. XVI.

1 *Natura nos doceri, quòd priuatæ utilitati publica anteferenda sit.*
2 *Huic tamen qui aliquod damnum sensit, ob publicam uulitatem, iustam compensatio-nem fieri debere, idq. ex doctrina Bald. & Angeli.*
3 *Principum rescripta etiam cum paruo tertij detrimento concessa, nullius momẽti eße, contra communem* DD. *opinionem.*
4 *Adductis multis textibus, illud comprobantibus.*
5 *Vt utilitati publicæ suam postponere, boni uiri sit: ita ipsam utilitatem publicam, cum cuiusquam iniuria quærendam non esse.*


Vm Imperator ipse, ut diximus, profiteatur, moris sui nõ esse,
ut beneficium in alterius iniuriam tribuat: & Papinianus[h] con
cessum militibus priuilegium & immunitatem à tutelæ & cu-
rationis munere, omnino uetat ad alterius iniuriam porrigi:
cum etiam Paulus iurisconsultus scribat, [i] beneficia nec postu
lari, nec concedi cum alterius iniuria: nec maioribus uigintiquinq; annis re
stitutionis in integrum auxilium, cum alterius damno concedi debere:
[k] pertinebit ad curam & solicitudinem eius qui ius populo dicit, diligenter
d prouidere,

a l. flumine. ff. de damno infect. l. 1. §. ait prat. ff. ne quid in flumin. publ. l. quidam Hyberius. ff. de seruit. rust. prædior. l. 1. §. sed & post. l. sicuti. §. Aristot. eod. tit.

b d. l. 1. §. merito. ff. ne quid in loco publ. l. si in publico. §. ult. ff. de aqu. plu. arc.

c In l. seruitutes prædior. rusticor. §. publico. ff de seruitutibus. l. prætor ait. ff. ne quid in loco publ. ibi in uersic. merito.

d l. nam hoc natura. ff. de condict. indebit. l. iure naturæ. de regul. iuris.

e In l. hoc iure. ff. de donation.

f In l. nec auus. C. de emãcipat. liberor.

g l. quotiens. C. de precib. imperator. offerend. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quis in loc. publ. c. quamuis. de rescript. lib. 6. l. rescripta. Cod. de precib. imperat. offerend. l. omnes cuiuscunq. C. si cõtra ius uel util. publ.

h In l. impuberi. ff. de admini-strat. & peric. tutor.

i in l. sed cũ ab hærede ff ad senatusconsultum Trebellianũ. facit l. quoties. l. rescripta. C. de precib. imperator. offerend.

k l. sciendum. ff. ex quibus causs. maior. in integr. restituuntur.

prouidere, quatenus priuatorum commodis utilitas publica sit anteferen-
da. Cuius tamen rei nec obscura, nec difficilis esse potest ratio, propte- 1
rea quòd natura ipsa, quæ nos mirifico quodam studio res communes con
seruandi coniunxit, [a] nos commoneat, ut utilitati nostræ priuatæ commu-
nem anteferre uelimus: ueluti si in maxima incendij conflagratione ciuitas
defendi, & flammis eximi, nisi uicini domus excidio non possit, satius esse
existimemus, priuatum commodum negligere, & aliunde resarcire, quàm
uel saluti uel dignitati publicæ deesse. [b] Nam sicut ij qui medendi artem in
grauissimis affecti corporis morbis profitentur, membrum sæpe unum uel
alterum, non sine læsione, sed tamen conseruandæ ualetudinis caussa adu-
runt, ne excrescens contagio longius serpat, atque in uiscera omnia progre-
diatur: ita in constituenda reipublicæ utilitate, nihil adimi alijs debet, quod
non æquabili aliqua utilitate compensetur. [c] Et alicubi à Baldo & Ange 2
lo rectè scriptum est, [d] si ad muniendam ciuitatem contra hostium insultum
uicini agrum in uallum aut fossas magistratus conuertat, oportere eundem
siue magistratum siue ciuitatem curare, ut ei cuius ager priuatus in publicũ
ciuitatis emolumẽtum pertrahitur, iustum precium numeretur. Non enim
temerè & cupidè in ijs rebus, quæ cum aliqua alterius iniuria ad utilitatem
publicam referuntur, quicquam aut statuendum est, aut adimẽdum alteri:
ne si alterius uice ac fortuna parum commoueamur, ius suum cuique non tri
buamus. Extat in hanc sententiam pulchra in primis Vlpiani præceptio
in hæc uerba: [e] Sunt, inquit, qui putant excipiendũ hoc interdicto, quòd
eius ripæ muniendæ caussa non fiat, scilicet, ut si quid fiat, quo aliter aqua
fluat, si tamen ripæ muniendæ caussa fiat, interdicto locus non sit. Sed nec
hoc quibusdam placet. Neque enim ripæ cum incommodo accolentium mu
niendæ sunt. Hoc tamen iure utimur, ut prætor ex caussa æstimet, an hanc
exceptionem dare debeat. Plerunque enim utilitas suadet istam exceptionẽ
dari. Sed & si qua utilitas uertatur eius, qui quid in flumine publico fecit.
pone enim grande damnum flumen ei dare solitum, eius prędia depopula-
ri. si fortè aggeres, aut quam aliam munitionem adhibuit, ut agrum suum
tueretur, eaque res cursum fluminis ad aliquid immutauerit, cur ei non consu
latur? Plerosque scio prorsus flumina auertisse, alueosque mutasse, dum præ-
dijs suis consulunt. Oportet enim in huiusmodi rebus utilitatẽ & tutelam
facientis spectari, sine iniuria utique accolarum. Similis est illa eiusdem Vlpia
ni sententia in eandem rationem: [f] Si quis, ait, sepulchrum habeat, uiam au-
tem ad sepulchrum non habeat, & à uicino ire prohibeatur, imperator An-
toninus cum patre rescripsit, iter ad sepulchrum peti precariò, & concedi
solere: ut quotiens non debetur, impetretur ab eo qui fundum adiunctũ ha
beat. Non tamẽ hoc rescriptum, quod impetrandi dat facultatem, etiam a-
ctionem ciuilem inducit. Sed extra ordinem interpellet. Præses etiam com
pellere debet, iusto precio iter ei præstare: ita tamen, ut iudex etiam de op-
portunitate loci prospiciat, ne uicinus magnum patiatur detrimentum. V-
traque sanè sententia, nos, qui iustitiam, utilitate communi seruata, profite-
ri cupimus, commonemur, in quærenda & cõstituenda Reipublicę utilita
te hanc moderationem tuendam esse, omnia ut nostra siue beneficia, siue
rescripta, siue priuilegia, uacent culpa, alteriusque offensione ac damno: se-
quamurque ueterem Imperatorũ morem, qui rescripta omnia, quæ quidem
contra ius impetrata forent, refutari ac rescindi uoluerunt, nisi fortè in ijs a-
liquid esset, quòd non læderet alterum, & tamen prodesset petenti. [g]

An igitur eorum recipienda sit distinctio, qui magnæ utilitati publicæ
postponendã putant priuatam alterius utilitatẽ paruam? Subsisto. Magna
certè

[a] l. ut uim. ff. de iustit. & iure. c. placuit. C. de iudicijs.

[b] Hanc sententiã defendit Baldus in l. quicũque. C. de seru. fugit. in l. rescript. C. de precib. imperator. offerend.

[c] l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumptib. fun. l. uenditor. §. si cõstat. ff. communia prædior. l. 1. §. sunt autem qui putant. uersic. oportet. ff. ne quid in loco publico. Archidia. 9. question. 3.

[d] In l. 2. C. pro quib. caus. seru. præ. libert. accip.

[e] l. 1. ff. ne quid in flum. publ.

[f] In l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. funer.

[g] l. rescripta. C. de precib. imperator. offerẽd. l. ult. de præpos. sacr. cubic. li. 12.

certè glossæ & interpretum iuris consensio huc inclinat, ut distinctio posse
3 admitti uideatur. [a]Sed nobis tamen in quadam iudicij egestate iustius &
æquius uidetur, principum uirorum indulta atque rescripta, qualiacun-
que etiam ea sint, non oportere in alterius damnum, quod quidem nul-
lo pari emolumento compensetur, siue hoc magnum sit, siue paruum, con-
cedi. Primùm, quia hæc distinctio nusquam, quod quidem sciam, uel im-
peratorum, uel iurisprudentum scriptis legibus facta est: sed contrà, & mul
tis in locis, admirabili que consensione prouisum, ut sine cuiusquam iniuria,
beneficia tribuantur. Quod ita esse, indicant illæ legum, quas iam notaui-
4 mus, locutiones, cuiusmodi sunt: Beneficia cum alterius iniuria tribuere,
moris non est nostri: Beneficium nec postulandum, nec concedendũ cum
alterius iniuria: Militum priuilegium, ad alienam iniuriam porrigi non de-
bet. item, Vt nostra beneficia ad nullius lęsionem spectare uideantur. item,
Sine graui alterius dispendio. item, Non est credendũ sic ædificari, ut cum
alterius incommodo id fiat. item, Oportet enim in eiusmodi rebus utilitatē
& tutelam facientis spectari, sine iniuria utique accolarum. Ergo ubi textus
ipsi nullam facere distinctionem, sed simpliciter iniuriam abesse utique uo-
luerunt (hoc enim uerbo emphaticôs utitur Vlpianus) nec nos distingue-
re debemus. [b]Deinde cum iustitiæ officium sit suum cuique tribuere, [c]non
uideo, quomodo suum cuique tribuamus, dum alteri quippiam adimamus.
Tertiò, quicquid iniuria fit, idē fit contra ius: [d]siue ea iniuria parua, siue ma
gna sit, certè illicita est, & legibus damnata, quarum obseruatio ad impera-
tores quoque pertinet. [e]Quartò, quòd Vlpianus ei, qui ad sepulchrum uiam
non habeat, ita prospicere uelit, ut tamē iustum preciũ ei daretur, qui uiam
cōcederet, & iudex de loci opportunitate prospiceret, ne uicinus magnum
patiatũ detrimentũ. [f]In utramque igitur rationē prospectũ est, ut preciũ solue-
retur, et uia loco cōmodiore concederetũ. Postremò quod hęc maiorũ obser
uatio, quā & Baldus & Angelus commēdant, [g]semper ualuerit, ut quotiēs
res quæpiā in cōmunem ciuitatis aut reipublicę usum alteri adimeretur, sta
tim precium solueretur: quando Vlpiano referente, [h]ne publico quidē no-
mine licet in alieno agro lapides cædere, nisi prius solutũ salarium pro hoc
5 domino præstetur. Ergo sicut boni & integri uiri est, utilitati publicę suam
posteriorem ducere: ita utilitas publica nulla cum offensione, damno ac in-
iuria alterius quærenda erit.

a In d. lam. ll.

Principũ rescripta non erunt in alterius fraudem concedenda.

Clausulæ legũ, quibus probatur nulla cũ iniuria alterius publicã utilitatem quærendam esse.

b l. quos prohibet. ff. de postulando. l. 2. §. conuenire. ff. de iudicijs.

c l. 1. l. iustitia. ff. de iustitia & iure.

d l. 1. ff. de iniurijs.

e l. digna uox. C. de ll.

f In l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. funer.

g In l. 2. C. pro quib. causs. seru. præ. libert. accip.

h In l. uenditor. §. si constat. ff. communia prædior. fact l. Atheim. §. 1. ff. de aqu. plu. arc. pul cher text. in 94 quæst. 1. gloss. c. 1. §. ad hoc. in uerbo, nõ potest, de pac. iur. firmand.

IN OPTIMARVM LEGVM STVDIIS ADHIBENDVM
esse ardorē quendam amoris, rationē quoque & ordinem, quo omnia
& illustriora & faciliora fiunt. Cap. XVII.

1 *Locum Ciceronis in primo de Orat. ubi sub persona Antonij dicat, iurisprudētiam & paruis & paucis uoluminibus contineri posse, lusorium esse.*
2 *Sine summo studio, singulari alacritate, & confidenti spe, parum in iuris ciuilis cognitione effici.*
3 *Quia magna ingenij humani uis sit, ab incepto studio, quantumuis difficili, facilè deficiendum non esse.*
4 *Cum plerumque difficilia utilitate recompensentur.*
5 *Omne autem difficile, ratione, ordine, & modo alleuari.*


Olim cuiusquā hic discendi spem infringi, aut languescere in-
dustriam, amplitudine præsertim, & difficultate iurispruden-
tiæ, quæ ut diuinarum humanarumque rerum notitia est, ita ex-
1 plicari sine communioribus literis non potest. Neque etiam
remitti iuuentutis studia ea facultate, quam alicubi Cicero,
in persona Antonij, iuri ciuili tribuit. [i]Cum enim diuinus ille in dicendo

i Lib. 1. de Or.

uir, patriæ ac eloquentiæ parens, scribat, omnia iuris præcepta ante oculos posita, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum, neque ita multis literis aut uoluminibus magnis contineri: lusit oratorio more, ut extenuatione atque collatione iuris ciuilis, ampliorem illustrioremque faceret dignitatem eloquentiæ, cuius eo in loco ratio admirabiliter ornateque explicabatur. Neque improbabile est, cum duodecim legum tabulæ solum, & pauca quædam prætorum edicta extarent,[a] fuisse maiorem eius & in discendo facilitatem, & suauitatem in cognoscendo: quæ tamen ipsa quoque nunc permagna est. At postquam ius in eam molem, qua propè premimur, ac multiplices etiam & obscuras interpretum commentationes diffusum est, adhibenda erit magna in eo perdiscendo diligentia, multus labor, assidua studij disciplinæque contentio: uaria etiam ac multiplex caussarum exercitatio, animi quoque iudicium & prudentia, sine qua nihil quicquam in uita fit egregium: maximè autem ardor quidam amoris & alacritas, quæ omnibus magnis & præclaris studijs adfert cùm gratiam, tum constantiam. Nihil enim egregium aut præstans, nihil magnificum aut præclarum assequemur unquam, nisi uehemens & ardens studium, cum spe summa & alacritate coniunctum adsit. Nam sicut illud efficit ac præstat, ut ad optimarum rerũ laudem ac gloriam parandam nullo uel labore debilitemur, aut puerili desperatione fracti, in ocium ac socordiam traducamur, sed potius excellentium uirorum cogitatione cõfirmati, sempiternum quiddam spectemus: ita ipsa studij alacritas omnem magnarum rerum æmulationem ac successum producit, auget, retinet. Et quoniã admirabilis est humani ingenij uis & potestas efficiendi propè quod uelit, nõ recusabit iuris studiosus hanc discendi difficultatem, tædiumque deuorare, & quodam tanquã utilitatis maioris compendio emetiri, quando si qua maior alicubi difficultas est, ea nõ alia perinde re, atque recta præceptionum uia & ordine, qui lucem rebus obscuris adfert, alleuari poterit. Omnia enim artis præcepta breuiora & faciliora fiunt ordine, ratione & modo.[b]

Consilium Ciceronis.

a l. 1. ff. de origine iur. tot. tit. C. de iur. ueter. enuc.

Archidiac. 17. quæst. 6. in nou.

Alacritas studiorum quam uim habeat, uide & imperat. in proœm. ff. ueter.

b l. sequitur. ff. de usucap.

DE ORDINE, ET QVATENVS ILLE IN scripturis seruandus. Cap. XVIII.

1 *Sicut in omnibus rebus, ita præcipuè in maioribus studijs ordinem necessarium & utilissimum esse.*
2 *Quòd omnium scientiarum traditiones illo plurimum iuuentur.*
3 *Omniaq; illo tam cœlestia quàm terrestria contineri.*
4 *Iustiniani ordinem, quem in Instit. proœmio tradat, optimum pro iuris studiosis esse, quicquid alij commentariorum scripserint.*
5 *Quorum pars maior talis sit, ut adolescẽtes à iuris studio deterreat: & indolis bonitatem, si quæ sit, multitudine & subtilitate exhauriat.*
6 *Memoriam esse propriam iureconsultorum.*
7 *Summæ Azonis lectionem, iuris studioso & necessariam & utilem esse, propter eius ordinem & dispositionem.*
8 *In omnibus causis primùm contrahentium mentem spectandam esse, deinde quid iuris sit inquirendum. respub. ad quæst.*
9 *Neq; uel ad ambiguitatem uerborum, uel scripturæ ordinem, contrahentium consensui nocere debere.*
10 *Quòd ordine scripturæ, causa nec iuris, nec uoluntatis impediatur: ex sententia Papiniani.*
11 *Iuris enim dispositionem semper eo quod scriptum sit, potiorẽ esse, secundum responsa Iuliani & Celsi.*
12 *Certi casus, quibus scripturæ ordini tantũ standũ sit, & ea de re Marcelli sententia.*

Pruden-


Rudentiæ est non mediocris, omnibus in rebus ac causis, præ-
1 cipuè uerò in præstantissimarum artium studijs amplectendis,
rectum ordinem sequi:[a] & quarum rerum cognitione uera et so
lida eruditio constat, quibus eæ initijs, & quo ordine cōparen-
tur, animo atq; scientia tenere. Nam sicut Cicero alicubi [b] scribit, non par-
uam illam naturæ rationisq; uim esse, quòd unus homo sentiat, quid sit or-
do, quid deceat, qui deniq; in factis dictisq; sit modus: ipse etiam impera-
2 tor asserat, [c] maximarum artium præceptiones præcipuè iuuari ordine: ita
caput cuiuslibet artis ac disciplinæ est, ordine, & cum decoro omnia facere:
[d] quando, iuxta prouerbium, dimidium facti, qui bene cepit, habet. Magna
quoq; operis, & quædam perfectio acquisita uidetur, quoties ordine, tan-
3 quam statua Mercuriali eò deducimur, quò peruenire cupimus. Et sanè
admirabilis est in re omni ordinis uis: siquidem quicquid hæc rerũ uniuer-
sitas continet uel magnitudine præclarum, uel dignitate præstans, uel pul-
chritudine ac gratia iucundum, totum illud ordine maximè cōtinetur. Hic
perpetuam temperationem & concursum rerum terrestrium & cœlestium
continet. Hic in omnib. ijs quæ uel animi & ingenij impetu celeri, uel sen-
su comprehenduntur, pręcipuè regnat.[e] Hic suam in astris, in cœli motu ac
continentia, splēdore & habitudine uim, temperationemq; explicat: hic in
anni partibus, in dierum atq; noctium interuallis, in ipsis deniq; quibus ui
uimus, elementis præcipuè obseruatur, estq; planè immensum, quod huius
uis complectitur. Ac proinde adhibendus ordo quidem & modus omni-
bus in rebus, quæ uel fiunt, uel dicuntur, cùm ad conseruandam dignitatē,
4 tùm uerò studiorum magnitudinem. Quo autem ordine, qua ratione a-
dolescentia ingredi legum studia debeat, multis tradit Iustinianus impera-
tor:[f] cuius iudicio atq; auctoritati tot præsertim seculorum memoria confir
matæ detrahere, ut religio uetat, ita monēdi mihi legum professores erunt,
ne teneros iuuentutis animos, in ipsis studiorum cunabulis ambitiose defa
5 tigent immensis illis commentarijs, quibus referta sunt omnia. Debilita
tur enim, planè que frangitur, iuuentutis conatus, implicatione earum
commentationum, quibus legendis uix robustior ætas uidetur suffectura.
Et si qua excelsior naturæ indoles atq; bonitas, naturaliorq; ingenij succus
existat, is crebra illa & confusa disputationum cùm uarietate, tum uerò sub
tilitate exhauritur. Vt igitur lana lenioribus primùm delineamentis tingi-
tur, quo altius purpureum colorem interbibat: ita adolescentia primis legũ
institutionibus ceu elementis quibusdam sobriè, & quadam cum delecta-
tione informanda erit, ne desperatione eius quod proponitur, debilitata,
optimarum legũ studia odisse prius incipiat, quàm uim earũ facultatemq;
comprehendere animo posit. Adhibenda ea quoq; cura diligensq; animi
ratio erit, ut in optimarum legum studio atq; pertractatione, non obiter, &
quasi per transennam argumenta legum, quæ uulgo rubricæ appellantur,
intueamur: sed quod Celsus pręcipit, [g] earũ uim potestatemq; teneamus:
ipsa legum uerba atq; contextum, quoad eius fieri potest, scientia atq; me-
moria complectamur, ubiq; spectemus, quanta prudentia cōsilijq; magni-
tudine, quanta etiam uerborum proprietate atq; elegantia maiores nostri
6 nascentem rempublicam iure ac legibus fundauerint. Nam præterquàm
quòd ea exercitatione memoria, quæ propria est iuriscōsulti,[h] mirificè exer
ceatur, ipsa etiam oratio, qua nec præstantius quicquam, nec admirabilius
homini largita est natura, optimarum dictionum copia ac elegantia uesti-
tur atq; illustratur. Vt taceam, quod hac diligentia pleraq; inuenimus, quę
uel parum animaduersa, uel inconsideratè ab interpretibus sunt neglecta.

a d.l. sequitur. ff. de usucap.

b In lib. 1. Officiorum.

c In proœmio ff. ueter. §. nos uerò tantum. & l. 2. ff. de statu hominum.

Vis atq; utilitas ordinis.

d l. obseruare. ff. de offic. procons. l. nec quæcunq. §. obseruare. ff. eod. tit.

e Hinc illæ regulæ: Præposteratio ordinis uitio & actum. l. prolatam. C. de sentēt. item, ubi non est ordo, ibi confusio. Auth. de hered. & falcid. §. inoramatũ. iuncta gloss.

Pia & utilis auctoris commonitio.

f In præfat. in lib. institut.

Quintilianus.

Ratio instituendæ iuuentutis.

g In l. scire leges. ff. de legib. l. benignum. l. in ambigua. ff. eodem tit.

h Cic. lib. 1. de Oratore.

Cuius rei cura quum nuper desidia hominum remitti, ac propè deponi cœ
pit, mirari nemo debet,in iam fœdam nos barbariē, ac portentosum quod
dam omnis eleganniæ fastidium esse coniectos. Et quando in locum de 7
ordine incidimus, omnino uelim iuris studiosis familiarem esse lectionem
Summæ auctore Azone collectæ: propterea quòd homo ille ingeniosus,
ac legum sciennsissimus,mihi uideatur magna diligentiæ felicitate,implici-
tam illam ac propè confusam legum uarietatē in optimam dispositionem,
siue οἰκονομίαν digestam, tanquam compendium quoddam complectendi
iuris proposuisse: & quod in primis pulchrum est, & cum studio eloquen-
tiæ coniunctum,ipsam legum uim atq; potestatem,proprijs ac significanti
bus iurisconsultorū uerbis retulisse. Facile ordinem obseruabit, qui primis
eiusmodi institutionibus informatus, omnia quæ à maioribus rectè & pru
denter constituta sunt,ad imitationem animiq; iudicium refert.

Lectio Azonis.

Porrò ordo non solum in tradendis præceptionibus, cuiusmodi exem-
plum quoq; apud Paulum est,in l. sequitur. ff. de usucapionib. sed & in præ-
standis legatis ac fidecommissis,ut in l. quia autem is. ff. si quis omiss. causs.
testa. Item in conueniendis fisci debitoribus,ut in l. quoniā. de conuen. fisci
debitor. C. libro decimo. & conueniendis magistratibus,qui negocia male
gesserunt: ut est apud Paulum iurisconsultum in l. imperatores, cum duab.
sequennbus. ff. ad municipiales. in dicendis quoq; sententijs, iuxta l. prola-
tam. C. de sentent. & interlocut. omnium iudicum. necnon in albo scriben-
do, ut tradit Vlp. in l. 1. ff. de albo scribend. & eiusmodi alijs reb. obseruatur:
etiamsi Paulus in l. nec enim. ff. de solut. nō insciēe scriptum reliquerit, ordi
nem scripturæ spectandum non esse, sed ex iure potius sumēdum id quod
agi uidetur: hoc est, ubi legis mens certa est.

Quæstionis autem est, quatenus ordo seruādus? Nam uariè ea res apud
iurisconsultos tractatur. Responsio uera & simplex. In omnibus causis at- 8
que rebus, de quibus controuersia est, præcipuæ curæ atq; consilij erit, le-
gis mentem siue contrahentium, aut etiam testatoris uoluntatem, inspice-
re:[a] deinde uerò inquirere quæ sit iuris dispositio, ad quā facti ratio siue hy-
pothesis refertur, ut rectè indicant Bartol. atq; Dynus. [b] Postremò ordinē
legis siue scripturę diligenter obseruare, ne qua uel legi uel contrahentium
uoluntati fraus fiat. Exēpla nō sunt obscura, & passim obuia. Quotiens aūt
uel legis mens, uel testatoris uoluntas, uel contrahentium consensus quæ-
stionem mouet, nec ea certò nobis constat, perturbari nos ordinis ratione
diuersa non oportet, quo minus legis mentem (quæ semper nobis spectan
da erit[c]) contrahentiumq; siue testatorum uoluntatē esse uelimus saluam:
propterea quòd iniquum sit, ambiguitate uerborum, aut ordinis deprauaa- 9
tione ipsam testatoris uoluntatem contrahentiumq; mentem nihil ualere
debere.[d] Si uerò dispositio iuris diuersa & dissenniens ab eo sit, quod in scri
ptura continetur, standum erit non scripturæ ordini, sed iuris dispositioni
communi. Cuius rei exemplum in hæc uerba refert Iulianus:[e] Qui soluen-
do, inquit, non erat, duos Apolloneas liberos, hæredesq; esse iusserat: alte-
ro ante apertas testamenti tabulas mortuo, non ineleganter defendi pote-
rit, eum qui superer it, liberum & solum necessarium hæredem fore. Quod
si uterq; uiuit, institutionem nullius esse momenti, propter legem Aeliam
Sentiam, quæ amplius quàm unum necessarium hæredem fieri uetat. Simi
le est apud Celsum eodem tit.[f] Qui soluendo, inquit, non erat, seruum pri-
mo loco, & alterū seruum secundo loco hæredes scripsit: solus is qui primo
loco

a l. omne uerbū. C. de legat. l. 3. §. conditio. ff. de admend. legat. Alber. in l. nec enim. ff. de solut.
b In d. l. nec enim. ff. de solut. & l. moribus. §. prim. ff. de uul. et pupil. substit.
c l. scire leges. ff. de legib.
d l. 1. ff. de pact. l. 1. C. de sacro sanct. eccles. l. ambiguitates. l. præposteri. C. de testament. l. quidam. ff. de pecul. legat.
e In l. qui soluendo. et l. 2 ff. de hæredib. instituend. Facit etiam pulchrè l. quotiens. ff. de usufructuar. uide in hanc sententiam Albericum, Dynum, & alios, in l. nec enim. ff. de solut. l. quidam. ff. de pecul.
f In l. qui soluendo.

loco ſcriptus eſt, hæreditatem capit. Nam lege Aelia Sentia ita cauetur, ut ſi duo plures'ue ex eadem cauſſa ſcripti hæredes ſunt, uti quiſque primus
10 ſcriptus ſit, hæres ſit. Vtrumque ſanè exemplum docet, iuris diſpoſitionem potius, quàm quòd ſcriptum eſt, ſeruari: uerumque eſſe id quod Papinianus
11 alicubi ſcribit[a]: ordine ſcripturæ non impediri cauſſam iuris ac uoluntatis.
12 Si uerò neque de legis mente, uel contrahentium teſtatoriſque uoluntate, neque de ipſa iuris diſpoſitione liquidò cōſtat, in eo ſanè caſu dubio, ſemper ſtandum erit ſcripturæ ordini: quando Marcellus rectè putat,[b] nō aliter à ſignificatione uerborum recedi oportere, quàm cum manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe teſtatorem. Porrò Bartolus[c] præter hæc quæ diximus, triplicem facit ordinem: ut primus ſit, qui certas quaſdam actionum, ſubſtitutionū, & huiuſmodi formas continet. Secundus temporis, ad inducendam prælationē in iure. Tertius uerò ſcripturę & elocutionis. Nos ut nimiā illam diſtinctionum uarietatem adoleſcentię ſtudijs obijciendam eſſe non putamus: ita diligenter eos, quorum cura omnis in diſcendo iure configitur, monemus, ut in optimarum artium ſtudijs, in actionibus ac cauſsis, ordinem, rationem, & modum ſeruent.

a In l. cum pater. §. fidei tuæ. ff. de legat. 2. l. nec enim. ff. de ſolut.
b In l. non aliter. ff. de leg. 3. et probatur amplius in l. ſi duos. in princip. ff. de execut. tut. et l. cum pater. §. fidei tuæ. ff. de leg. 2. Dynus pulchrè in d. l. ſi duos. Iacob. de bel. in l. quoties. ff. de uſufruct.
c Bartol. in l. morib. §. prima. ff. de uulg. et pupillari ſubſtit.

DE RATIONE. CAP. XIX.

1 *Omnino obſeruandum eſſe, quam rationem iureconſulti in legibus definiendis ſecuti ſint.*
2 *Hoc enim, præterquàm quod ingenium acuat, commonere, ea quæ certa de cauſa contra iuris diſpoſitionem conceſſa ſint, ad exemplum non trahenda eſſe.*
3 *Rationes ipſas naturalem quandam legem eſſe, quæ à iureconſultis in his demum caſibus adferri ſoleant, qui certa aliqua lege comprehenſi non ſint.*
4 *Vbi eadem ſit ratio, ibi quoque eandem eſſe iuris diſpoſitionem.*
5 *Rationem eſſe legis animam.*
6 *Non ſolum in expreſſis, uerumetiam in tacitis rationi locum eſſe: adductis Celſi & Pomponij reſponſis.*



Vm M. Tullius Cicero[d] præcipuam prudentiæ partem eſſe ſcribat, acutiſsimè & celerrimè uidere, ac rerum quæ tractantur rationē explicare: erit eiuſdē diligentiæ obſeruare, quam
1 rationem in rebus ac cauſsis certo iure ac lege definiendis ſecutus ſit iuriſconſultus. Nam & ea res ingenium acuit, & alit prudentiam, excitat'que animos noſtros incredibili earum rerum ſtudio,
2 quarum eſt dignitas omnis cum republica coniuncta: præcipuè uerò commonet, ut quod caſu aliquo aut tempore cōtra iuris rationem receptum ſit, ad nullam conſequētiam trahamus.[e] Lege Aquilia tenetur, qui iniuria hominem ferro uel fuſte, uel qualitercunque occiderit.[f] Quid igitur, ſi quis ſeruum ægrotū leuiter percuſſerit, ita tamen ut cum antea graui ualetudine laborauerit, mortem obicrit, quantumuis leuiter percuſſerit, an locus erit legi Aquiliæ? Multum certè intereſt, occiderit quis, an mortis cauſſam præbuerit. Labeo ſanè[g] eū lege Aquilia rectè teneri putat, hac ratione motus, quod aliud alij mortiferum eſſe ſoleat. quæ ratio ſine iuſta cuiuſquam indignatione uera eſt: arguitque quanta cum prudentia atque æquitate leges à maioribus noſtris ſint promulgatæ. Nihil illi temerè, nihil immoderatè, nihil indecenter, ſed omnia ratione ac prudentia agere, atque ut fierēt, præcipere,
3 cunctaque æquitate definire uoluerunt: ac proinde cum ratio ipſa naturalis quædam lex ſit, ſatis eſſe exiſtimauerunt, ad definitionem probationemque rerum earum, quas uel confirmare, uel refellere conarentur, rationem in eo pręcipuè caſu adferre, qui nulla certa lege cōceptus eſſet.[h] Et ubi eadem foret ratio,

d In li. 1. Off.
e l. quod uerò. l. quod nō ratione. ff. de legib.
f l. lege Aquilia. l. qua actiōe. ff. ad l. Aquil.
g In d. l. qua actiōe. §. ſi quis. uerſic. ſed ſi quis ſeruum. ff. ad l. Aquiliā. l. item mela. §. Celſ. ff. eod. tit.
h Pulchrè & amplè Iaſon in l. illā. num. 10. uerſic. limita tamen. C. de collat.

ret ratio, ibi quoque eandem esse uoluerunt iuris dispositionem[a]. Quare etsi 4
omnium eorum quæ à maioribus constituta sunt, ratio, ut ait Iulianus,[b] red
di non possit, obseruari tamen ea passim & semper debet, quoniam legis a- 5
nima est, & qua cessante, ipsa quoque lex cessat. [c] Omnium enim rerum domina et regina est ratio: quæ connexa per se, longiusque progressa, ipsam legem aptam iubendo atque uetando facit. Satis autem constat, hunc morem obseruatum esse à maioribus, qui ciuitates legibus fundauerunt, & Remp. optimis temperauerunt institutis: ut in omnibus constitutionibus certam æquitatis rationem sequerentur, eamque si ita causa postularet, ipsis legibus ascribendam esse putarent, quo maior earum esset & ueneratio & dignitas.
Neque tamen in iis solum, quæ expresso partium consensu, uel exemplis com- 6
prehensa sunt: sed si quæ tacite intelligantur, uel excipiantur, sequenda erit ratio, æquitatisque benignitas. [d] Cuius rei pulchrum in primis extat exemplum apud Celsum.[e] Si cui simplici, inquit, usu, uia per fundum cuiuspiam cõcedatur, uel relinquatur, in infinito uidelicet, per quamlibet eius partem ire agere licebit: ciuili tamen modo. Nam quædam in sermone tacite excipiuntur. Nõ enim per uillam ipsam, aut per medias uineas ire, agere, sinendus est: cum id æque commode, & minore cum detrimento fundi seruientis per alterã partem facere possit. Tale est apud Pomponium:[f] Cum quid mutuum, inquit, dederimus, etsi non cauerimus, ut æque bonum nobis redderetur, non licet debitori deteriorem, quàm ex eodem genere sit, reddere, ueluti uinum nouum pro ueteri. Nam in contrahendo quod agimus, pro cauto habendum est. Id autẽ agi intelligitur, ut eiusdem generis, & eadem bonitate soluatur, quod datũ sit. Vtroque exemplo apparet à maioribus legũ peritis magna cum æquitate & prudentia legis rationẽ spectatam esse: neque obscura sunt alia eiusmodi exempla. Qualis autẽ ratio esse debeat, scribit alicubi Albericus,[g] & Plato in Phædone.

DE MODO. CAP. XX.

1 *Quamlibet rem suum habere modum, magis tamen offendere id quod nimiũ sit, quàm quod parum.*
2 *Tria senatoris officia, ex Cicerone.*

Breue hoc sit præceptum, cuius tamen infinita propè est utilitas, ut omnibus in reb. ac causis seruemus modum: sine quo nihil decorum, nihil rectum, nihil laudabile esse potest.[h] Nam ut Cicero dicit,[i] in omnibus rebus uidendum quatenus: propterea quòd non solum in omni studio ac scientia, uerumetiam in ipsa uirtute optimum est, quicquid rarissimũ, & intra modum continetur. Et quanquam suum res quælibet modum habeat, magis tamen of- 1
fendit nimiũ, quàm parum. In quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirent, quid esset satis. Et Cicero[k] senatoris officia tria 2
alicubi describens, primum esse uoluit, ut adesset, quotiens in frequenti ordine res, de qua consultandum foret, grauitatẽ magnitudinemque haberet: secundum, ut loco diceret senator, hoc est rogatus. postremum, ut modo, ne esset infinitus, propterea quòd breuitas non modò senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia: neque placere quicquam potest, quod modum excedit.[l] Extant apud iurisconsultos præcepta atque sanctiones de modo seruando, in l. officio iudicis. ff. ubi pupil. educ. deb. in l. ex damni. ff. de damno infect. in l. impuberem. ff. de furtis. in l. qui bonis. ff. de cession. bonor. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iud. in l. quæstionis. ff. de pœnis. in l. obligationum. ff. de action. & obligat.

a L. illud. ff. ad l. Aquil. l1. c. inter corporalia. de translat. prælator.
b in l. nõ omnium. ff. de legib. & senatusconf. A' maioribus nostris diligenter obseruatam esse legum rationem.
c l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. l. cũ ratio. ff. de bon. damn. l. quod dictũ est. ff. de pactis. cũ cessante. ext. de appellation. adigere. §. quamuis. C. de iure patro. l. cũ mulier. ff. solut. matrim. Baldus in l. maximum uitium. C. de libert. præterit. uel exhæredit. et in l. si te oportet. de excusat. tutor. doct. in l. non dubium. C. de legib.
d l. nullo iuris. ff. de legib. l. si me & Titium. ff. si cert. petatur.
e in l. si cui simplic. ff. de seruitutibus.
f in l. cũ quid. ff. si certum petatur.
g in l. non omnium ff. de leg.
h Quintilianus lib. 4. cap. 2.
i Lib. de Oratore. & idem in lib. 2. de Finibus bonor. et malor.
k Senatoris officia.
l Textus & gloss. in proœmio Decretal. & ibi Panorm. nu. 4. uers. secundo. facit cõtra dd. & gloss. in c. cũ sit ars. de ætate & qualitat. et l. 2. §. contrariũ. C. de iur. ueter. enucleand.

MVLTA ET DIFFICILIA IN DISCENDIS LEGIBVS subeunda, quæ tamen honoris & fortunæ commodis compensantur. Caput XXI.

1 *Multiplicem & rerum & scientiarum cognitionem requiri in eo, qui reipublicæ præesse uelit.*
2 *Cæterarum artium, cum iurisprudentia collatarum, tenuitas.*
3 *Leges omnium uirtutum quasi προλήψεις, & notiones esse.*
4 *Vt iurisprudentiæ studium cæteris sit difficilius, ita maiores ex eo in rempublicam utilitates manare.*



Vltos & magnos labores in perdiscẽda iurisprudẽtia subeundos esse, declarat eius studij cùm magnitudo, & multiplex quædam eruditio, tum maior quædã utilitas. Omnem enim, ut antè diximus, præstantissimarũ rerum uim, omnem artium cognitionem, omnes uirtutum formas, suo quasi ambitu com
1 plectitur. Et qui hoc sibi sumit & deposcit, ut in reipublicæ lucem, in senatus splendorem, in ciuium congressiones legum scientiam referat, eum certè pertractatum animo habere oportet, uniuersum ius, sacrorum ritus, principum constitutiones, prætorum edicta, senatusconsulta, plebiscita, prouinciarum statuta, cõsuetudines, descriptionem ciuitatis, uaria etiam omnis historiæ exempla, ut quotiẽs causa & usus postulat, de unaquaq; quæstione
2 aptè differere ac definire possit. Cæteræ ferè artes & disciplinæ, aut circa res ieiunas ac tenues, nisi huius artis pulcherrimæ splendore uestiantur, uel uti dictionum significationes, proprietates, definitiones, diuisiones, numeros, partes, qualitates, distributiones, & eiusmodi minora quædã præcepta uersantur. Iurisprudentia, cum discitur, admirabiles uirtutis amores ex-
3 citat, propterea quòd leges certæ quædam uirtutũ omnium notiones sunt & prolepses. Et cum ad reipublicæ gubernacula refertur, facile reliquas ar-
4 tes omnes utilitate uincit. Itaq; etsi maior quædam eius sit difficultas, longoq; ferè usu & exercitatione constat: cum tamẽ uix alia ars est, ex qua plures in remp. cõfluant cõmoditates, cum nulla uitæ ratio, nullum ętatis tempus, nulla reipub. pars huius præsidio carere possit: cum etiam hæc ipsa artis huius difficultas, honoris, dignitatis, ac fortunæ amplitudine compensetur: nòn debet spes eorum, qui se iurisprudentiæ studio dedunt, languescere, aut contrahi animis, cogitatione eius laboris, quem plerunq; omnes artes requirunt, sed potius amplissimo honoris præmio atque gloriæ æternitate ad eius studium incitari atque confirmari.

l. 1. ff. de Iustit. & iur. l. 1. ff. de legibus. & senatusc. 24. quæst. 4. c. sicut igitur Michael.

Imperat. in prooemio ff. ueter. §. & quod iam primis uerbis.

Leges uirtutum omniũ notiones sunt & prolepses.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE VSVRPATIONE LEGVM, LIBER SECVNDVS.

QVID SIT IVSTITIA, QVOMODO NATA, & quam rebus humanis adferat utilitatem.

CAPVT I.

1 *Iustitiæ, uariæ diuersorum autorum definitiones.*
2 *Quæ cum omnium uirtutum sit pulcherrima, dignissimaq́;, nullam absq; hac consistere posse.*
3 *Huius initium à natura ductum esse.*
4 *Eiusdem collatio cum cæteris uirtutibus.*
5 *Quæ quia cæteras uirtutes omnes complectatur, eadem præditum cæteris non carere.*



a *l. iustitia. ff. de iustit. & iur.*
b *Lib. 1. Rhetoricorum. & lib. Ethicor. 5.*
c *Lib. 2. & 3. Rhetoric.*

IVstitia est constans & perpetua uoluntas, ius suum uni- 1
cuiq; tribuens:[a] hoc est, definitore Aristotele,[b] eiusmo-
di siue habitus, siue uirtus, qua singuli sua secundum le-
ges possident, iusti omnia iustè & legitimè faciunt. Si-
monides, Pittacus, Bias, huius partes definiũt, ut uerũ
ubiq; fateatur, ac suum cuiq; tribuat. M. Tullius Cicero,
[c] nunc æquitatem, nunc habitũ animi appellat, qui com
muni utilitate seruatã, suam cuiq; tribuat dignitatẽ. Virtus una omnium 2
pulcherrima, & in qua omnis reipublicæ splendor, omnis rectè factorum
laus & gloria residet.[d] Nulla siquidem æquitas, nulla liberalitas, nulla ani-
mi magnitudo, nulla benignitas, nulla deniq; uirtus esse potest, quę iustitia
uacet. Initium eius idem scribit[e] à natura profectum, deinde quædam in 3
consuetudinem ex utilitatis ratione uenisse: postremò res & à natura pro-
fectas, & à consuetudine probatas, legum metu & religione esse constitu-
tas. Magnus huius in republica cõstituenda & regenda usus, magna digni-
tas, magna maiestas. Continet enim atq; amplectitur omnium uirtutũ for-
mas: & qua neglecta, non solum nullus diuturnus, florens ac fœlix reipub.
status, nulla ciuilis uitæ æquabilitas, nulla postremò animorũ coniunctio
ac societas esse potest: sed ipsæ etiam illæ uirtutes, quarum admiratione ac
laude trahimur, non solùm contemptim haberentur, uerumetiam magnis
quoq; uitijs essent finitimæ. Pulchra in primis uirtus prudentia, quæ re- 4
rum multarum memoria, usu quoq; plurimorum negociorum confirmata,
quid in unaquaq; re optimum sit, inuenit atq; ostendit. Hęc tamen, si iusti-
tia absit, labitur in perniciosam quandam calliditatem, malitiam atq; uersu-
tiam: quæ uitia cũ uera prudentia maximè pugnant.[f] Fortitudinis est, res
magnas & excelsas expetere, sapiẽter ferre casus aduersos, prosperos uerò
moderatè: neq; fortuna frangi, neq; de naturę suæ statu deijci, sed omnibus
in rebus constantiam, dignitatemq; retinere.[g] quæ tamẽ ipsa, si modum e-
grediatur, immani quadam aut crudelitate, aut stupore animi, aut temerita-
te audaci, si ad iustitiam non referatur, non fortitudo, sed audacia erit appel
landa.[h] Temperantia docet rationi obediendum, animiq; cupiditates atq;
affectiones domitas habere oportere: utilis in primis uirtus moderãdis cu-
piditati-

d *Bartol. in Authent. ut omnes obed. iudic. nu. 10. et 24. quæst. 4. c. sicut igitur Michael.*

Iustitiæ utilitas.

e *Lib. 2. Rhetoricorum.*

Collatio uirtutum cũ iustitia.

f *Quatenus accipiẽda prudentia, quotiens in commissionibus caussæ cognitio cuiusquam prudentiæ ea delegatur, uide pulchrè Felinum in c. ne imitaris. de constitution. in princ. nu. 1. Abbat. in c. 1. de iudic. Bartol. in l. qui tamen. § si arbitr. ff. de arbit. Abbat. in c. de sequestr. possess. & in c. 1. de const. Semper enim prudentia ad legum æqualitatem, non autem calliditatem ullam referri debet.* g *Augustin. in epistol. ad Hieronymum. Ambros. lib. 1. Offic. & habetur 23. quæstion. 3. c. fortitudo. Gregor. lib. 8. moral. Seneca ad Lucillum, epistol. 2. Cicero passim in Tuscul. quæstion. & lib. Officior.* h *Felinus in c. 1. de magistr. Seneca in epistola ultima. Cicer. libro 1. de Finibus bonor. & malor. & in lib. Officior.*

piditatibus, si cum iustitia fuerit sociata: alioquin non magnam solum op-
timarum rerum contemptionem, sed & animorum corporumq; debilitati-
onē fractionemq; adferet. Sunt enim omnib. magnis uirtutibus, si iustitia
5 careāt, finitima uitia. Sed cū iustitia uirtutes reliquas facilè cōplectatur,[a] ha
beatq; miram quandam cum ijs cognationē atq; societatem, cum eius prę-
cepta sint, suum cuiq; ius tribuere, honestè uiuere, alterum non lædere,[b] faci
lè uirtutes alias complectetur, qui hanc sibi in omni uita colendam, eamq;
ad Reipublicæ lucem atq; splendorem referendam esse existimat.

a d. 24. quæst. 4. c. sicut igitur Michael.
b d. l. iustitia.

DVPLICEM ESSE IVSTITIAM, ET DE VNI- uersali iustitia. Caput II.

1 *Vniuersalis iustitia in quibus consistat.*
2 *Definitionem iustitiæ, quæ Vlpiani est, impudenter à Laurentio Valla suggillari.*
3 *Cum dicatur iustitiam cæteras uirtutes omnes complecti, de ciuilibus uirtutibus hoc intelligi, non de Christianis.*
4 *Accursij error.*

1 EST autem duplex iustitia: altera quæ uniuersalis dicitur, tan-
quā uniuersalis siue obseruātia, siue obedientia erga magistra
tus, seu leges ac iudicia: item pietas erga patriam & parentes,
beneuolentia erga eos, qui de Republica & nobis bene &
præclarè sunt meriti, fides in pactis, transactionibus, commo-
dato, deposito, locato, &c.[c] Omnes enim reliquas uirtutes & earum officia
cōprehendit; & docet quid hominis sit propriū officium, quæ animorum
coniunctio, quæ uitę humanæ societas, quæ officiorum religio, non solum
utilis, sed necessaria tractādis Reipublicæ gubernaculis, uel ut Aristoteles
asserit,[d] uirtus omnium perfectissima, propterea quòd reliquas omnes com
2 plectatur, sitq; semper cum utilitate publica coniuncta. Vlpianus[e] eam,
ut diximus, uocat constantem & perpetuā uoluntatē, quæ suū ius unicuiq;
tribuit: quæ definitio cum suo genere & differentijs constet, comprehen
datq; & particularis ipsius iustitiæ partes, malè & inuerecūdè à Laurēt. Val
la reprehenditur. Quotiens enim obediētia magistratibus, pietas parenti-
bus, bonis suus honos, malis uerò ac nocentibus hominibus suum suppli-
cium proponitur ac defertur: quotiens quæ ex pacto uel transactione con-
uenerint, præstantur, res creditæ, conductæ, commodatæ, depositæ, bona
fide redduntur: totiens iustitiæ partes explicantur, toties suum unicuiq; ius
3 tribuitur. Quod autem dictum est, iustitia omnes uirtutes contineri, refe
rendum erit ad ciuiles & politicas uirtutes. Nam illę uirtutes, quarum Chri
stiana doctrina plena est, ueluti fides, timor, & inuocatio Dei, dilectio pro
ximi, reuerentia erga Deum, religio, gratiarum actio, & eiusmodi aliæ, pe-
tendæ erunt ex sacris literis: quando philosophicæ institutiones de ijs nihil
4 satis tradūt. erratq; Accursius,[f] cum putet iuriscōsulto theologiæ cognitio-
nem necessariam non esse, propterea quòd omnia quæ ad eam rationē per
tineant, in corpore iuris tradantur.

Pulchrè Aristoteles in li. 5. Ethicorum.
c l. 1. l. ut uim. ff. de iustit. et iure. l. 1. ff. de pactis. l. qui fidem. ff. de transact. l. 1. ff. de cōstitut. pecu.
Laurentij Vallæ error.
d In li. 5. Ethic.
e In l. iustitia. ff. de iustit. & iure.
Error Accursij.
f In gloss. penult. l. iustitia. ff. de iustit. & iure.

DE PARTICVLARI IVSTITIA, ET EIVS formis atque officijs. Cap. III.

1 *Particularis iustitia circa quæ uersetur.*
2 *Ipsam esse diuersam ab ea quæ uniuersalis dicatur.*
3 *Eius duas species esse.*

In hanc rationē quædam scribit Speculator in proœm. uersic. hoc igitur. Abbas in c. ult. col. 3. de consuetud. nec sunt huius rei obscuræ præceptiones in lib. Deuteron. apud August. ad Macedoniū, Hieronymum ad Demetriadem, Aristotelē, Ciceronē, & alios: passim tamē in lib. C. & ff. et quædam apud Iasonem in l. si ex toto. §. si ita legatum. ff. de legat. 1. & l. iustit. ff. de iustit. et iure.
** In li. 5. Ethic.*



Ltera est, quę particularis dicitur, & cauet ne impietatis ac tur- 1
pitudinis scelere nos constringamus, ne ue aliorum possessio-
nes publica uel priuata ui turbemus, ne fraude, dolo, damno,
ac malo alieno opes nostras augeamus, aut uiolemus societa-
tem humanam: monetq́; ut omnes nostras actiones, curas &
uigilias in uitæ animiq́; innocentia, in Reipublicæ salute, ac rebus bene &
præclarè gerendis contingamus. Multas enim uitæ ac morū leges, plurimas
etiam rerum expetendarum aut fugiendarum rationes continet. Diuersa 2
tamen ea est atq; distincta ab uniuersali iustitia, auctore Aristotele, * proptę
rea quòd reliquas uirtutes non complectatur, sed tantum uersetur circa lu
crum, fitq́; multo angustior quàm illa uniuersalis, quæ circa omnia ea uer-
satur, quibus boni & innocentis uiri officium continetur. Huius duæ sunt 3
species, distributiua uidelicet, & commutatiua.

DE DISTRIBVTIVA IVSTItia. Caput IIII.

1. *Multiplicem iustitiæ distributiuæ usum esse.*
2. *Eandem maximè omnium politicam esse.*
3. *Legis Pomponianæ, quæ secunda est in tit. de Orig. iuris, breuis enarratio.*
4. *Distributiua iustitia circa quæ sit occupata.*

Aristoteles libr. 5. Ethicorum.



Agnus est in omni officiorum genere, quod quidem cum uti- 1
litate publica & priuata coniunctū sit, in omni actione ac re-
bus bene gerendis usus, atq; utilitas eius iustitiæ, quę distribu
tiua dicitur. Docet enim & declarat, quæ sit optimarū rerum
uis atq; cognatio, quę in omni uita habenda officiorum ratio,
quæ sint aptæ & honestæ in republica administranda, in regendis ciuitati-
bus, in ciuili hac societate functiones, quæ in exhibenda beneuolentia, in
referenda gratia, in suscipienda minorum tutela & curatione, in institutio-
nibus, & eiusmodi rebus, esse debeat ordinatio & gradus erga parentes, li-
beros, uxores, fratres, cognatos, affines, amicos & hospites: ut non alia uir- 2
tus magis politica uideri posit, & tanquā gubernatrix earum rerum, quæ
cum omnibus reipublicæ partibus ac ciuilibus officijs, retinendaq́; consue
tudine sunt copulatæ. Nam eam maiores nostri, alta mēte & ingenio pr̨e 3
diti, secuti, quòd uiderēt nullam rempublicam sine certa lege, sine certo iu
re stabilem esse: neq; iustitiam sine certis officiorū gradibus, & apta rerū or
dinatione coli posse, primùm ordinauerunt decemuiros, per quos leges à
græcis ciuitatibus peterentur, & in tabulis eburneis perscriptæ, ac pro ro-
stris compositæ corrigerentur. Postea uerò ordinatum Pontificum colle-
gium, ex quibus cōstituti, qui quoquo anno præessent priuatis. Orta dein
de inter patres & plebem secessione, grauiq́; controuersia plebiscitorum,
electi ac constituti senatores, ad quos reipubl. cura deduceretur: qui quo-
niam omnes prouincias prouidè gerere non poterant, constituto principe,
datum ei ius, ut quod constituisset, ratum esset. Postulabat enim nascentis
imperij Romani magnitudo, cuius rude exordium barbariem morum, ac
syluestrem quandam feritatem adhuc spirabat, ut in constituendis reipubli
cæ partibus, in fundandis ac regendis iure ac legibus ciuitatibus, colēdaq́;
iustitia, omnia certa ordinatione ac gradibus, aptisq́; officiorum functioni
bus constituerentur. His legum fundamentis iactis, delecti primùm reges,
penes quos omnis potestas habebatur: atq; ijs exactis, cōsules duo, qui sua
potestate ac iure rempublicam gererent, constituti sunt. quibus successerūt
censores, dictatores, magistri equitum, quo tutior esset aduersus externa
bella domi forisq́; Romana respublica. Et cum ijsdē ferè tēporibus, plebs à

Pomponius in l. 2. ff. de Origin. iuris.

patribus


patribus fecessisset, creati in monte sacro tribuni, prefectiq; aerario quaestores. Quo autem pôst ordine, & quibus officiorũ functionibus creati, & regendis ciuitatibus ac prouincijs praefecti sint tribuni militum, aediles curules. praetores urbani & peregrini, triumuiri monetales & capitales, multis enarrat Pomponius, & totus ferè liber 1. Pandectarũ ostẽdit, quam rationẽ huius distributiuae iustitiae habuerint maiores nostri in describendis ac constituendis officijs assessoris, consulis, & eius cui mandata esset iurisdictio: iudicis itẽ Alexandriae, praefecti praetorij ac urbis, uigilũ, augustalis, presidis, praetoris, procuratoris Caesaris, proconsulis & legati, quaestoris, omnium denique rerũ ac personarum. Quare cum haec distributiua iustitia personarũ ac
4 officiorum gradus, etiam honoris uel sceleris magnitudinem ex rerum circumstantijs constituat, omniaq; quae cum reipublicae partibus, ac uitae humanę societate coniuncta sunt, in certas ac legitimas functiones distribuat & ordinet, satis apparet eius in omnibus publicis & priuatis rebus actionibusq; utilitas.

DE COMMVTATIVA IVSTITIA. Caput V.

1 *Commutatiuae iustitiae officium.*

2 *Originem emptionis & uenditionis, à rerum permutationibus descendisse.*

3 *Pauperis operam rectè cum diuitis pecunia commutari, ex commutatiua iustitia.*



1 Ommutatiua iustitia cõmonet in hac ciuilis uitae coniunctione, ac rerum communitate, in omnibus caussis ac iudicijs,[a] in contractibus, in rerum permutationibus seruandã esse aequabilitatẽ: & proinde oeconomica est, quia precia rerum, lucrũ, damnum, & interesse cõstituit, & cuncta aequalitate quadam metitur. In mutui datione hanc commutationis aequalitatem seruari uoluit Pomponius,[b] ut cum mutuum dederimus, etsi non cauerimus, ut aequè bonum nobis redderetur, non tamen liceret debitori deteriorem rem, quae ex eodem genere sit, nobis reddere, ueluti uinum nouũ pro uetere. Sed et Paulus[c] tradit, eandem initio in contrahenda emptione & uenditione spectatã
2 esse. Nam origo emendi uendendiq; à permutationibus coepit, propterea quòd olim ita non erat nummus: neq; aliud merx, aliud precium uocabatur, sed unusquisq; secundum necessitatem temporum ac rerum utilib. inu-
3 tilia permutabat. Eadem haec commutatiua iustitia permittit in societate, operam industriamq; pauperis hominis cum ditioris pecunia ac patrimonio commutari:[d] uariaq; eius in contractibus, in obligationibus & delictis uis apparet.

a c. cũ inter. ex. de exceptionib. 3. quaestion. 9. c. nouit. l. ult. C. de fructibus. & tit. expens.

b In l. cũ quid mutuũ. ff si cert. petat.

c In l. 1. ff. de cõtrahend. empt. & uendit.

d l. societas. l. societatẽ. ff. pro socio.

IVSTITIAE PRAECIPVA COMMENDATIO EST, ut in iudicijs, in omnibus rebus ac caussis aequalitatem seruemus. Cap. VI.

1 *Ciuitatis foelicitatem in rerum aequalitate maximè consistere.*

2 *Quae cum in omnibus rebus obseruanda sit, maximè tamen in iudicijs custodiri debere.*

3 *In quibus personarum respectus locum sibi uendicare non debeat.*

4 *Nihil concedi actori, quod non idem reo permittatur.*



1 Ectè & prudenter Leon Eurycratidis filius eam urbem felicẽ ac omnibus bonis maximè optabilem iudicauit, in qua aequalitas cum iustitia floreret: propterea quòd, sicut aequalitas esset pacis atq; tranquillitatis altrix, ita inaequalitas & iniustitia ingẽtia secum seditionis ac licentiae mala inueheret.[e] Neq; enim rectè & liberaliter ibi uiuitur, ubi uastata morum licentia, arrogansq;

Leon Eurycratidis F.

Aequalitatis quae utilitas.

e Vdalricus Zasius scribit tit. de feudalib. cõtrouers. ipsam illam moralem iustitiam in iudiciorum aequalitate consistere: cuius quanta sit utilitas, tradũt quoq; passim legum interpretes.

præpotentia aduersus infirmorum hominum imbecillitatem, nulla uel iustitia cōpescitur, uel temperatur ęqualitate: neq; iucunda ulla uitæ rerumq; societas, in qua æqualitas non conseruetur, esse poterit. Sed hanc tamen 2
æqualitatem maximè spectare oportet, cùm omnibus in caussis & rebus, tum uerò iudicijs,[a] quę semper & ubiq; recta, libera & iusta, nulli uel gratię uel odio obnoxia, & cum summa æqualitate coniuncta esse debent. Gre 3
gorius pontifex præcipit[b] in iudicijs nō esse personarū, qualescunq; etiam illæ sint, quæ iudicium accipere legitimè possunt, habendam rationem: sed æqualitatem seruandam, prouidēdumq; esse, ne inopis deserti, & neglecti litigatoris sors durior acerbiorq; reddatur præpotentis auctoritate. [c] Sed eam maximè oportet tenere integrum & rectū iudicem in dandis dilationibus, producēdis testibus, exceptionibus, omnibusq; caussis ac rebus: neq; 4
sustinere, ut plus liceat actori quàm reo.[d] Estq; uulgaris hęc regula iuris: Nihil rectè ac legitimè concedi actori, quod non idem detur ac permittatur reo.[e] Nihil contrà denegari reo, quod non idem prohibeatur actori. [f] Et quod actor absente reo obtinet, idem posse reum, actore contumace, consequi.[g] Ac proinde si actor impetrauit, ut reus in caussa ciuili personaliter respondere cogatur, cogetur quoq; & actor ipse, & non per aliam personā respondere.[h] Sicut etiam, si actor impetrauerit, ut iudiciū definiatur, remota omni appellatione, ipse quoq; in caussa recontentionis appellare nō possit: idq; propter æqualitatem.[i] Eodem modo sicut generaliter reo non permittitur, ut post publicatā & editā testiū confessionē alios testes adferat, ne qua arte mala, & illiberali subornatione quæri fraus & iniustitia posit, ita actori idem quoq; prohibetur.[k] Et quemadmodum reo, ita actori non licebit, post acceptum iudiciū procuratorē suum officio remouere, aut reuocare.[l] Sunt multi insignes loci, quib. indicari poterit, quæ ratio inter actorem & reum habenda sit ad constituendam iudicij ęqualitatem, quos hic recensere non est instituti nostri: contenti, breui saltem oratione annotasse, omnibus in rebus ac caussis, præcipuè uerò in iudicijs retinendam esse æqualitatē. Cuius etiā ea uis & potestas est, ut & ius agendi, quod defuncto competebat, planè ad uniuersalem successorem deuoluatur atq; pertineat: & si qua actio aut exceptio contra defunctum institui rectè poterit, ea etiam in hęredem uniuersalem successorem detur.[m] Exempla non sunt obscura.

IVSTITIAE IVRIS'QVE EXPLICATIONEM continEri maximè honeste uiuendi ratione. Cap. VII.

1 *Præcipuum iustitiæ obseruandæ officium in uitæ honestate consistere.*
2 *Eaq; neminem ferè non commoueri atq; delectari.*
3 *Eadem de re Claudiani ad Honor. Imperat. carmen.*


Rimum ac pręcipuum colendę iustitię, iurisq; officium est, ut 1
honestè uiuamus.[n] Omnis enim animi bene sibi cōscij trāquillitas, omnis uitę innocentia ac uirtutis splendor, omnis rectè factorū gloria pręcipuè constat honestate: cuius ea uis est, ut eius pulchritudine atq; laude uehementer commoueatur natura humana, excitetur q; ad omnem rerum gerendarum laudem atq; dignitatem. [o] Dedit e- 2
nim, ut Quintilianus ait,[p] hoc prouidentia hominibus munus, ut honesta magis iuuēt. Tantamq; honestatis uim esse scribit Augustinus,[q] ut uniuersa penè natura humana eius laude commoueatur: neq; ulla sit tam uitiosa, ut sensum

a c. nouit. ext. de indic. & reg. iur. in iudic. c. cum inter. ext. de exceptionib. l. si cum dies. §. si arbitr. ff. de recept. arbitr. 3. quæstion. 9. c. ultimo. l. prouidendum. C. de postuland. ibi glossa singularis.
b In clem. 1. de testibus. in c. cū inter. ext. de exceptionib.
c Bald. in Aut. ex testamēto. C. de collationib. l. ut liberis. C. eo. tit. l. ult. C. communia utrusq; iudic.
d Reg. iur. non licet actori. extāt in hanc rem l. petendæ. C. de temp. in integr. restit. l. in pecuniar. ff. de ferijs. l. nemo in ijs. ff. de except.
e l. petend. C. de in integrū restitut. pe.
f l. nō debet actori. de reg. iur.
g Gloss. in uerbo iudicij, ad finē. l. properandum. §. & siquidem. C. de iud.
h Dominic. in c. 1. uersic. quod si actor. de dolo & contumac. libro 6.
i gloss. per tex. in c. 2. de mutuis petitionib.
k §. illud tamen. in Auth. de testib. col. 7.
l l. post litem. & l. quæ omnia. ff. de procuratorib. m l. quotiens. §. hæredes. ff. de hæred. instituend. n l. iustitia. §. 1. ff. de iustit. & iur. Baldus, Iason, & alij in l. reprehendend. C. de institut. & substitut. & l. quod ex libert. C. de operis libertor.
o Ambros. lib. Offic. 2. Tantus, inquit, splendor honestatis est, ut uitam beatam efficiat tranquillitas conscientiæ, & securitas innocentiæ. p Lib. institut. orator. 1. c. ult. q Lib. 2. de Ciuitat. Dei.

ut sensum honestatis totū amittat. Neque caussa quoque alia est, quamobrem optimus quisq; labores communis caussa commodi suscipiendos existimet, quàm quòd publica honestas ad omnes pertineat, omniumq; inter sit honestè uiuere.[a] Proprium siquidem iusti præsertim & sapientis est uiri, honestè uiuere, actiones omnes splendidè, constanter, grauiter, & honestè subire, neq; ulla utilitatis specie, aut emolumenti spe ab honestate abduci: [b] sed eius pulchritudine atq; dignitate omnia æstimare, propterea quòd uniuersus iustitiæ cultus in honestate maximè residet atq; elucet.[c] Sensit idē hoc Claudianus poeta, ad Honorium scribens:

Nec tibi, inquit, quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat: mentemq; domet respectus honesti.
Tu ciuem patremq; geras, tu consule cunctis,
Nec tibi: nec tua te moueant, sed publica uota, &c.

Omnia enim officia, omnes consultationes, omnes uitæ actiones, ad honestatem erunt referendæ: eaq; sola (ut ille ait) utilitas omnis dirigenda.[d]

a Cic. libro 1. Officior.

b Baldus, Iason, & alij in d. l. reprehēdend. C. de institut. & substitut.

c Cic. libro 1. Offic. Nihil, inquit, honestum esse potest, quod iustitia uacet.

d Cicero li. Officiorum 3.

CVM IVSTITIAE QVOQVE PARS SIT NEMInem lædere, abesse debet à bono uiro, & dicendi iuris perito, omnis fraus atque deceptio.

Cap. VIII.

1 *Dolum ac fraudem ciuiles societates maximè omnium destruere.*
2 *Quare illum à uiro bono omnino obesse debere.*
3 *Illumq; nemini magis abesse debere, quàm committenti.*
4 *Iustinianus Imperator, quare de repub. optimè meritus sit.*



Vm iustitiæ sit suum cuiq; tribuere, neminē lædere, omnia ad honestatem publicam, & uitæ laudem referre:[e] abesse maximè à bono uiro, & iuris dicendi perito debet, omnis fraus atque
2 deceptio.[f] Nihil enim est quod magis dirimat atq; dissoluat uniuersa humani iuris, ciuilis cōiunctionis, atq; amicitiæ uincula, q̄ dolus, quàm fraus, quàm deceptio. Nam cum Cicero[g] dicat ueterē
3 hanc legē iustæ & ueræ amicitiæ esse, ut idem semper amici uelint, cū nullū certius sit amicitiæ uinculū quàm cōsensus & societas consiliorū & uoluntatis: cū deniq; ipsa illa, qua nihil fingi prǽstabilius potest, cōspiratio in rep. bene gerēda, mutua beneuolētia ac fide præcipuè cōstet: quæ ibi amicitiæ, quæ beneuolentiæ ac societatis humanæ, quæ iustitiæ partes esse poterunt, ubi omnia plena sunt fraudis ac doli mali?[h] Nam sicut rectū iustūq; est, nullius uel fortunam, uel dignitatē uiolare, sed sua cuiq; cōmittere:[i] ita quoq; æquum, ut carcere atq; supplicio coerceat,[k] qui uel aliena auarè appetit, uel res alienas sibi usurpat:[l] cū pręsertim nō solū prohibeamur ita rebus nostris uti, ut noceamus alteri:[m] uerum etiam naturę iure uetitū sit, aliquē cum alte
2 rius detrimēto ac iniuria fieri locupleriorē.[n] quando dolū, qui à bono uiro abesse debet, malū facit, qui alieno damno ac iactura lucrum quærit.[o] Perfidię est, fidem bonam non seruare: improbitatis, aliorum res ac possessiones fraude ac dolo malo occupare: impietatis uerò, eum qui se nostrę uoluntati
3 ac fidei plane dedit, atq; cōmittit, decipere. Veteres homines, quorū industria & doctrina resp. aucta est & conseruata, adeò uehemens & naturale quoddā doli mali & deceptionis odiū esse uoluerūt, ut turpiter acceptā pecuniā penes eum qui deceptus esset, iustius esse uoluerint, q̄ qui deceperit. Fuitq;

e l. iustitia. ff. de iustit. et iure.

f l. si quis dolo. §. ult. l. si iterū annotarum ff. de re iudic. l. 1. l. eleganter. ff. de dolo mal. Iason in l. ab emptione ff. de pact. l. si dol. C. de rescind. uendit. Bartolus in l. in causæ l. 2. ff de minorib. gloss. in l. iurisgent. §. prætor ait. ff. de pactis.

g in Orat. prò Cn. Plancio.

h Dolo hominum cōmercia, conuentiones, stipulationes, corporis animorūq; coniunctionē dissolui, scribunt Bald. in l. pupillorum. C. de reo pud. hæredit. & l. 1. C. si qui ali. te prohib. & l. quæ fortuitis. C. de pignorat. actio. & probatur in l. si quis cū alter. ibi doctor. ff de uerbor. obligat. l. dolo. C. de inutilib. stipulation. amplius Bald. in l. cum Archimedorā. C. ut in possess. legator. & l. si fratrc. C. qui testam. facere possunt et in l. sub prætext. ibi quoq; Bartol. C. de transact. etc.

i l. nemo exterus. C. de iudic.

k d. l. nemo.

l reg. iur. l. culpa.

m l. domū. l. reg. iur.

n c. locupletari. de reg. iuris, lib. 6. l. iure naturæ. cod. tit.

o l. si quis mancipijs. §. ult. de Institor.

a Fuitque haec causa, referente Vlpiano,[b] quamobrem praetor, edicto de dolo malo aduersus uarios & dolosos, qui alijs obfuerūt calliditate quadam, subuenerit, ne uel illis malitia sua esset lucrosa, uel istis simplicitas dānosa. 3 Et proinde grauiter dictum est à Neratio,[c] in cōmisso dolo hanc regulam in uniuersum sequendam esse, ut dolus omnimodo puniatur: neque alij damnosus sit, quàm illi ipsi, qui eum admisit. Sed & Marcellus & Labeo existimauerunt,[d] replicationem doli mali non dari: propterea quòd iniquum sit cōmunem malitiam petitori quidem praemio, ei uerò cū quo ageretur, poenae esse: cum multo aequius sit, ex eo quod perfidè gestum est, actorem nihil consequi. Quae sententia summam habet sine iusta cuiusquam indignatione aequitatem: quando non solum dolum commissum, sed & fraudis conscientiam puniendam esse, Vlpianus putat. [e] Magnam certè gratiam mere- 4 retur Iustinianus Imperator, quòd incredibili quadam studij uehementia, & illustri de rebus humanis bene merendi uoluntate commotus, uoluerit omnes nocendi quibuslibet modis artes cunctis amputare.[f] Quemadmodum igitur Plato dixit,[g] sapientis esse hominis, pecuniae utilitatem hoc ipso maximè emetiri, ut quae Deo uota sint, uel promissa hominibus, persoluantur, ne paupertatis caussa dolus fiat: ita nobis, qui honesti laudem expetendam esse putamus, certum hoc firmumque esse propositum debet, nostrae ut actiones omnes dolo malo careant.

a l. si procuratur. ff. de doli mal. exception.
b in l. 1. ff. de dolo mal.
c in l. si procurator agit ff. de dol. mal. excep.
d in l. apud Celsum. §. item quaeritur. uersicul. Marcellus ait. ff. de doli mali exception.
e in l. 1. ff. si quis in testam. liber esse iuss. fuer. et in l. ait praet. §. si quis partic eps. ff. quae in fraud. creditor.
f in l. omne senmen. C. de petitionib. bonorum sublat. lib. 10.
g in dialog. de Repub.

AN NATVRALIS QVAEDAM CIRCVMVENTIO infra dimidiatam precij partem, homini Christiano sit permissa. Cap. IX.

1 *Alterius detrimento opes quaerendas non esse.*

2 *Naturalem quandam circumuentionem iure ciuili permissam esse, uerùm & illam ab homine Christiano alienam esse debere, ut uult D. Paulus.*

3 *Quòd illa, salua conscientia, excusari non possit.*



Etsi humanae leges interim permittant,[h] ut in uenditionibus atque emptionibus naturaliter alterum circumueniamus cum hac moderatione, ne dimidiatam precij partem excedamus: ta- 1 men iniqui & perniciosi est hominis, etiamsi legib. posset, uel de damno ac malo alieno opes quaerere. Nam praeterquàm quòd Deus in Decalogo octaui & ultimi praecepti mandat, ne cupiditate mala affecti, quòd alijs sit nociturū, quaeramus: alienas opes, fortunas, possessiones, dignitatem atque familiam cōminuamus atque labefactemus, etiam leges ipsę dolum malum atque deceptionem damnant.[i] Quid enim tam foedum, & immanitate barbarum, quàm cum omnia nostra cōsilia opes atque fortunas ad tuendam & retinendam humanam societatem conuertere debeamus, cum deceptio ipsa legibus bonis sit maximè inimica: uelle tamen alteri quippiam decerpere atque detrahere, priuati commodi causa? Mihi sanè abijcienda uidetur hęc morum ac doctrinę deprauatio, quę cum fraude ac dolo coniuncta est. Tenendaque in uniuersum hęc Neratij regula,[k] ut dolus omnimodo puniatur, etsi nō alicui, sed ipsi qui eum admisit, damnosus sit futurus: propterea quòd Apostolus uetat,[l] in negocijs fratrē circumue- 2 nire. & omnes nos, qui in Iesu Christi uoluntate acquiescere uolumus, cauere magnopere oportet, ne non solum infra dimidiatam precij partem alterum circumueniamus, sed ut dolus & fraus omnis ab animo, uis atque oppressio à corpore nostro absit.[m] Hanc nostram sententiam, ne quis uel nouam, uel uanam esse existimet, cōprobant, Anthon. de Butri. secutus diuū Thomam

h l. in causae cognitione. §. Pomponius. ff. de dolo mal. l. rem maioris precij. C. de rescind. uenditoin. l. idem si precio. §. quemadmodum. ff. locati. c. penult. in b doctor. ext. de empt. & uendit.
i l. ait praetor. §. si quis particeps. ff. quae in fraud. creditor. l. 1. ff. de dol. mal. l. apud Celsum. §. itē quaeritur. uers. Marcellus ait. ff. de dol. mal. except. c. iure naturae. de reg. iur. l. sed haec in tu. ff. de aq. plu. arcend. l. qui filium. ff. de manumiss. testam.

k in d. l. si procurator ff. de doli mal. except. l 1. ad Thessal. 4. m l. si quis dolo. §. ult. sub finem. l. si rerum amotarum. ff. de re iudic. uide Albericum in l. rem maioris precij. C. de rescind. uend.

Thoman,in c. cum dilecti. de emption. & uendition. Iason in §. sed istę. nu. 113. col. 26. instit. de actionib. Moderni legum interpretes in l. 2. C. de rescin. uendition. Bartol. Veronens. in tractat. de simulat. cōtract. Gerhard. de Petro sancto in suo singulari, cuius initium est, Rogo ut nunquā. Io. de Anan. in c. in ciuitat. ext. de usuc. col. 3. Barbas. in l. 4. §. Cato. col. 27. de uerborū obligat. ubi in eam rationem multas magnorum iurisprudentium confert sententias. Nec me mouet c. cum caussam. c. cū dilecti. ext. de emption. & uendition. Primùm, quia ut dictum est, boni uiri est, nihil contra conscientiam
3 facere. Et cum ipsa conscientia, authore Baldo in c. cum caussam. el. 1. de testib. idem sit, quod bonus uir: à bono autem uiro, ut præcipit iureconsultus in l. semper. de regul. iuris, abesse debeant fraus, dolus & deceptio: consequens est, nihil contra conscientiam agendum: nec fraudem, nec dolum, nec circumuentionem in negocijs & rerum commercijs excusari bona conscientia posse. Quæ ipsa sententia arguit errorem Baldi in c. si proponente, de rescript. ubi contra ipsius sententiam paulo antè dictam, asserit, etiam in foro cōscientiæ licitum esse, ut quem decipiamus: propterea quòd unusquisq; prouidam rerum suarum, cautamq; animaduersionem & curā gerere debet. quæ quidem sententiæ illiberalitas recipienda non est. Deinde quòd omnis dolus, siue proposito is, siue aliò modo fuit, in negocijs gerendis peccatum, ac proinde committendus non est. l. semper. de regul. iur. Decius in c. 1. de constitution. Non me mouent Abbas & Decius in c. quia plerìq;. de immunit. ecclesi. nu. 28. qui ut saluam retineant sententiam c. cum dilecti. & c. cum caussam. de emption. & uendit. distinctionem faciūt inter dolum studio quodam ac proposito in contractu uenditionis atq; emptionis commissum, & eum qui præter animi uoluntatem ac propositum re ipsa subsequatur: quoniam deceptio, quæ ipsa re præter propositum committitur, planè cum eo dolo & circumuentione, quæ proposito fit, comparaī, referente Iasone, in l. si quis cum aliter. ff. de uerbor. obligat. & asserit Petrus de Anch. consil. 39. Abbas consilio 8. initiò. Tria ad decisionem. col. 2. & pa. 2. item consilio 107. cuius initium est, Quatuor sunt. 1. libro. Decius consilio 130. incipiente, Visa renunciatione. & tradit hanc sentētiam amplius iurisconsultus in l. 2. ff. de exception. doli mal. ubi ad recisionē contractus idem efficit dolus re ipsa, quod & dolus proposito connexus. Postremò, quòd non omne, quod fortè in canonico foro cōtentioso permittitur, idem liceat in cōscientiæ foro. Anth. de Butri. in c. inquisition. de sentent. excōmunic. text. in c. tua nos. de sponsalib. doctor. in c. constitutus. el. 2. de appellation. Præpos. in c. tuæ. col. 2. de sponsal. Et possunt multa in hanc argumēti rationem exempla adferri, quæ breuitatis causa omittimus. Statq; nostra hæc sentētia firma, nulla cōscientia bona dolū malū committi aut defendi posse.

NVLLIVS PACTI GLORIA MAIOR, AVT EXcellentius uirtutis officium esse potest, quàm ius suum cuiq; tribuere. Cap. X.

1 *Omnem hominem natura πολιτικὸν esse, hoc est, ciuilis disciplinæ amantem.*
2 *Lacedæmonij iustitiæ studiosi.*
3 *Ius dicentis præcipuum officium, suum cuiq; tribuere.*



Tertium iustitiæ atq; iuris præceptum est,[a] ut suum cuiq; tribuatur. In omni siquidem honesto nihil tam illustre est, aut quod longius pateat, quàm coniunctio inter homines, & quędam quasi societas & communicatio utilitatū, quæ efficit ut suum cuiq; tribuamus, humanāq; coniunctionē mirificè tueamur.
[b] Est enim hominis natura sic generata, ut habeat quoddam ciuile ac po-

[a] l. iustitia. uer sic. iuris præcepta. ff. de iustit. & iur.
[b] l. ut uim atq; iniuriā. ff. de iustitia et iure. ibi doctor.

pulare innatum, quod Græci πολιτικὸν nominant: cuius ea uis est, ut hominum causa omnia honeste ac grauiter facere, ac communem uitæ societatem tueri cupiamus. Sed hoc ipsum πολιτικὸν in eo maximè lucet ac residet, quæ hanc in omnibus actionibus ac iudicijs seruat moderationem, ut proposita iustitia iurisq; æquitate,[a] suum cuiq; tribuat, neq; propter impotentiam pauperi quicquam adimat, aut diuiti propter florentem gratiam iniustè largiatur. Cōminuit enim, ut antè diximus, atq; dissoluit humanæ coniunctionis uincula, quæ uel suum cuiq; non tribuit, uel alterius cum incommodo ac iniuria res suas locupletiores facit.[b] Nec iustitiæ cultus ibi esse potest, ubi nō licet suum cuiq; habere: nec retineri in concordia possunt ciues, quorū possessiones iniustis direptionibus turbantur. Senserunt hoc Lacedęmonij, qui Lysandrum Ephorum, quòd agrorum possessores suis ædibus pelleret, alijs præriperet quod suis iniquè largiretur, regno suo expulerunt: regemq; Agyn noua supplicij atrocitate ideo necauerūt, quòd agrorum direptionib. ciuium fortunas spoliasset. Neq; solum leges omnes atq; interdicta, uerumetiam naturæ ratio, quam Cicero[c] legem diuinam atque humanam esse putat, prohibet ne aliorum res ac possessiones ulla cupiditate mala in utilitatem nostram conuertamus. Quo etiam maiore studio ac diligentia, is qui ius populo dicit, in hanc animi curā atq; cogitationem incumbere debet, primùm, ut quod proprium est iustitiæ, suum ius, utilitate communi seruata, unicuiq; tribuat: deinde, ut ita cōmuni utilitati seruiat, ne, si alteri quippiam adimat, uiolet uniuersum ius naturæ.[d] Postremò, ut quum ius suum unicuiq; tribuerit, tum etiam de illis bene & præclarè mereatur, quibuscum est naturæ lege coniunctus. Adfert in hanc rationē pulchrum & præclarum in primis exemplum Arati Sicyonij M. Tullius Cicero: docetq;, commutatione temporum ac rerum circumstantijs sæpe fieri, quo minus ius suum cuiq; tribuatur.

2

3

MAXIMVM HVMANORVM OPERVM AC BENEFICĒTIĘ GENUS, IUSTITIĘ ATQ; IURIS EXPLICATIONE CONTINERI. Cap. XI.

1 *Præcipua iustitiæ capita, pietas, & beneficentia, & æquitas.*

2 *Huius explicationem, si ad actiones humanas conferatur, & maximi, & necessarij usus esse.*



Eleganter M. T. Cicero docet in libro Officiorum primo, maximum humanorum operum ac beneficentię genus, iustitiæ atq; iuris explicatione constare. Complectitur enim illa, ut diximus, & continet omnes simul uirtutes:[e] neq; quicquam aut honestum, aut laudabile uideri potest, à iustitia quod sit seiunctum.[f] Precipua tamen eius capita & tanquam fontes sunt, Pietas uera, quæ perpetuò cum Dei cognitione & dilectione proximi est cōiuncta: & quæ huic cognata est, beneficentia, qua humanæ uitę coniunctio atque societas præcipuè coitur atq; cōseruatur: postremò ęquitas, in qua iustitię uis omnis & ratio est posita.[g] Et quoniā passim ostendimus, omnem magnarum rerum laudem ac pulchritudinem, omnem rectè factorum gloriā, maximè constare iustitia, iurisperiti autem functiones atq; officia omnia in dicēdo iure colendaq; iustitia sint collocata,[h] non potest non maximus eius usus esse, qui iustitiæ explicationē ad res humanas ciuilesq; actiones conuertit. Siquidem nullum beneficiorum genus, nulla in omni honesto officiorum genere excogitari gratificādi ratio potest, cuius non plurima extēt documenta in iuris publici atq; priuati usurpatione.[i] Nulla cōstitui uirtus potest,

1

2

a c. disciplina. c. omnis. q. iudicat. distinct. 45. c. regū officiū. 25. quæstion. 5. c. 1. de sent. & re iudic. lib. 6. c. 1. & 2. ext. de offic. iudic. c. suborta. ibi doctor. ext. de re iudic. innoc. in c. accedens. ext. de litis contestat. Bald. in l. nec quicquid. §. ubi decretum. ff. de offic. procons. et leg. c. statutū. §. Cū uerò eiusdem. de rescript. li. 6.

b l. natura. de reg. iur. l. nam hoc natura. ff. de cond. &. indebit.

In libr. 1. Off.

c In li. 1. de Legibus.

d Canones ac leges paulo antè sunt adductæ, et faciunt l. qui uias. ff. damn. infect. l. 1. §. de eo opere. ff. de aqu. plu. arcen. l. in summa. l. Varrus. ff. eod. tit. l. prætor ait. §. ultim ff. de ijs quæ in fraud. creditor.

e 24. quæstion. 4. c. sicut igitur Michael.

f Lactantius. Iustitiæ capita & tanquam fontes.

g Thom. 2. quæstion. 8. artic. 1. clem. 1. de iudic. et distinct. 86. c. qui clementinam, &c.

h l. iustā. §. huius. ff. de iustit. & iure.

i Cic. pulchrè in l. 1. Officiorum. & facit l. 2. de Origin. iuris.

potest, cuius non præclara habeas exempla in scriptis legibus. Quod si rectè idem M. Tullius ciuiles uiros, qui rempublicam gubernent, qui urbes aut nouas constituāt, aut constitutas æquitate tueantur, qui salutem libertatemq; ciuium, uel bonis legibus, uel salubrib. consilijs, uel iudicijs grauibus conseruent, philosophis doctoribus præferēdos esse existimauerit: omnia autem hæc eius sint officia, quæ se amplectendæ & colēdæ iustitiæ dedit: [a] consectaneum est, maximum humanorum operum ac beneficentiæ genus constare iustitiæ explicatione.

a Ad hunc modū Vlpianus in l. 1. ff. de iustit. et iur. ueram philosophiam ad iurisconsulti professionē refert.

IVSTITIAE CAPVT ESSE RELIGIONEM, ET quæ sit religionis, siue doctrinæ omnis testamenti summa. Cap. XII.

1 *Veram religionem iustitiæ fundamentum esse, quòd ea neglecta, tam diuini, quàm humani iuris præcepta uiolentur.*
2 *Eiusdem ratio summaria.*
3 *Deum non esse autorem peccati.*
4 *Peccati comitem esse mortem.*
5 *Virtutes Christianas absq; spiritus sancti gratia in nemine consistere posse.*
6 *Nullis nostris meritis nos, sed per Christum tantum restitutos esse.*
7 *In cuius nomine pœnitentia, & peccatorum remissio annuncietur.*
8 *Iudicem talem singulis sese præbere debere, qualem sibi Christum esse uelit in postremo iudicio.*
9 *Ea quæ in utriusq; iuris corpore de Religione tradantur, longè inferiora esse his, quæ utroq; testamento comprehendantur.*



QVandoquidem quæ iustitiæ officia sint, & quibus rebus uis eius atq; excellentia constet, superiore libro referre conati sumus: uisum est paucas hic aliquot eius formas, & tanquam catalogum earum uirtutum, quæ cum iustitia coniunctæ sunt, recensere: ut qui ætatis suæ curriculum in optimarum legum studijs consumere cupiunt, neq; quicquam magnopere præter laudem & honestatem expetunt, intelligant, omnes uirtutes iustitiæ explicatione maximè contineri: neque quicquam excellens aut magnificum esse, quod iustitia uacet.

Caput iustitiæ esse religionem.

1 Est autem iustitiæ caput, & præcipuum reipublicæ bene ac sanctè gerendæ fundamentum, Religio uera: & qua neglecta, omnia cùm humani, tum diuini iuris uincula dissolui necesse est. Nam cum iustitiæ cultus omnis in honestate publica, in uitæ innocentia, in iuris conseruatione uersetur, [b] fieri nulla ratione potest, ut qui religione uera cum Deo non relegetur ac consocietur, iustitiam uel uirtutem ullam colere queat. Quòd enim ciuilis uitæ societatem atq; coniunctionē mutua beneuolentia amplectamur, quòd mentes, oculos, manus ab alienis nuptijs, agris, possessionibus & fortunis contineamus, quòd æquali iure utamur omnes, totum illud religioni ueræ debemus: qua instructi discimus, colēdæ pietatis causa omnia honestè facienda esse, alienas difficultates ad nostram alleuationem atq; solicitudinē pertinere: omnia deniq; mentis, animi atq; uitę studia ad unius Iesu Christi redemptoris nostri uoluntatem esse conformanda.

Iustitiæ fundamentum religio uera.
b d. l. iustitia. ff. de iust. et iur.
Lactantius.
Religionis ueræ utilitas.

2 Summa autem & compendiaria ratio eius esse poterit, certò scilicet credere Deum esse, cuius immensa misericordia ac bonitate, cuncta edita atque procreata sint: qui pro suo arbitrio ac uoluntate omnia in omnibus, sine iusta cuiusquam indignatione, operetur.
3 Non quod Deus peccatorum, & quæ malè & turpiter fiunt, sit auctor: sed quòd peccatum ipsum initiò à spirituum malignitate, & hominum à Deo desciscentium arbitrio pro-

Summaria religionis ratio.
Deus.

uenit:factumq́ ut hominum uoluntas,non Deus,peccatorum,quibus obstringimur,sit causa præcipua.

Deprauata & impia hominum uoluntas omniũ malorum causa præcipua.

Lapsu Adæ peccatũ, & per hoc mortem in hunc mundũ introijsse.

Sap.2.et Paulus ad Rom.2.& 5.

Originale peccatũ esse originalis nostræ iustitiæ defectum.

Ab hoc sanè Deo,Adam forma hominis ad illius imaginẽ & similitudinem creatũ,& eorũ omniũ quæ in terris creata fuerant, dominũ esse constitutũ.Postea uerò diaboli nostrã nobis salutẽ inuidentis prestigijs,miserando item Adæ lapsu,ac inobediẽtia peccatum,& huius comitẽ, mortem, in 4
mundũ irrepsisse,omnesq́ nos in Adã peccatores esse.Omnes enim homines ex uiri semine procreati,post lapsum Adam,iam inde ab initio uitæ humanæ originis peccatũ nobiscum adferimus. quod ipsum peccatum,originalis nostræ iustitiæ defectus est,& caussa: quamobrem hominis arbitriũ, 5
sine spiritus sancti gratia atq; illuminatione,nullũ uerum Dei timorẽ, uerã fiduciam,dilectionẽ ueram habere possit,sed eiusmodi uirtutes omnes per spiritum sanctum & hominis uoluntatem exerceantur.

Christum sanctis patribus esse promissum.

Vt autem æternę mortis uinculis,quibus per Adę peccatũ obstricti atq; illaqueati tenebamur,aliquando dissolueremur, promissum sanctis patrib. esse Iesum Christum, qui omnes uera ac uiua in ipsum fide credẽtes, à peccati seruitute,ac horrenda diaboli tyrannide eximeret, & qui peccatũ non fecisset,ipse mœrores nostros,scelerisq́ expiationem sustineret.

Legem à Deo esse latam.

Volũtas Dei de hominum salute reparãda per ipsius uerbum manifestata est.

In hac promissæ salutis ac redẽptionis expectatione legẽ à Deo latã esse, qua peccatores deterriti scelera sua euitarent, omnemq́ spem suã, curã atq; cogitationẽ in Christi,peccati uinculũ rupturi,aduentũ ponerent. Aeterna siquidẽ Dei uolũtas de salute hominũ restituẽda per solũ eius uerbũ,quod in prophetarũ atq; apostolorũ scriptis cõprehensum est, declarata est atq; manifestata:eiusq́ ecclesia,in qua perpetuus ille et beatus Dei populus existit,super hoc fundamentum ædificata est.

Per Christum nos reparatos ac restitutos esse.

Postremò Christũ qui promissus erat à patre,eo tẽpore quo omnis iniqui 6
tas abundabat,in redemptionẽ ac salutẽ omniũ nostrûm esse missũ,non ut ullis nostris operibus,quæ certè in nobis peccatorib. nulla esse poterãt, placaretur:sed ut affluenti ac immensa sua erga nos clemẽtia inductus, ac infelicem hominis casum interitumq́ miseratus, unde diaboli inuidia ac peccati culpa deiecti fueramus,eò restitueremur illius sanguine redempti,atq; in Dei filios adoptati. Hunc uerũ Dei agnũ,ueram hostiã, in crucis patibulo pro omniũ nostrûm salute immolatũ esse, ut diaboli seruitute ac carceribus quib. impacti tenebamur, exẽpti, patri cœlesti recõciliaremur, data atq; accepta uera illa, quã mundus dare nõ potuit, pace per fidẽ, summo illo et maximo Dei dono, quo affecti credimus Iesum Christũ in huius mundi triste ergastulũ expediendę salutis nostræ caussa tantũ uenisse: neq; ulla charitatis,ulla beneuolẽtię,ulla pietatis officia Christi exẽplo nobis esse negligenda,sed Christũ agnoscendũ, ac quacunq; reuerentia obseruandũ esse,in e- 7
iusq́ nomine pœnitentiã & peccatorũ remissionem esse annunciandam.

Accepta fide, datum spiritum sanctum, auctaq́; omnia charitatis opera esse.

In Christi nomine pœnitentiam peccatorumq́; remißionem esse annunciandam.

Hunc quoq; uerũ Iesum Christũ esse, qui patri nos suo sanguine cõsecrauit,ut filij Dei simus:et abnegatis operib. carnis, in eius uolũtate acquiescamus, eius mãdatis in iustitia et sanctitate omnib. diebus nostris seruiamus.

Extremum Dei iudicium.

Hunc deniq; extremis seculi temporib. facturũ iudiciũ de omnib. bonis ac malis: quorũ illi uitam æternam, hi uerò perpetuos cruciatus accipient.

Breuis hæc fortasse esse poterit religionis ratio, & tanquã summa doctrinę omnis testamẽti, ut pœnitentiã & peccatorũ remissionẽ annunciemus: pœnitentiã uerò non solũ animi dolore ac terrore emetiamur, sed ideo admissi sceleris pœnitentia cõmoueamur, doleamus, terreamur, quòd Deũ of- 8
fenderimus, atq; ea de causa Deũ peccatis nostris offensum pro gratia imploremus: eumq́ toto animo, mẽte ac sensu diligamus: etiã proximũ perin

deac

de ac nos ipsos omni pietate ac beneuolẽtia amplectamur: quoniã, ut Apo
stolus ait,[a] qui diligit, legẽ impleuit, & plenitudo legis est dilectio: dona itẽ
spiritus sancti, & sacramentorũ gratiã obseruemus, regenerationẽ nostri in
sanctitate uitę ac iustitia reuerẽter retineamus, etiã gloriemur in cruce nos
domini Iesu Christi illius resurrectionis particeps factos esse per spiritũ ui-
uificantẽ: ac paracletũ missũ, ut in nobis habitaret: ut hac fiducia elati dicere
nunc possimus unà cũ Apostolo, Viuo iã nõ ego, sed uiuit in me Christus,
itẽ, Nostra cõuersatio in cœlis est: & quæcũq; alia sunt, quę ad breuẽ hanc
& simplicẽ annotationẽ tantũ pertinere uidebunt. Porrò (quod huius no
8 stri instituti est) ei qui ius populo dicit, agendũ est, ut talẽ in omni causa ac
iudicio se gerat & præstet, qualẽ sibi æternũ iudicẽ Christũ dari uelit. [b] Ex-
9 tãt apud iuriscoss. quędã de Religione interdicta, ut, Ne quid in loco sacro
fiat, uel quod factũ est, restituat. Itẽ, de mortuo inferẽdo, uel sepulchro ędi-
ficãdo. In decretis quoq; & Decretalib. non parũ sunt multa quib. religio-
nis partes cõstituunt, quẽadmodũ etiã Iustin. imp. quędã de summa trinita
te tradit: sed ea tamẽ omnia inferiora sunt ueræ religionis maiestate, quæ in
sacris prophetarũ atq; apostolorũ, præcipuè uerò Euãgelicis literis elucet.

AD RELIGIONEM CVM PROXIME ACCEDAT PIETAS, erit boni uiri, hoc est iudicis, pietatem cum summa misericordia coniunctam ciuibus suis præstare. Cap. XIII.

1 *Summa Christianæ disciplinæ in quibus consistat.*
2 *Iustitiam absq; misericordia non consistere, nec uice uersa.*
3 *Misericordiæ commendatio.*
4 *Eandem præcipuè ad ciuitatum proceres pertinere.*

SVmma Christianæ disciplinæ in misericordia ac pietate posita
1 est.[c] Nam et ea reliquarũ uirtutũ, ut Cic. existimat,[d] fundamen
tũ est. & diuus Chrysost. in Matth. scribẽs, dicit iustitiã sine mi-
2 sericordia nõ esse iustitiã, sed crudelitatẽ: et cõtrà misericordiã
sine iustitia nõ esse misericordiã, sed fatuitatẽ. Vtraq; sanè uirtus, pietas &
misericordia, efficit, ut alienis iniurijs, alieno malo, aliena calamitate[e] ad om
nem humanitatẽ atq; clementiã exercendã inducamur: & qualẽ quisq; ani
mum in suis difficultatib. gerit, ut talẽ sibi alieno in periculo & iniuria pro-
pulsanda induat, alienã necessitatẽ suam esse ducat. Ouid. hanc uirtutẽ re-
3 giã appellat, propterea quòd uis eius omnis in alleuãdis & propellẽdis ho
minũ periculis posita sit. Regia, inquit, crede mihi, res est succurrere lapsis.
[f] Et Cic. scribit nullã de uirtutib. plurimis admirabiliorẽ, nec gratiorẽ esse mi
sericordia, nec alia re homines propius ad deos accedere, quàm salutẽ hominib.
dando. Quod ipsum Christus testat: Si audieris, inquit, preces supplicis tui,
audiã ego uicissim tuas: si misertus laborantiũ fueris, & ego in tuo labore
miserebor. Si aũt non respexeris, nec adiuueris, & ego animũ cõtra te gerã,
tuisq; te legib. iudicabo. Est enim grauiũ & magnorũ uirorũ, pręcipuè ue
4 rò eorũ qui iustitiã colunt, propriũ munus, opem uidelicet ferre laboranti
5 reip. cõsulere saluti ciuiũ, uidere ut suũ cuiq; tribuatur, optimorũ hominũ
desertã, inopẽ & neglectã paupertatẽ afflictionemq; in fidẽ suam atq; curã
6 recipere, [g] omnẽ suam operã, industriã atq; fortunas, non ulla mercedis aut
gratię spe, sed sola benemerẽdi uolũtate perpetua, ad alleuationẽ miserorũ
cõuertere. [h] Sed tamẽ ij qui ciuitates legib. fundãt, ac gubernãt iudicijs, qui
in amplißs. rerũ functionib. ius populo dicũt, in omnib. causis ac rebus, ma-
ximè etiam in retinenda fide ac probatione eorum quæ uel rectè uel turpi-
ter gesta sunt, spectare debent misericordiam: propterea quòd Chryso-
stomus alicubi scribat, satius & melius rationem declaratæ misericordiæ,

a Ad Rom. 13.
b c. 1. ex. de iud: c. cum æterni. de sentent. & re iu dic. lib. 6.
c Matt. c. 9. ibi Euntes discite quid est; misericordia uolo, & nõ sacrificiũ & Ambros. in epis. Paul. ad Timot. 4. omnis, inquit, summa disciplinæ Christianæ in misericordia et pietate est. ex tantq; in hanc rẽ præceptiões Ambros. li. de offic. et habetur distinctio. 86 c. est probanda. 10. Chrysost. in Matth. scribit iustitiam sine misericordia nõ esse iustitiã, sed crudelitatem.
d In Orat. pro Cn. Plancio.
e Speculator in hanc rationem scribit in tit. de offic. ordinar. §. 3. et tit. de offic. omniũ iud. §. ul. uersic. 2.
Ouid. lib. 2. de Ponto.
f In Orat. pro Qu. Ligario.
g l. constitutionib. ff. ad municipales. l. iudices. C. de eden. l. 1. ff. de appellat. recipien. l. si quis à liberis. §. utrũ aũt. ff. de libert. agnosc. l. parabold. C. de epis. & cleric. l. orphanotrophos. cũ similib. ibi.
h Lactant. in hanc rem ualde pias præceptiones tradit lib. 6. c. 12. Instit.

quàm inuectæ crudelitatis reddi Deo benigno posse. Et Panormitanus in c. ex literis. notatione 1. de probation. asserit, se plerūq; semper eis, qui reipublicæ bene gerendæ præficiuntur, consuluisse: ut cum paulo maior extet probatio actoris contra rei defensionem. ueluti si actor ad conuincendam fornicationē duos testes clericos, qui dignitate prēstant laicis, reus uerò ad docendam ipsius innocentiam duos laicos testes producat, ea tamen probatio rei suscipiatur, quæ cum misericordia & salute rei sit coniuncta. Et quando passim in scriptis legibus uidere licet,[a] quanta fide & diligētia maiores nostri obseruauerint ueras pietatis partes, & exempla in hanc rationem non sunt obscura: insidebit optimo cuiq; hæc cogitatio, ut qualem erga liberos suos, parentes, talem ipse erga ciues præstet pietatem, cum summa misericordia & humanitate coniunctam.

a l. ult. C. de duobus reis. stipulat. l. unica. C. quand. imperat. inter pup. et uid. l. qui bonis. ff. de cession. bonor. l. humanitatis. C. de naturalib. liber. l. ult. C. de donat. inter uir. & uxor.

QVAE PIETATIS CVM HVMANITATE ET MISERICORDIA CONIUNCTÆ PARTES ESSE DEBEANT, & QUAM IN IJS MAIORES NOSTRI SECUTI SINT RATIONEM. Cap. XIIII.

1 *Intempestiuam misericordiam amplectendam minimè esse, quòd illa dolo proxima sit.*
2 *Clementiæ laudem affectandam non esse, quòd hi faciant, qui in exercenda misericordia modum excedant.*
3 *Quod faciendum minimè sit, nisi in caussa illud omnino postulante.*
4 *Præstare enim latiore misericordia uti, quàm æquo maiorem pœnam infligere.*
5 *Misericordiæ præcipui gradus.*
6 *Eiusdem uaria exempla, ex iure deprompta, ex Cicerone & Lactantio.*



Vod in omni beneficentiæ genere obseruari conuenit, ut sine
cuiusquam incommodo prosimus multis, noceamus nemi-
ni, & ijs præcipuè gratificemur, in qua uirtutis significatio ali-
qua apparet,[b] idem in colēda & amplectenda pietate, misericor 1
dia atq; humanitate spectandum erit: primùm, ne intempestiuè, aut ambitiose, & alterius cum offensione pietatem, misericordiamq; amplectamur: quoniā eiusmodi illiberalis misericordia proxima dolo est, magisq; offensio, quàm uel pietas, uel misericordia nominanda:[c] & sicut intēpestiua beneuolentia, ut est in prouerbio, nihil penè distat ab inimicitia, ita & misericordia. Quod & Vlpianus[d] cōprobat: Si hominem, inquit, apud te depositum, ut quæstio de eo haberetur: ac propterea uinctum, uel ad malā mansionem extensum, sequester solverit misericordia ductus, dolo proximum esse, quod factum est, arbitror: quia cum sciret, cui rei pararetur, intempestiuè misericordiam exercuit,[e] cum posset nō suscipere talem caussam magis, quàm decipere. Deinde, ne in exercenda pietate atq; humanitate modū
excedamus, quoniam hoc ipsum uitiosum est, & legibus improbatum.[f] ac 2
proinde Marcellus respiciendum esse iudicanti præcipit,[g] ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quàm caussa deposcit. nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gloriam affectandam esse: sed perpenso iudicio, prout quæq; res expostulat, statuendum esse. Si autem excedendum sit, quod ta- 3
men fieri non debet, nisi fortè uel personæ conditio, uel res, uel caussa maiorem aliquam pietatem humanioremq; sentētiam postulet: præstabit lon- 4
gè, in exercenda misericordia modum excedere, quàm nimium ulciscendi seueritati tribuere.[h] Satius enim esse putat Vlpianus,[i] impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare. Et Marcellus scribit,[k] in leuioribus caussis proniores ad lenitatem iudices esse debere, in grauiorib. autem

Intempestiua misericordia dolo proxima est, & uitanda.
b Ambros. lib. Offi. et extat distinct. 86. c. est probanda.
c Idem asserit Ambros. lib. de Offic. et probatur 23. quæstion. 4. cau. B[?] est incussa.
d In l. si hominem. ff. depositi. facit pulchrè l. & eleganter. §. item Labeo. ff. de dol. malo. & quæ in utroq; loco notantur.
e Pulchra l. ad bestias damnatos. ff. de pœnis.
** Modum pietatis ac misericordiæ non esse excedendum.*
f 26. quæst. 7. c. alligant.
g in l. respiciendum. ff. de pœnis.

h l. Arrianus. ff. de action. & obligat. c. ex parte tua. ext. de transaction. ibi. pulchra gloss. in uerbo Humaniorem i in l. absentem. ff. de pœnis. k in d. l. respiciendum. ff. de pœnis.

autē pœnis seueritatē legū cū aliquo temperamento benignitatis subsequi.
[a] Postremò, ut ab officio pietatis & misericordiæ absit omnis recipiēdi spes,
[b] & quædam quasi declaratæ humanitatis fœneratio: in eosq́ pietas nostra
atq; beneuolētia præcipuè conferaī, qui deserta, inope & afflicta pauperta-
te, etiā iniqua aduersariorū oppressione affligunī. Nam & ea uera & perpe
tua sunt misericordiæ & pietatis officia, quę nulla spe gratiæ præstātur, nec
ipsa uirtus aliā præter hanc, piè & rectè faciundi conscientiā, mercedē desi
derat. Sunt aūt multi, sed tamē pręcipui pietatis, misericordiæ atq; huma
5 nitatis gradus à maioribus nostris obseruati: [c] cuiusmodi sunt, ut pupillos,
uiduas, auxilio indigentes, & eos qui tutela carent, aut fortunæ opibus de-
stituūtur, naturali ciuiliq́ humanitate tueamur atq; defendamus. Vt etiam
illis ad consequēdum & retinendū ius suum, aduocatum procuratoremq́
demus. [d] Hoc enim Vlpianus proconsuli & legato Romano in hæc uerba
præcipit, [e] ut sit ordo aliquis postulantium, scilicet ut omnium desideria au
diantur: ne fortè dum honori postulantium datur, uel improbitati ceditur,
mediocres desideria sua non proferant: quia aut omnino non adhibuerunt
aduocatos, aut minus frequentes: neq; in aliqua dignitate positos aduoca-
tos sibi prospexerunt. Aduocatos quoq; petentib. debebit indulgere, [f] ple
runq; fœminis uel pupillis, uel alijs debilibus, uel ijs qui suæ mētis nō sunt.
Si quis eis petat, uel si nemo sit qui petat, ultrò eis dare debebit. Sed etsi
quis per potentiā aduersarij non inuenire se aduocatū dicat, æquè oporte-
bit ei aduocatum dare. [g] Cæterum opprimi aliquem per aduersarij sui po-
tentiam non oportet. Hoc enim etiam ad inuidiā eius qui prouinciæ præ-
est, spectat, si quis tam potenter se gerat, ut omnes metuant, aduersus eum
aduocationem suscipere. Vt item ante inchoatum & acceptum iudicium
litigantib. piè & fideliter consulamus, ne temerè litigantes inanibus se sum
ptibus uexent. [h] Aut eos qui acerbo aliquo grauamine ac indignis sumpti-
bus premuntur, auctoritate & ope nostra alleuemus. [i] Vt etiam ijs qui ante
acceptum iudicium se debere fatentur, paratosq́ se dicunt intra tempus a-
6 liquod soluere uelle, solutionis tempus indulgeamus. [k] Nam debitori-
bus, ut Callistratus ait, [l] non tantum petentibus dies ad soluendum dandi
sunt, sed & prorogandi, si res exigat. Erit & hoc quoq; pij atq; humani iu-
dicis, uidere ut eorum desiderijs gratificetur atq; succurrat, qui aliqua ma-
iore alimentorum ac ægritudinis egestate laborant. Nam & hoc Vlpianus
iusta & naturali pietatis ratione commotus præcipit. [m] Vtrum, inquit, tan-
tum patrem, auum'ue paternū, proauum'ue, paterni aui patrem, cæterosq́
uirilis sexus parentes alere cogamur: an uerò etiam matrem, cæterosq́ pa-
rentes, & per illū sexum cōtingentes cogamur alere, uidendum est. Et ma-
gis est, ut utrobique se iudex interponat, quorundam necessitatibus facili-
us succursurus, quorundam ægritudini. [n] Et cum ex æquitate hæres de-
scendat, charitateq́ sanguinis, singulorum desideria perpendere iudicem
oportet. Vlpianus dotis caussam semper & ubiq; primā esse uoluit, [o] quòd
reip. intersit dotes mulieribus conseruari, & in primis necessariū sit dotatas
esse fœminas, ad sobolē procreandam, replēdamq́ liberis ciuitatē. Sed Pau
lus [p] insigni pietatis studio cōmotus scripsit, manēte matrimonio, nō perdi
turæ uxori ob has causas dotem reddi posse, ut se suosq́ alat, ut fundū ido-
neum emat, aut in exiliū, uel in insulā relegato parenti pręstet alimoniam,
aut ut egentem uirum, fratrem, sororem'ue sustineat. Magnum etiam,
& præcla-

a Scribit in hanc sententiam quædam Speculator, tit. de offi. iudic. ordin: §. 5. in fine. & Callistrat. in l. diuus Pius. ff. ad l. Cornel. de fals. Gradus pietatis ac misericordiæ.
b Bald. in l. fancimus. C. de infantib. exposit.
c Tot. tit. C. quādo imperat. in pup. & uid. et quæ ibi notātur. Speculat. in tit. de offic. omniū iudic. §. 7. initio. Lactant. Firmianus li. 6. c. 12.
d c. 1. ext. de offic. iudic.
e In l. Nec quicquā uers. obseruare. ff. de offi. procōs. et legat.
f l. 1. §. prætor ait. ff. de postul. l. prouidendū. §. si quis aūt ex litigat. C. eod. tit. Bald. pulchrè in l. inuitus. C. de procurator. l. humanitatis. C. de excusat. tutor. uel curat.
g Pulchra l. 1. §. ait prætor. ff. de postuland. l. interdū. ff. de iudicijs.
h l. 1. ff. de inofficios. testam. et ibi doctor.
i Speculator in tit. de sala. uers. sed quid erit.
k l. quomā. ff. de solut. l. si debitori meo. ff. de iudicijs. l. promissor. §. 1. ff. de cōstit. pecu. l. si cū militi. §. 1. ff. de cōpensation.
l In l. debitorib. ff. de re iudic.
m In l. si quis à liberis. uers. utrū autē. ff. de alen. uel agnosc. liberis. facit §. illud. in Auth. ut lic. matr. atq; aui. Pulchrè Lact. Firm. li. 6. c. 12.
n facit et l. quæsitū. ff. de acquiren. uel amitt. hæred. & tot. tit. ff. de obsequ. & lib. & libert. præstand.
o In l. 1. ff. solut. matr. quomodo dos.
p In l. mutus. ff. de iur. dot. facit l. quibus. l. sed ideo. ff. solut. matr. quom. dos pet. l. ita cōstante, si quis pro uxore. §. si uxor. ff. de donat. inter uir. et ux.

& præclarum, cùm pietatis ac misericordiæ, tum uerò iustitiæ munus est, ut humanum casum ac fragilitatem miserati, in eos qui carcerum uinculis atq; ergastulis constricti tenentur, nostram benignitatem atq; clemētiam exerceamus.[a] Hoc enim imperator in hęc uerba pręcipit:[b] In quacunq; causa reo exhibito, siue accusator existat, siue eum publica sollicitudinis cura produxerit, statim debeat quæstio fieri, ut noxius puniatur, innocens absoluatur. Quod si accusator abierit ad tempus, aut sociorum præsentia necessaria uideatur, id quidem debet quàm celerrimè procurari. Interea uerò reo exhibito, non in ferreas manicas, & inhærentes ossibus mitti oportet: sed in prolixiores cathenas, si criminis qualitas etiam cathenarū acerbitatē postulauerit, ut & cruciatio desit, & permaneat sub fide custodia. Nec uerò sedis internæ tenebras pati debebit inclusus, sed usurpata luce uegetari, id est subleuari: & ubi nox geminauerit custodiam, in uestibulis carcerum, et salubribus locis recipiatur: reuertente die iterum ad primum solis ortum, illicò ad publicum lumen reduci, ne pœnis carcerum perimatur: quod innocentibus miserum, noxijs uerò non satis esse seuerū dignoscitur. & quæ ibi amplius notantur.

a Lactantius Firmianus li. 6. cap. 12.
b In l. 1. & l. ult. C. de custodia reorum. Modestin in l. custodia. ff. de publi. iudic. l. cū reis. C. de pœnis.

Ad iustitiæ munus Cicero[c] & Lactantius[d] referunt captiuorum redemptionem, quòd ea benignitas etiam reipub. sit utilis, redimi à seruitute captos, & locupletari tenuiores. Existimatq; idē Lactantius maximum pietatis officium esse, peregrinorum & pauperum sepulturam.[e] Nos uerò integri & boni uiri esse existimamus, omnem in omni officiorū genere, quod quidem cum reipublicę ac ciuium salute coniunctum sit, pietatem, misericordiam & humanitatem cum summa beneuolētia consociatam, amplecti & colere: neq; modò nulli, iniustè pręsertim oppresso & laboranti suam benignitatem præcludere: sed si res, si causa, si persona postulet, etiam inuitis & alienam opem aspernantibus, piè & humaniter opitulari. quando hac naturali æquitate & clementia ductus Vlpianus,[f] permiserit, non tantum ei qui ad supplicium ducitur, prouocare, uerùm alij quoq; nomine eius: non tantum si ille mandauerit, uerùm quisquis alius prouocare uoluerit. Neque distinguetur, inquit, utrum necessarius eius sit, necne. Creat autem humanitatis ratio, omnem prouocationem audiri debere. Ergo si ipse acquiescet sententiæ, nec quærimus cuius intersit. Quid ergo, si resistat qui damnatus est, aduersus prouocationē, nec uelit admitti eius appellationem, perire festinans? adhuc putem differendum supplicium. Hęc Vlpiani sentētia cum plena sit omnis pietatis & clementię, cum natura inter nos cognationem quandam communisq; pietatis affectionem constituerit,[g] uiderint illi, quàm illiberaliter & impiè faciant, qui ad supplicium quocunq; modo damnatis, prouocationem adimunt.

c In lib. Officiorum 1.
d Li. 6. c. 12.
e Hinc edicta de mortuo inferēd. de sepulchro uiolado. sepulturæ maximum bonorem fuisse, documento passim sunt ueteris atq; noui testamenti scripta.
f In l. non tantum. ff. de appellat. & relat.
g l. ut uim. ff. de iustit. & iur. l seruus. ff. de seruis exportand. facit l. Papinianus §. meminiss. ff. de inofficios. testam. l. 2. ff. de in ius uocand.

ALTERVM IVSTITIAE FVNDAMENTVM ESSE fidem, eamq; in omnibus placitis ac conuentionibus fore seruandam. Cap. XV.

1 *Alterum iustitiæ fundamentum esse fidem, hoc est, dictorū conuentionumq; quæ contra bonos mores non sint, ratihabitionem.*
2 *Nam absq; illa omnem ciuilem societatem dissolui.*
3 *Eandem anxiè, & etiam erga hostes, à maioribus obseruatam esse.*
4 *Quod turpiter promissum sit, præstari non debere.*


IVstitię fundamentum alterum cum sit fides,[h] debet ea in om- 1
nibus placitis & conuentionibus, quæ quidem contra leges et bonos mores non sunt, seruari: propterea quòd & naturalis ęquitas postulat, ut quę semel conuenere, seruentur: nec ulla re magis ac uehementius, quàm fide, reip. omni laudis genere florentissimę dignitas,

h l. 1. ff. de pact. l. si debetori. l. si p[illegible]cend. l. legē. C. eod. tit. l. 1. §. si conuenerit ff. depofit. l. 1. ff. de cōstitut. pec. l. 2. ff. de iure immunitat. l. bona fides. de reg. iur. pulchra Cic. li. Offic. 1.

dignitas, & quædam quasi perpetuitas retinetur: quemadmodum contrà, nulla tam perniciosa humanæ coniunctionis atq; societatis dissolutio, quàm
2 perfidia, quàm fraus & circumuentio.[a] Quæ enim humanitatis, quæ innocentiæ, quæ ciuilis officij partes esse poterunt, ubi fides nulla, & omnia plena sint dissimulationis fallæ ac circumuẽtionis? Neq; enim ulla iniri humana societas, neq; stabiliri hominum conuentiones & pactorum leges sine fide poterunt: neq; uir bonus, & naturæ rectè obsequens dici poterit, qui uel in rebus gerendis, uel uitæ actionibus fidem suam atq; religionẽ remoueat. Quicquid enim præter fidem bonam fit, idem peccatum est, referente Paulo Apostolo,[b] nostrasq; conscientias grauissimo fraudis scelere con
3 stringit: quando maiores nostri eam esse uoluerunt fidei maiestatẽ, & quasi firmum quoddam humanæ conuentionis sacramentum, ut qui eam uel etiam contra hostẽ uiolasset, in bonorum uirorũ numero habẽdum esse non putarent:[c] uoluerumtq; odio maximè perfidię commoti, ut si in feudi alienatione emptor malę fidei esset, feudum reuocari per agnatos possit, etiam nõ restituto precio:[d] quod tamen ipsum precium non uasallo, sed fisco propter commissum perfidiæ flagitium debet applicari. [e] Idem procedit, si & uasallus malæ fidei emptori de euictione cauisset. Nam quia mala fides interuenit, restitui precium nõ debet. [f] Lucius certè Crassus, & M. Antonius. nihil se arbitrati sunt ad iudicia caussasq; amicorum, præter fidem & ingenium adferre oportere. [g] Et Hermogenes non iniuria eum qui licitę transactionis fidem rupisset, rectè scripsit,[h] nõ tantum exceptione submouendũ esse, sed & pœnam, quàm, si contra placitũ fecerit, raro manente pacto, stipulanti rectè promisit, prestare cogendum esse. Vt igitur fides mala punitur, ita ciuilis & naturalis quidã fauor est fidei bonæ: cuius uis ea quoq; est, referente Vlpiano,[i] ut bonæ fidei possessor in percipiendis fructibus id iuris habeat, quod dominis prædiorum tributum est: quoniam, ut Paulus ait, [k] fides bona tantum possidenti præstat, quantum ueritas. Atq; hæc cum ita sint, recordari animo & cogitatione semper debemus, in omnibus contractibus, omnibus rebus ac promissis, quæ quidem honesta sint, & scelere uacent, fidem bonam seruandam: eamq; nullo uel tempore, uel loco, uel ca
4 su remouendam esse. Contrà uerò, si promissa parum honesta & mala sint, si quid cautius iuratũ sit, cuius obseruatio in alterius fraudem uergere possit, tolerabilius esse, quod promissum est non præstare, quàm facere quod turpe sit, ut docet Ambros. in libro de Officijs.[l]

AN CONVENTIONIS FIDEM NON SERVANTI, HABERI AC SERUARI FIDES DEBEAT. Cap. XVI.

1 *Fidem frangenti, fidem habendam non esse, communem DD. opinionem esse, passim ex iurisconsult. responsis productam.*

2 *Rectius tamen uideri, & Christiano homine dignius, etiam non obseruanti fidem obseruare.*

3 *Reprehensio gloss. Decretal. & Anth. Butr.*

Quæstionis esse scio, an ei qui conuentionis fidem fregit, ser-
1 uanda sit fides? Et sanè magna eorum pars, quorum in ius utrumq; extant commentarij, asserit, qui cõuentionis fidẽ frangit, ei neq; haberi neq; seruari oportere fidẽ: propterea quòd frustrà fidem ab eo nobis seruari petamus, cui datã fidem ipsi non seruemus:[m] & iuris sit recepti, qui legem contractus non seruet, ei quoque datam ex conuentione fidem seruandam nõ esse,[n] ne si res apud eum qui con-

a Tot. tit. ff. de dolo mal. c. 1. de pact. c. peruenit. c. præterea, de sponsalibus.

b Ad Rom. c. 14. unde Gratianum, 28. quæst. 1. §. ex his. d. c. 1. de pact. c. 1. de præscript.

c l. non à iudice. ff. de iudic. ibi doct. l. ex empt. ff. de actionibus empt. et uendit. l. cum uẽderem. ff. locat.

d gloss. à contrario sensu. in c. 1. de probibit. feud. alienat. & facit l. cum prætor. ff. de iud.

e l. Lucius. ff. de iur. fisc.

f gloss. in d. c. 1. de probibit. feud. alienat.

g Cic. in li. Accusatio. 1. cõtra Verrem.

h In l. qui fidẽ. ff de transact.

i In l. qui scit fundum. §. in alieno fundo. uer sicul. Porrò bonæ fidei. ff. de usur. facit l. in bonæ fidei. ff. de acquirend. rerũ dominio.

k in regul. iur. fides bona.

l in bone rem faciũt quoq; 22. quæst. 4. c. unusquisq;. & amplius c. in malis promissis. c. si aliquid. c. innocens. eod. tit.

m Regul. iuris. frustra. n l. qui fidem. ff. de transactionibus. l. cum proponis. C. de pact. ibi doctor. Bartol. in l. sollicitationem, C. de donationibus ante nupt. l. Iulianus. §. offerre. ff. de action. empt. & uendit.

qui cõuentionis fidem ac pactũ non seruet, esse, aut præstare ei, quod inter
posita transactione siue pacto conuenerit, debeat, lædatur is qui pacto sta
re paratus est: quod & iure naturę iniquũ est, ut aliena fraude ac dãno quis
locupletior fiat:[a] pugnatq; cum omni æquitate, quæ sane permittit, ut iuris
æqualitate conseruata, si altera pars à transactione deflectat, liberum sit, nõ
præstare quod cõuenerat.[b] Itaq; si diuersa pars, ut ait Imperator,[c] contra pla
citũ agere nititur, æquitatis ratio suadet, refusa pecunia (cum & hoc ipsum
tu desideras) causam ex integro agi. Et Vlpianus[d] scribit, si instituta de inof
ficioso testamento accusatione, de lite pacto transactum sit, nec fides ab hæ
rede transactioni præstetur, inofficiosi causam integram esse placere: ne sci
licet necesse habeamus ei fidem seruare, qui conuentionis lege ac pacto
non stet. Papinianus in eandẽ quoq; rationem scribens:[e] Libertis, inquit,
prædium reliquit patronus, ac petijt ne id alienarent, utq; in familia liber-
torum retinerent. Si excepto uno, cæteri partes suas uendiderint, qui non
uendidit, cæterorum partes, quibus non dedit alienandi uoluntatem, in-
tegras petet. Eos enim ad fideicommissum uidetur inuitasse, qui iudicio
paruerunt. Ita in locato Paulus existimat,[f] si Titius certa pensione domũ
locasset Seio, facta stipulatione, ut si is pensionem non solueret, pœnam
10. præstaret: ipse autem, si intra locationis tempora conductorem pulsa-
ret, pœnam 20. præstaret: Titius autem ob non solutam pensionem cre-
ditorem Seium intra locationis tempora depulerit, non poterit pœnam pe
tere, quia conuentionis fidem ipse fregit: estq; communis hæc iuris regula,
in pari causæ, personæ, & rerum conditione ac qualitate, ei qui licitæ con-
uentionis fidem fregerit, non oportere fidẽ seruare.[g] Aliter itaq; si contra-
ctus ex uno tantum latere constet, ueluti si quis à pupillo sine tutoris aucto
ritate quid emerit, non constat nisi ex uno latere contractus. nam qui emit,
obligatus est pupillo: pupillum aũt sibi non obligat, ut ait Vlpian.[h] Ac pro-
inde etiã Imperator sanxit, ut quotiens actor interpositę transactionis fidẽ
uiolauerit, reus tueri se posit transactionis exceptione: aut cõdictione eo-
rum quæ ex conuentione data sunt: aut ut Iason asserit,[i] utraq; hac defen-
sione uti, si uel adiecta sit clausula, rato manente pacto, uel præstitum sit iu
ramentum, uel transactio interposita per acceptilationem. Sed & iuris ca-
nonici sanctio, & Innocentius, Panormitanus, Antho. de Bu. et alij canon.
& gloss. definiunt, hanc regulam, fidem uidelicet frangenti, non oportere
præstare quod conuenerat, etiam ualere si iusiurandũ interuenerit:[k] quo-
niam si dominus non seruet uasallo suo fidem, non obstringitur uasal-
lus præstito homagio.[l] Mihi sanè uidetur rectius, & humanæ naturæ ma- 2
gis conueniens esse, etiam Christiano ac uero politico homine dignius, ut
ei qui contra pacti conuentionisq; legem fecerit, fidem tamẽ seruemus: ut
uel exemplo prosimus: uel eum qui ab officij religione declinauerit, ad ser
uandũ id quod cõuenit, reuocemus, animi beneuoli, nulliusq; fraudis con-
scij significatione: uel deniq;, ne dum alienam perfidiam redarguimus, ipsi
fidem nostram soluamus, ut pulchrè docet Ambrosius in lib. de Officijs, &
tradunt amplius canones ex affluente quadam gratiæ plenitudine consti-
tuti,[m] Baldus, item Cynus & Salycetus. [n] Quare reprehendẽda gloss.[o] quę 3
in confutandis aduersarij exceptionibus putat fraudis ac cauillationis com
pensationem admitti posse: quemadmodum & Anth. de Butri. alicubi do-
cet, temerè & insidiose cauillantem aduocatum pari cauillatione confutari
posse:

a l. iure natur. de regul. iur. l. nam hoc. ff. de condic. inde.
b l. si diuersa pars. C. de transaction.
c in d. l. si diuersa.
d in l. si instituta. ff. de inoff. testam.
e in l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2.
f in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. ibi Bartol. Baldus in l. inciuile. C. de rei uendic. facit l. si cõuenerit. ff. pro socio.
g d. regul. iur. frustra. & quæ ibi notantur. c. cũ inter. l. seniorem. ibi Anth. de Bu. et. ex. de elect.
h in l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de action. empt. & uend.
i in l. cum proponis. C. de trãsaction. faciunt in hanc sententiã, quæ scribit Felinus in c. si cautio. de fid. instrum. & in c. peruenit. de iureiurand. & doctor. in d. l. cum proponis.
k Textus in c. 9. ibi Innocẽt. et Cano. de iureiurand. & in c. sicut. in ult. & ibi Panor. eod. tit. gloss. penult. in c. 1. de nou. forma fidelit.
l d. glos. penul. in cap. 1. de nou. form. fidelit.
m Extant in hanc sententiam 11. quæstio. 3. c. inter hæc uerba. & ibi gloss. 12. quæst. 5. c. quod Deo. & 22. quæst. 4. c. innocens.
n In l. si de bonis paternis. C. de iur. deliberand & in l. cum proponas. C. de pact. in l. ut responsum. C. de transact. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati.
o In c. capientes, in uerbo malignantium. lib. 6. de election.

posse:[a] id quod ualde absurdum, & probè improbũ est. Labefactant enim, & conuellunt leges bonas, qui in contentionibus, in omnib. rebus ac causis, aliud quàm fidem, quàm pietatem, quàm cõstantiæ & honesti laudem non quærunt.

CVM IVSTITIAE CVLTVS CONCORDIA MAXIME constet, pertinebit ad iudicis religionem, qui temerè & præfractè litigant, eos ad concordiam reducere. Capvt XVII.

1 *Concordiæ commendatio, atq; effectus.*

2 *Eiusdem utilitas, ab exemplo.*

3 *Lites, quia reipub. pestes sint, iudici amputandas esse: & quoad eius fieri poßit, celeri sententia finiendas.*

4 *Iudicem posse dissentientes partes ad concordiam reducere, etiam absque certi iuris obseruatione, solo suo officio interposito: idq; more ueterum.*

5 *In causis dubijs præstare rem transactione finiri: in ijs uerò quæ certã facti iuris'ue quæstionem habeant, iudicis sententiam interponi.*

6 *Exceptis tamen criminalibus causis, aut ijs quæ dispensari nequeãt, aut sine peccato mortali transigi non poßint.*



Irtutis officium proprium cum sit,[b] cõciliare sibi hominum animos & uoluntates, atq; in eorum se gratiam beneuolentiæ comparandæ causa conferre, neq; iustitiæ cultus magnus & illustris sine concordia & amica hominum uoluntate esse possit, pertinebit ad iudicis religionem, qui temerè, proterue, & cupidè litigant, aut fraude faciũt, quo minus res quæ in iudicium uenit, sententiæ æquitate definiatur, auctoritate sua compescere, ne uel ad cõtentionis cupiditatem malam omne beneuolentiæ humanitatisq; studium abijciant: uel disidijs dirimant atq; dissoluant humanæ uitæ coniunctionem, uel reipublicæ tranquillitatem ciuilibus dissensionibus perturbent, aut deniq; impotenter ad rixam prolabantur.[c] Non enim, inquit Iulianus,[d] patietur prætor, quos iurisdictione sua compescere posit, eos ad arma & rixam procedere. Receptumq; est, si qui litigandi diuexandiq; causa in iudicio contendant, eos posse uel inuitos autoritate episcopi, etiam anathematis edicto ad concordiam redigi.[e] Aut si datus iudex in reconciliandis litigatorum animis sit negligentior, neq; instare uelit concordiam detrectanti, poterit per superiorem iudicem cogi, ut suas partes interponat.[f] Neque aliud tam ciuile & populare est, quàm uitæ atq; amicitiæ societatem conflare, retinere beneficio excellentium hominum gratiam, tueri atq; amplificare officiorum magnitudine conglutinatam concordiam, dissolutam uerò omni beneuolentia resarcire, & gratia augere. Nam & iustitia præcipuè colitur communi beneuolentia & concordia: & ipsa illa humana societas, animorum consensus atq; uoluntas, adeoq; omnis rectè factorum pulchritu
1 do atq; gloria, præcipuè continetur concordia.[g] Efficit enim illa ac præstat, ut in his grauissimis communium temporum ac uitę perturbationibus, omnes eadem uoluntate animiq; consensione teneamur, omnes cõmunis reipublicæ causa labores suscipiendos, omnia comparandæ ac retinendæ ami

a In c. 5. de regula.

b 9. distinct. ibi per omnia. l. ut si res. §. itẽ fieri. ff. de alienat. iudic. mutan. caus. fact. facit l. æquissimum. ff. de usufruct. Abbas in c. ex parte. de trãsact. distinct. 46. c. 1. & 2. doctor. in c. ult. de transact. & c. 1. de mut. petition. & in l. arbitros ff. famil. bercis. cund. Bartol. in l. congruit. ff. de offi. præsid. pulchrè ac ualde copiosè Felinus in c. super quæstionum. §. uerum. nu. 11. de offic. et potestat. iudic. deleg.

c Vide 23. quæstion. 1. §. 1. & quæstion. 3. c. 1. et c. suscepimus. de homicid. Bartol. in l. si duo societatem. §. arbi

trorum. col. ult. ff pro socio. & in l. per diuersas. col. 2. uersic. et semper actio. C. mandati. & Fabian. de Monte, in tractatu de emption. & uendition. quæstion. 8. & Iason. in l. 1. §. si hæres. col. 2. ff. ad senatusc. Trebell. d In d. l. æquissimum. ff. de usufruct. scribunt in hanc rationem Bald. in l. legatum ciuitati. ff. de usufruct. legat. in l. 1. C. de nupt. in l. 1. C. de commun. seruo. manumitt. Alexand. in l. athletas. §. item etsi quis. ff de ijs qui infam. notantur. e Text. in c. placuit. distinct. 90. Abbas in rubric. de treug. & pac. et in c. humiles. de maiorit et obedient. et in c. cum inter. R. de electione. et c. cum pridem. de pact. f tex. in c. nullus. de iur. patronat. gloss. in c. si religiosus. in uerbo, obtenta. de elect. lib. 6. Ioan. Andreas in c. cum ex eo. eod. tit. Felin. in c. super quæstion. §. uerum. ad finem. de offic. & potestat. indic. deleg. g Thomas 2. secundæ quæstion. 80. artic. 1.

citiæ causa, pericula subeunda nobis esse existimemus. Nec quicquam tam firmum ac stabile, uel ad constituendam ciuilis uitæ perpetuitatem, uel parandam gloriæ æternitatem, uel res omnes bene ac præclare geredas fingi potest, quàm concordia. Hæc primum nascentis Romani imperij rude & 2
agreste exordium, in eam adduxit rerum omnium amplitudinem, qua postea laborare, & quasi in sua ipsius uiscera ruere cœpit. Hæc ciuitatē religione, iure ac legibus, magistratus & ordinum functionibus instituit atq; fundauit. Hæc Romani populi, syluestrem illam feritatem adhuc spirantis, barbariem, & quandam lasciuientis naturæ insolentiam in eam conuertit uitæ morumq; placabilitatē, qua & reipub. sua dignitas, & bonis omnib. suus honor cōstaret, improbis uerò ac nocētibus sua inureretur ignominia. Hęc constitutis iam urbibus, ac legibus fundatis, populi erga magistratus reuerentiam in suo officio continuit: & æquabilem rerū negociorumq; societatem, certam etiam dominiorum rationē constituit. Hæc denique, quicquid in rerum natura uel dignitate excellens, uel pulchritudine iucundum, uel utilitate præstans uideri potest, in sua perpetuitate retinet ac conseruat. Ergo sicut neglecta & dissoluta cōcordia, nulla reipublicę tranquillitas, nulla colendæ iustitiæ ratio cōstitui potest: ita recti & politici hominis est, in omni actione, in omnibus iudicijs ac consultationib. hoc spectare, hoc suadere, hoc facere, quod ad augendam & conseruandam ciuium concordiā pertinet. [a] Lites uerò non aliter, quàm reipublicæ pestem, uel sententia celeri, uel æquitate, uel transactione atq; concordia dirimere. Quoniā Grego- 3
rius pontifex rectè existimat,[b] & æquitati & rigori conuenire, ut iurgantium controuersiæ celeri sententia dirimantur. Et idem alicubi monet,[c] integro & recto iudici prouidendum omni scientia & diligentia esse, ut certis modis lites definiātur: neq; liceat cōtendendi cupiditate mala, aut ullo nocendi studio, omnia litibus ac disceptationib. implere: ipsumq; ius friuolis exceptionibus atq; replicationib. confundere. Itaq; si creditores in possessionem rei, quæ locari debet, missi, in locādo dissentiant, pertinebit concordiæ caussa ad iudicis religionem locationem ei facere, cui ęquum uidebitur. [d] Et si controuersa sit electio inter canonicos, poterit episcopus electionem facere:[e] quod idem permittitur in electione sapientis, de quo si non conueniat, poterit iudex constituere.[f] quoniam idem illi licebit, si de constituendo alimento dissensio inter partes oboriatur. [g] Fuisse etiam ueteribus ho- 4
minibus, qui iudicijs publicis præficiebantur, hunc morem, ut non solum certis legibus, iure ac æquitate caussas definirent, sed litigantes æquabili transactione atq; concordia proposita, à lite ad gratiam cōmunemq; beneuolentiā abducerēt: & si qua amicitia lite & dissidio uidebatᷣ dissoluta, eam summa fide et benignitate conglutinare studerent, declarat idem pontifex: [h] extatq; in hanc sententiā exemplū in c. uenerabilē. ibi quoq; gloss. de elect. quo probatur, si principes electores consentienti animorū uoluntate imperatorē eligere nequeant, posse cōcordiæ cōstituendæ causa pontificem suas partes in eligēdo interponere. quādo, si patroni nō eodem consensu plures præsentāt, Abbas iudicis partes esse scribit,[i] ut unum ex præsentatis eligat, non tamen extraneum.

Et sanè laudabilis ac in primis reuerenda est eius iudicis cogitatio, qui lites execratur, & quantum quidem in se est, aduersus litigātium dolum malum & fraudem, omnem moram litem uel sententia & æquitate, uel transactione atq; concordia dirimat.[k]

Sunt

Commoda concord.æ. habes pulchrum & Christianū concordiæ exemplū Genes. cap. 13.

a l. fratris. C. de transact. l. cū mota. l. caussas. C. eod. tit. c. dispendia. de rescript. libr. 6. c. 1. de appellat. lib. 6. c. finē. de dol. & contumac. l. quod ā existimauerit. ff. si cert. pet. c. nōnulli. §. sicut & alij. ext. de rescript.

b In c. 2. de appellat.

c In c. cum speciali. § porrò. ext. de appellat.

d Textus, et ibi Bartolus, in l. in uendit. §. ult. ff. de bon. author. iudic possid.

e gloss. & Felinus, in c. super quæstion. §. uerum. nu. 11. de offic. & potestat. iudic. deleg.

f Felinus in loco iam notato. & ibi gloss. & Bartol in l. duo iudices. ff. de re iudic.

g Speculator in titul. qui filij sint legit. per text. in l. 1. §. 1. ff. de uentre inspiciend.

h In c. ex parte ext. de transact. extat. 90. distinct. in eandem ferè rationem. & l. 1. §. & post. ff. de oper. nou. nunciat.

i In c. cum aūt. ad finē. de iur. patronat.

k L. item si res. §. item fieri. sub finē. l. 1. ff. de alienat. iudic. mut. caus. fiat.

5 Sunt qui existiment, ad iudicis religionē non pertinere, ut litigantium cupiditatem constringat atq; neglecta iudicij seueritate, ad æquabilem se transactionem atq; concordiam conferre compellat. [a] Nos uerò etsi suum cuiq; iudiciū libenter permittamus, neq; detrectemus, ad aliorum nos sententiam, quæ quidem cum iure & æquo sit cōiuncta, conformare: hanc tamen moderationem tenendam esse putamus, ut omnib. in causis ac rebus dubijs, in omnibus iudicijs, quorum incertus & dubius esse solet euentus, interponendam esse putemus transactionem & concordiam: quoniam in ambiguis rebus ac causis sequenda est sententia humanior, & cum æquitatis ratione coniuncta. [b] Est autem humanior sententia, quæ efficit ut dilectione proximi iurisq; æquabilitate cōseruata, stare quisq; optimorum hominum placitis malit, quàm labefactare, & persequendi iuris sui causa deponere omnem amicitiam & beneuolētiam. In ijs uerò causis, quæ nullam uel facti, uel iuris quæstionem habent, rectius & consultius faciet iudex, si quod ius, quod leges, quod ęquitas postulat, sententia definiat: ne non suū cuiq; ius, quod proprium est iustitiæ, [c] tributum uideri posit. idq; maximè si uel litigatores transigere nolint, aut transactio illa sine iuris publici offensione interponi non posit. [d]

Sed & causa discrimen facit. Nam præterquàm quòd humanæ salutis, quæ dilectione proximi, & concordia præcipuè colitur, etiam reipublicæ quæ ciuilibus dissensionibus diuellitur, [e] interſit, lites omnes dirimi, gigni atq; ali ciuium concordiam cum omni beneuolentia consociatam: in magnis tamē atq; arduis causis, quarum uis atq; magnitudo perturbare ocium publicum posit, maior adhibenda erit diligentia ac fides, ut ciuili coniunctione animiq; beneuolentia pacata omnia, & sine iusta cuiusquam indignatione acta & transacta esse posint. Cum tamen in leuioribus causis ad infringendam litigantium temeritatem, ciuilis quædam & pia admonitio,
6 sine ulla coactione sufficere posit, ut passim et multis in locis probatur. [f] Et ut summatim, quod sentimus, comprehēdamus, boni & integri, ac de communi ciuium tranquillitate solliciti iudicis est, in omnibus causis, præterq; illis quæ uel publici criminis sunt, uel dispensationem habere non possunt, uel quæ sine peccato mortali ad trāsactionem referri nequeant, [g] summa diligentia & studio niti, ut conciliandæ concordiæ & communis beneuolentiæ causa, litis transactione dirimat: propterea quòd referente Panormitano, [h] iudicis partes sint, non solum causas iure ac legibus, uerumetiam ęquitate ac legitimis transactionibus definire: idq; etiam bona conscientia, in ea causa, quam planè cognitam & perceptam animo atq; iudicio habet: ne scilicet, qui in causa superior est iudicis sententia, grauari posit uel difficultate, uel sumptibus executionis. Sed hac in re utendum prudēnte & æqua temperatione ex personę, causę, & rerum circumstantijs deducta, ut ita transactio interponatur, quo tamen ius suum cuiq; tributum, cum minimo dispendio uideri posit. [i]

a Vide in banc rem quæ tradut. gloss. & doctores in d.c. ult. de transact. c. 11 de mutuis petition. et 90. distinct. c. 1. et c. studendū. in gloss. et in l. 1. §. et post operis. ibi gloss. de ope. nou. nunciat. 5. quæst. 2. c. si primates. item 90. distinct. c. discordantes. et c. litigiosus Bartol. in l. congruit. ff. de offic. præsid. et l. arbitrio. ff. famil. hercisund. b l. cum inter. C. de fideicom. libertat. l. si fuerit legatum. §. ult. ff. de reb. dub. l. ea quæ. §. 1. ff. de regul. iur. l. proximè. §. sed in re dubia. ff. de ijs quæ in testam. delent. Panormit. pulchrè in c. ex parte. nu. 2. ext. de transact. c l. iustitia. ff. de iustit. et iur. d Vide doctor. in c. ult. ext. de transact. Speculator in §. excipitur. tit. de præparat. iudic. et text. in c. quoniam. de iur. patronat. Felinum in c. super quæstionum. §. uerum. nu. 11. uersic. nona modo duo. de offic. et potest. iudic. deleg. e d.l. si quis ingenuam. §. ult. ff. de capti. et postlim. reuers. uide 2. quæst. 7. c. quapropter. gloss. et Archidiac. 5. quæst. 2. c. si primates. f Præcipuè uerò 10. distin. in c. si quis contristatus. in l. placuit. C. de iudic. et c. nouit. ext. de iudic. Bartol. in l. congruit. ff. de offic. præsid. et in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. faciend. & in l. 1. ff. de oper. noui nunciat. doctor. in l. quidam existimauerunt. ff. si cert. petat. l. æquissimum. ff. de usufruct. in l. unica. C. ut quæ aduoc. part. desunt. ibi gloss. in uerbo, iurisdictione. g Vide quæ notanter in c. de collus. dete. c. at si clerici. in §. de adult. de iud. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de ijs qui notan. infam. Hostiens. in c. 1. de treug. & pac. Panorm. in c. ex parte. nu. 10. ext. de transaction. h in d. c. ex parte. & probatur amplius per l. 1. §. & post. ff. de oper. noui nunciation. 90. distinction. per omnia. i Panormit. in d. c. ex parte. nu. 7. de transaction. Speculator in titul. de præpator. iudic. Felinus in rubric. de treug. & pac. facit c. 1. de præbend.

VT VIRTVTES OMNES IVSTITIA, ITA OMnia peccata iniustitia complectitur.
Cap. XVIII.

1 *Romanorum dominandi cupidinem ex iustitiæ neglectione manasse.*
2 *Quo nullum aliud uitium minus excusari posit.*



Vstitia, sicut summa uirtus est, aut saltem fons ipsius uirtutis, & quæ suo tanquam ambitu reliquas uirtutum omnium formas complectatur: ita iniustitia, magnam peccãdi nequitiam, & ut Plato existimat, summum exitium ciuitatibus regẽdis inuehit. Quod amplius M. Tullius Cicero libro Officiorum primo, & Plato in eo libro qui inscribitur de Iusto, referunt. Nec ulla sanè iusta & legitima rerum possessio, ulla reipublicæ tranquillitas, ulla humanæ uitæ societas constans ac diuturna esse potest, ubi uel iustitia exulet, uel regnet iniustitia. Romanus populus cum primum, nõdum descriptis duodecim tabularum legibus, in eam rerum imperijq; cupiditatem, & insanã ambitionẽ incumberet, ut cæteris omnibus, qui uel finitimi essent, uel nondum in sociorum numerum adoptati, libertate et imperij amplitudine, etiã uiribus imperare posset, omnia per scelus, uim atq; direptionem occupare conatus est. Et quo effusius petulantiusq; impunitam suam licentiam, quę in aliorum fortunas, libertatem, agros, possessiones, familiam, & uitę dignitatem quotidie magis ac magis serpebat atq; progrediebatur, aliqua auctoritate confirmaret, finxit sibi nescio quem legis prætextum, ut scilicet auaritiam suam, & rapinas aduersus multitudinis uim tueretur. Cuius tamen iniquitatis causa non fuit alia, quàm iustitiæ neglectio, quàm insolens illa omnia nefariè agendi iniustitia: quæ efficit, ut nec suum quisq; tenere, nec libero ac iucundo uitæ spiritu perfrui possit. Reliqua animi corporisq; uitia, cuiusmodi sunt ambitio, inuidia, arrogantia, libido, luxuria, desidia, atq; id generis alia, etsi ualde reprehendẽda sint, etiam optimo & præstãtissimo cuiq; uiro summopere deuitanda: corrigi tamen facilius, aut excusari minore cum culpa poterunt. Iniustitia uerò omnia diuina, naturæ atq; humana iura, omnia ciuilis coniunctionis uincula dissoluit: neq; quicquam tam integrum atq; incolume est, aut tam sanctum atque solenne, quod non eius indignitas cõminuat atq; uiolet. ac proinde eam à iurisprudẽte, & qui aliorum mores legibus corrigit & emendat, abesse maximè oportet.

(In dial. de Rep. libro 5.) [margin: 1, 2]

INIVRIA NEC FACIENDA, NEC CVPIDE uindicanda. Cap. XIX.

1 *Perniciosissimam ciuitatum pestem esse, alterius iniuria uelle ditescere.*
2 *Vindicationem illatæ iniuriæ, ab iniuria non distare.*
3 *Iniuria effectum efficienti omnino ignoscere debere, secundum doctrinã Christi, & diuorum patrum.*
4 *Hoc minus obseruantem Ianuarium episcopũ, D. Gregorium iustissimè reprehendisse.*
5 *Nihil enim magis decere episcopi sanctitatem, quàm ignoscendi studium, ex Impp. rescripto.*



Vstitia maximè euertitur iniuria, siue iniustitia, quæ ἀδικία græcis, Vlpiano[a] nunc contumelia, & damnum culpa datum, nunc uerò iniquitas dicitur. Vitium in primis detestabile, tetrum, & cum omni naturæ lege, diuinis atq; humanis constitutionib. pugnans: & ut Plato dicit,[b] perniciosissima ciuitatis pestis. Nam cum natura cognationem quandam inter nos constituat,[c] qua affecti omnia communis causa commodi officia facere debemus: nefas est, hominem homini insidiari, aut perniciem adferre uelle. Comminuit enim atq; uiolat ciuilis uitæ societatem, 1

(a in l. 1. ff. de iniurijs. b in dialog. de Republica 4. c l. ut uim. ff. de iustit. et. iure.)

societatē, ipsamꝙ amicitiā, quæ pietate cōmuniꝙ beneuolētia colēda est, impio scelere diluit, qui hominem iniuria afficit. [a]Nec aliud magis absurdum est, quàm cum hac lege in laboriosissimæ huius uitæ theatrum, unum uel alterum fabulæ actum spectaturi, proiecti sumus, omnia ut hominum caussa honestè facere & pati debeamus: uelle tamen eum qui communi uitæ societate nobis est coniunctus, iniuria ac damno afficere, aut in fraudem socium pellicere. Et quando nulla est uel admirabilior, uel illustrior uirtus, quàm quæ in iustitia posita, in retinenda ciuili hac animorum coniunctione ac uitæ societate lucet: contrà nullum uitium magis sceleratum & impiū, quàm alieno cum malo & periculo sortem suam meliorem facere uelle,[b] in fidebit certè optimo cuiꝙ, & maximè sapienti uiro hæc siue ratio, siue uoluntas, ut nihil malitiose, nihil auarè, nihil iniustè faciendum, sed omnia ad uitæ innocentiam & reip. dignitatem referenda esse existimet. Nam cùm in omni contractu, ciuiliꝙ consociatione, ut suprà demōstrauimus, ita prodesse sibi unūquemꝙ oportet, dum alij nō noceat: [c]tum certè is qui populo ius dicit, cauere magnopere debet, ne qua in ipsa illa iuris publici exercitatione appareat iniustitiæ suspicio, ne ue priuatæ utilitatis specie obiecta, ita commoueatur, ut uel utilitatem præferat honesto, uel contumelijs uexet socios, uel deniꝙ à iustitiæ obseruatione, in priuati quæstus illiberalem ambitionem, à qua abesse iniuria nō potest, abducatur.

2 Sed ne accepta quidem iniuria, ulciscendi studio atꝙ cupiditate erit referēda: propterea quòd uindicare & ulcisci eum qui iniuriam fecit, non discrepat, ut Plato ait,[d] ab iniuria. Et Christus iubet, ut omnem ultionem, omnem iniuriæ nostrorum ciuium memoriam deponamus. Sed Christi leges præceptiones ac mandata hæc sunt, ne animorum desidia aut odio cōtendamus cum fratre, aut priuatam iniuriam quocunꝙ modo ulciscamur. Odium, inquit,[e] non habebis cum fratre tuo in corde tuo. Item, non quæras ultionem.[f] Item, nec memor eris iniuriæ ciuiū tuorum.[g] Nolite, inquit affligere contribules uestros, sed timeat unusquisꝙ Deum suum. Et Ecclesiastes 28. Relinque proximo tuo nocenti, etc. & ibidem: Ne dicas, reddam malum pro malo.[h] Mea enim, inquit, est ultio, & ego retribuam eis in tempore, &c. & alibi: [i]Qui uindicare uult, à domino inueniet uindictam, & peccata illius seruans seruabit. Eccle siast. 28. Exemplum huius extat apud Ezechielem prophetā 25. cap. de Palestinis. Idem Christus apud Matth.[k] omnino prohibet nos resistere malo. Ego aūt, inquit, dico uobis, nō resistite malo. Omnis qui irascitur suo fratri, reus erit iudicio. Subijcitꝙ hanc cōminationē: Si enim, ait, dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater cœlestis delicta uestra. Si autem non dimiseritis, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Item Luc. 6. Dimittite, & dimitteē uobis. Item apud Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Apud eundem c. 5. iubet, ut pro inimicis oremus, eisꝙ bene faciamus. Paulus Apostolus iubet,[l] ut inuicem nos tolleremus per charitatem: etiam ijs bene loquamini, qui nos insectantur. præcipuè uerò, ut quę pacis sunt, sectemur, unitatemꝙ in uinculo pacis solicitè seruemus.[m] propterea quòd & Iacobus Apostolus scribit[n], eum qui fratri detrahit, aut eum iudicat, detrahere legi, & legem ipsam iudicare, quemadmodū ipse Christus apud Matthęum pacificos uocat beatos & filios Dei. Precepta passim extant.

3 Hanc sententiam, imò Iesu Christi præceptionem, confirmant & ij qui primùm nascentem ecclesiam, Christianamꝙ rempub. fundauerūt & stabiliuerunt. Nam Fabianus pontifex refert,[o] eum qui iniuria affectus est, neꝙ suo

a l. item apud Labeonē. ff. de iniur.

b l. 1. §. idē ait. ff. de aqu. plu. arcend. l. fluminū. ff. de dam. infec. l. qui uias publicas. ff. eod. tit. l. non hoc natur. ff. de condict. indebit. l. iure naturæ. de reg. iuris.

Deuter. 22. Leuitici 19.

c Extant infinitæ ll. in hanc sententiam in l. prætor ait. §. si quis quid in thoro. uersic. meritò autem prætor. & §. si quid à principe. ff. de aqu. plu. arcen. l. in summa. §. idem Labeo. l. Varrus. ff. eod. tit. d. l. iure naturæ, cum similibus. l. nam hoc natura. ff. de condict. indebit. l. hæc condict. ff. eod. tit.

d In libro qui Crito inscribitur.

e Leuit. 11.

f Leuit. 19.

g Bod. 22. & ibidem 25.

h Matthæi capite 5.

i Deuteron. 32.

k Cap. 5.

l Ad Rom. cap. 12. m Ad Ephes. 4. & 12. cap. n Cap. 4. o Vt habetur distinct. 90. c. si quis cōtristatus.

suo fratri, qui satisdare paratus est, reconciliari uelit, acerrimis inedijs macerandum esse. Idq; rectè fieri, ibi refert glossa. & item gloss. in c. inter querelas. 23. quæstion. 4. in uerbo. possumus, etiamsi nulla offeratur satisdatio: propterea quòd concepta animi offensio, siue rancor, Christianę pietati atque dilectioni planè est condonandus: neq;, ut Christus ipse docet, remitti nostra nobis peccata aliter poterunt, quàm si nos debitoribus nostris remiserimus. Diuus Gregorius scribit in Homilia de sentētia Iacobi Apostoli, [a]eum qui totam legem obseruauerit, offendet in uno, factum esse omnium reum: scilicet, quantum ad uitam ęternam. ac proinde falsam esse pœnitentiam, cum pœnitens ab officio, uel curiali negocio non recedit, quod sine peccatis agi nullatenus potest, aut si odium in corde gesserit, aut si offenso cuilibet non satisfaciat, aut si offendenti offensus non indulgeat. Siquidem Augustinus[b] exemplo Abel atque Cain, docet, in reconciliatione offensæ mētem ab omni uindictæ cupiditate liberam prius Christo, quàm munus offerendū fore. Et Hieronymus, eum, qui ad clemētiam ab omni uindictæ cupiditate exemptus non sit inductus, implere legem Christi nō posse scribit. Cum enim Christus ipse in Euangelio apud Lucam,[c] ut dixi, iubeat, ut & inimicos diligamus, ipsisq; benefaciamus:[d] quid tam abhorret à Christi non solum prę ceptis, sed etiam pietate hominum, quàm uelle eum qui nos offenderit, quocunq; etiam modo uindicare?[e] Cum solius Christi sit uindicta. [e] Ad istum etiam modum idem Gregorius Ianuarium episcopum re- 4
ctissimè reprehendit, quòd priuatę suæ iniurię ulcisc ēdæ studio quendam excommunicasset: grauiterq; eum, tanquam de cœlestibus nihil cogitantē monet, ne contra sacras regulas, quæ priuatam ultionem, quasi anathematis maledictionem quandam prohibent, cuipiam pro defensione propriæ suæ iniuriæ eiusmodi uindictam inferat. Idem in Homilijs scribit, peccata quæ in Deum aut proximum committuntur, à nobis esse punienda: ea uerò, quibus in nos delinquitur, patienter toleranda, uel potius dissimulanda esse.[f] Sic quoq; Gregorius pontifex[g] non magnificandū, sed modestè ferendum ac dissimulandum esse scribit, si populus fortè honori, famę atq; existimationi nostræ detrectet, aut conuicium faciat: sed agendum, ut conscientia bona cōmoueamur: propterea quòd Apostolus Paulus 2. Corinth. 1. dicit, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Scribunt 5
alicubi[i] Imperatores Archadius & Honor. nihil tam decere sanctitatē episcopi, quàm gloriam ignoscendi, ei qui deliquit: quoniam ab homine Christiano abesse debet omnis priuatæ iniuriæ ultio. Rectius siquidē omnis iniuria, quæ præter culpam præsertim nobis inuritur, naturæ moderatione ac æquitate, quàm ulciscendi ambitione definietur: propterea quòd malè fit, quicquid cum amicitiæ iactura, communisq; beneuolentiæ atq; pietatis læsione suscipitur. Est autem magni animi, & consilij fortis, in omnibus uitæ actionibus diligenter prouidere, ne qua inimicorū uis aut iniuriæ ita nos cōuincant, ut de naturę nostrę statu depulsi, omnem animi moderationem abiecisse, aut ab optimorum fidelissimorumq; hominum gratia leui offensione commoti, defluxisse uideri queamus. Nam ut demus pulchrū & in primis prēclarū esse, glorię ac honoribus seruire: & contrà turpe, quid de se quisq; sentiat, arroganter & dissolutè negligere: ita non statim omnis iniuria erit cupidè ulciscenda, quoniam animus iratus, & uindictę cupidus ęgrè seruabit eam uitę moderationē ac ęquitatem, quę propria est iustitię: semperq; utilius est, in quadam animorum perturbatione, & tanquā offensionum concursatione, caussæ, rationi, ac tempori cedere potius, quàm obtemperare moribus, nostris. Quare cum nihil iniustè, nihil contra naturalem

æquitatem

a Ext. in c. considerent. distinct. 3. de pœnitent.

b De pœnitentia, ut eodem in loco narratur.

c Cap. 6.

d Extat hæc sentētia 24. quæstion. 4. c. cum in lege scriptum sit, etc.

e Deuteron. 32.

f Extat 23. quæst. 4. c. inter querelas.

g 11. quæst. 3. c. inter uerba laudantium.

h In l. si quis in hoc genus. C. de episcop. et cleric.

æquitatem, nihil contra ius faciendum sit: iuris autem præceptionib. commoneamur, omnes ut actiones nostras, ingenij uim ac doctrinæ usum ad uitæ honestatem & Reipublicæ salutem conuertamus, ius æquabile cum omnibus publicè & priuatim conseruemus, aliorum dignitatem, existimationem, agros, possessiones, uxores, liberos, familiam, nulla uel iniuria, uel damno, uel ignominijs appetamus: facile, qui his iuris præceptionib. obtemperauerit, ab omni iniuria, quę uel uerbis uel re fit, et uel in corpus infertur, aut ad dignitatem, aut infamiam pertinet,[a] abstinebit: quod certè omnes, qui Christi esse, & sine ulla perturbatione ociū cum dignitate amplecti cupimus, uelle magnopere debebimus.[b]

QVATENVS VIM VI REPELLERE, ET PRIVAtam ulcisci iniuriam liceat. Cap. XX.

1 *Illatæ iniuriæ propulsationem tuendi solum causa, non etiam ulciscēdi, permissā esse.*
2 *Quin defendendi rationem etiam in alterius iniuria propellenda ualere.*
3 *Præstare tamen in homine Christiano patientiam, propter corruptos animorum affectus, qui hanc tutelæ moderationem plerunq; excedant.*



IN questione uertitur, quatenus Christiano homini uim ui repellere, & priuatam iniuriam ulcisci liceat? Receptū sanè cùm naturali, tum iure gētium, ut uim atq; iniuriam propulsemus.[c] Ciuili iure ita permittitur uim ui repellere, si id cū moderatione inculpatę tutelę fiat:[d] quę sanè iuris defensionisq; tempe-
1 ratio necessaria est, & summam habet ęquitatem. Nam etsi omnis expediendę salutis nostrę ratio sit honesta, omnesq; leges atq; iura permittant, uim ui defendere, hęc tamen defensio siue propulsatio iniurię tuendi duntaxat, non etiam ulciscendi causa, ut ait Vlpianus, fieri debet: quoniam sicut uindictę studium, auctoritate iudicis spreta, legibus damnatur, ita qui in expedienda salute sua, cum aliter tueri se non posset, damnum culpa de-
2 derit, innoxius est. Atqui hęc defensionis moderatio, non in nostra solum, sed etiam aliena ui atque iniuria propellenda nobis permittitur, siue uis ea atque iniuria corpori, siue rebus inferatur. Est enim naturalis affectionis, neque legibus improbatę, ut qui nobis maiore quadam naturę cognatione, ac magis etiam necessaria uitę animorumq; societate sunt coniuncti, eos contra uim atque iniuriam moderatè defendamus, propterea quòd eorum indigna oppresio atque iniuria ad nos pertineat: qualis est, quę uel filio, uel uxori, uel nepoti, uel cognato nostro fit:[g] uel denique quę extraneis hominibus infertur, quoniam & ea ob naturę cognationem quandam ad moderatam nostram defensionē pertinet.[h] Et Cicero in libro Officiorum primo scribit, eum qui nō defendit, nec obsistit iniurię, cum potest, tam esse in uitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat.
3 Sed ut magnorū hominū hę sunt cōstitutiones, & in eiusmodi aliqua inculpatę tutelę moderatione positę, cuius in corruptissimis his moribus, in hac affectuum, quibus permouemur uehementia, & tanquam naturę impotentia quadam, nulla extat expressa effigies: ita sapientis & Christiani est hominis, iniuriam, ut diximus, nec facere, nec cum posit, referre: sed eam sibi ac suis inustam, placidè, constanter ac moderatè ferre: & Iesu Christi exemplo,[i] suas patiēter sustinere, alienas omni pietate lenire & uincere beneficijs. Nam Dei lex planè prohibet ultionem petere, aut retinere acceptę iniuriæ

a l. 1. ff. de iniurijs. l. item apud Labeonē. §. conuiciū. l. lex Cornel. §. 1. ff. eod. titul.
b Matth. 7. & distinct. 1. & 23. quæst. 1. c. 1. & 23. quæst. 3. c. nō inferenda.
c l. ut uim. ff. de iustit. & iur. dist. 1. c. ius naturale.
d Bartol. in d. l. ut uim. & ibi Alberic. in l. unica. C. quādo unicuiq; se uindic. seu iudic. l. 1. C. unde ui. pulchrē Cic. in oration. pro T. Ann. Milone.
e l. extat. ff. quod metus caus. l. non est singularis. ff. de reg. iuris. l. unica. C. ne quis in sua caus. iud. l. negantes. C. de action. & obligat. l. si quis in tantā. C. und. ui. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuliam. de ui publ. 16. quæstio. 6. c. placuit. & c. cū qui. de præbend. lib. 6.
f l. scientiam. §. qui cū aliter. ff. ad l. Aquiliā.
g l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. gloss. in l. unica. C. de rapt. uirgin. Innocent. in c. si uerò. ext. de sentent. excōmunication. Bart. in d. l. ut uim. & in l. si quis in seruitut. ff. de furt.
h faciunt quæ notantur in l. 1. C. unde ui. per gloss. & Bartol. in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquiliam.
h Bartol. in d. l. ut uim. per l. sancimus sub finē. C. de sacrosan. eccles. habes exemplum Exod. 23. extat gloss. singularis in §. 1. 23. quæst. 7.
i Matth. 5. Luc. 6.

iniuriæ memoriam, sed proximum nostrum perinde ac nos ipsos diligere mandat. Neque hæc siue animi patientia, siue mansuetudo in remittendis iniurijs exercenda est in hominem solum, uerumetiam in iumenta proximi nostri fratris. Hoc enim Moses præcipit:[a] Cum occurreris, inquit, boui inimici tui, aut asino eius erranti, reduces reduc eum illuc. Cum uideris asinum eius qui te oderit, onere ac sarcinis oppressum, caue deseras eum, quin potius subleuans alleuabis illum cum onere, &c. Est enim satis magnum ad leniendum animi iniuria affecti dolorem, solarium, mens rectè sibi cōscia: & ut Cicero ait,[b] conscientia rectæ uoluntatis maxima est consolatio rerum incommodarum: nec ullum magnum est malum, præter culpam. Et in primis certè laudabile est, non uinci prauis affectionum perturbationibus, nec efferri cupiditate uindictæ, quę soli Deo permittenda erit: eum'que tenere uitę cursum, ac placabilis animi moderationem, nostras ut iniurias amori & pietati erga proximum cōdonemus: & qui nobiscum inimicitias gerunt, ac simultates exercent, eos humanæ societatis coniunctionisque admoniti, mitigemus, ac in gratiam recipiamus. Nam quando ipsa illa iniuriarum actio ex æquo & bono est,[c] & dissimulatione abolet, siue ea dissimulatio in ipso statim initio factæ iniuriæ, siue postea fiat, maximè decet Christianum hominem cùm exēplo Christi, tum etiam ratione ęqui & boni iniurias uel dissimulatione uel recōciliatione gratiæ remittere, uel patiēter & leuiter ferre. Est enim illiberalis & infelix omnis nostræ iniuriæ uindicta, quæ offensione proximi, contra charitatem, contra mansuetudinem, contra ipsam denique pietatem fit. Cuius efferri studio, omnes qui rectam & tranquillam esse cōscientiam nostram expetimus, non solum debemus, uerumetiam omnes iniurias, ac uim, omnia conuicia, fortunæ ac rerum possessionumque nostrarum direptiones, omnia denique uitę pericula cōseruandæ ac augendæ dilectioni et charitati proximi postponere: & Christi doctrina conformari, tunicam auferenti, etiam pallium permittere:[d] hoc est, nullius hominis iniuria ad uindictæ priuatæ cupiditatem, uel neglectionem pietatis ac dilectionis proximi abduci, sed totos nos defendendos ac conseruandos patri Deo cœlesti, cui uni uindicta omnis erit attribuenda, humiliter tradere, in eius'que tutela acquiescere.

Loci in hanc rem paulo antè sunt notati.

a Moses 23. c.

b In Epistola familiari.

c l. non solum. §. iniuriarum actio. ff. de iniur. l. 1. ff. eod. tit.

Pietatis studium.

d Luc. 6. Matth. 5.

FINIS LIBRI SECVNDI.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. THOMAE GRANMERO, ARchiepiscopo Cantuarensi, totiusq; Angliae primati, &c. Iacobus Omphalius Andernacus iureconsultus S. D.



VM libro hoc tertio, Reuerendissime Archiepiscope, describere conatus sim, quam uim optimarum rerum ius publicum, cuius potestas in sacris & ecclesiae notis, sacer dotumq; functionibus ferè posita est, contineat, uolui breui hac, eaq; indocta epistola, aditum mihi ad Celsitudinis tuae con suetudinem facere, ut hac officij commendatione, aut meae potius erga illū uoluntatis ac obseruantię perpetuae significatione, coniunctionis nouae fores aperirem. Nam sicut in omnibus nouis cōiunctionibus plurimum interest, quales primos aditus ad eas colligēdas amicitias esse uelimus, ne uel temerè eas conglutinemus, uel conglutinatas dissoluamus: néue in contrahenda amicitia utilitatem potius, quàm officium specta re uoluisse uideamur: ita nullae firmiores sunt amicitiae, quàm quae communi uirtutis uoluntate, naturę etiam ac studiorum similitudine aliqua contrahuntur: propterea quòd & proprium uirtutis sit, conciliare sibi excellentium hominum animos & uoluntates: eaq; uel sola sit, ut ille ait, quae stabiles firmissimas'que amicitias constituat. Neq; tamen aliunde uel maior, uel illustrior animorum & coniunctionis conciliatio institui potest, quàm à uera religione, à pietate cum summa beneficentia coniuncta, in patriam ac parentes, quando illa praecipuum reipublicae bene ac sanctè gerendae fundamentum, iustitiaeq; caput est, qua cū Deo consociamur, & relegamur, & qua instructi omnia com munis utilitatis caussa libenter sustinemus, omnia animi corporisq; instrumenta ad unius Iesu Christi uoluntatem conformamus. Haec uerò efficit, ut perpetuò cum Dei & proximi dilectione coniuncti, beneficentiam, qua praecipuè societas uitae constituitur, cum omnibus publicè ac priuatim exerceamus. Has autem magni & excelsi animi uirtutes cum tua Celsitudo sic amplectatur, sic intentis oculis omnes aegras ac laborantis reipublicae partes intueatur, sic omnia quae infestissimis communium temporum casibus dilapsa iam fluxerant, ad pristinum splendorem & gloriam reuocet, nihil ut cum solida hac gloria, laudisq; aeternitate comparandum esse existimet, ab eaq; nulla uel uoluptate, uel laborum fuga, uel animi mollitia dimoueatur: causa certè mihi iusta & magna fuit, quamobrem me ad Celsitudinis tuae beneuolentiam

uolentiam conferre magnopere cupiam. Idq́ non ideo solum, quòd nihil tam populare sit, quàm excellentium hominum, & quorum maior quædam in republica præstantia est, gratiam officiorum commendatione acquirere, uel beneficio retinere: sed quòd natura ita ferat, ut qui in optima republica honoribus ac rerum gestarum gloria florent, qui à cæteris cogitationib. auersi ad unam salutem reipublicæ se conferunt, in eaq́ augēda & conseruanda omnes neruos suos ac industriam attollunt, eos mirificè amemus, eorum amicitiam appetamus, eos omni honore atq́ obseruatione dignos iudicemus. Qua tamen in re ignosci mihi à tua Celsitudine uelim, si in eius me consuetudinem, quam non ratio, sed meus mihi pudor hactenus clausit, nunc primùm insinuare ausus sum. Nam cum in hoc laboriosissimo uitæ meæ curriculo, quicquid reliquum esset uel ingenij, quod mihi perquàm exile contigit, uel industriæ, quæ ipsa planè neglecta & obscura est, totum illud ad publicam aliquam studiorum utilitatem conferre, etiam tuæ Celsitudinis exemplo, reipublicæ dignitati, quæ tota in præstantissimarum artium, optimarumq́ legum studijs posita est, seruire cupiam: speraui faciliorem huius meæ audaciæ ueniam, si uel in suscipiendis, uel defendendis his meis lucubrationibus, Celsitudinis tuę auctoritate abuterer, quę omnib. bonis prompta atque expedita esse solet. Quare etiam atque etiam rogo, quod à me audacter uel temere factum uideri possit, id ipsum ut tua Celsitudo, pro incredibili naturę suę benignitate, facillimisq́ moribus in æquam ac bonam partem accipere, meq́ in aliqua commendationis parte hærere uelit. Vale Reuerendiss. Archiepiscope, Calend. Iulij. Anno M.D.XLIX.

DE

DE VSVRPATIONE LEGVM,

LIBER TERTIVS.

IVS QVID SIT, ET QVAM VIM OPTIMArum rerum contineat.

1 *Iustitiæ uim omnem, & tanquam animam, in æquitate positam esse.*
2 *A qua, iuris studiosum, omnibus in caussis, declinare minimè deceat.*
3 *Nihil enim tam rempub. decorare, quàm æqui boniq; rationem.*
4 *Iuris cognitionem, si ad actiones forenses referatur, ueram philosophiam esse: aliam ociosam quandam speculationem esse.*



CELSVS definit ius esse artem boni & æqui,[a] cuius meritò quis nos sacerdotes appellat. Iustitiam namq; colimus, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes: bonos non solum metu pœnarum, uerùm præmiorum quoq; exhortatione efficere cupientes: ueram, nisi fallor, philosophiam, non simulatam affectantes. Ex hac definitione primùm obseruabit, qui ingenij sui uim & doctrinæ usum ad discenda & usurpanda iuris studia conuertit, cum ius
1 sit ars boni & æqui, adeò que ipsius iustitiæ uis omnis, & tanquam anima,
2 ut Lactantius existimat, in æquitate sit posita: oportere iurisprudentem, & quicunq; solidæ ac ueræ uirtutis sensu ducitur, in omnibus rebus ac caussis præcipuam habere æqui & boni rationem: ab eaq; nullis uel terroribus, uel uitæ periculis, uel popularis fauoris gratia, aut odio aliquo declinare.
3 [b] Vix enim alia est uirtus, quæ tantopere omnes uitæ actiones, omnes Reipublicæ partes, omnes res benè & præclarè gerendas æque commendet ac illustret, atq; ubiq; obseruata æqui & boni ratio: cuius partes statim subijciemus. Deinde quod ea sit maiestas & excellentia iuris, ut eius merito sacerdotes nos appellari posse existimet.[c] quę res docet, atq; declarat, quan tam uim optimarum rerum cognitio iuris contineat: quàm præstabilis eorum sit dignitas, qui eius usum ad ciuilium rerum ac caussarum usurpationem referunt: quàm de omnibus Reipublicæ partibus, de omnibus rebus humanis præclarè mereantur, quorum actio omnis & studium in optimarum legum cognitione est posita. [d] Postremò, qui in colenda & amplectenda iustitia omnia ad æquitatis regulam & moderationem referuant, qui ex omni hac rerum uniuersitate nihil sibi præter gloriæ æternitatem & honestatem publicam magnopere expetendum: contrà uerò, quod turpe, uitiosum, &
4 inhonestum est, fugiendum esse ducunt, eos demum ueram, non simulatam philosophiam profiteri. Est enim umbratilis quędam res philosophia, nisi ad hanc officiorum rationem referatur. Quot modis autem ius accipiatur, Paulus scribit[e], nec obscura eius uocabuli uis est.

QVID INTERSIT INTER SVMMVM IVS ET ἐπιείκειαν, siue æquitatem. Cap. II.

1 *Summum ius quod sit.*
2 *Aequitas quæ sit.*
3 *Quando adhibenda sit æquitas, & qua ratione.*
4 *Vasallum à suo domino feudi ad impia imperata cogi non posse.*



QVid intersit inter summum ius & ęquitatē, quam ἐπιείκειαν Gręci uocant, quia à magnis uiris, eloquētia & eruditione pręstantibus, diserta & illuminata oratione explicatū est,[f] & à nobis alio in libro siue commentario notatum: nō erit necesse multis

h 3 eam

a In l. 1. ff. de iustit. & iur.

b l. placuit. C. de iudic. l. quod si Ephesi. §. in summa. ff. de eo quod cert. loc. l. 1. ff. de constit. pecun. l. in omnibus. de regul. iur. l. si tibi. ff. si cert. pet. distin. 86. c. qui clementiam. distin. 45. c. omnis. c. disciplina.

c In d. l. 1. ff. de iustit. & iur.

d Albericus hanc sententiam quoq; comprobat per l. per diuersas. C. mandati. Hostiens. in procem. suæ summæ. 23. quæst. 4. c. si ea de quib. 23. quæst. 5. c. regum officiū est.

e In l. ius pluribus modis. ff. de iustit. & iur.

f Vide Bartol. in l. 1. ff. de iust. et iur. et in l. 1. C. de leg. Spec. tit. de dispēsat. §. 1. uers. æquitas. l. nam hæc natura. ff. de condit. et demonstr. Cyn. in l. 1. ad finem. C. de legib. Thom. 2. secundæ quæst. 80. artic. 1.

Summũ ius quid sit.

cam rem hic repetere. Est enim summum ius, quod & scriptum ius legum e præceptoribus dicitur, quædam quasi legum seueritas, cum scriptas leges siue ius sine ulla circumstantiæ mitigatione seruamus. Aequitas, siue ἐπιείκεια, legis moderatio est, ex probabili & honesta aliqua circustantiæ ratione ducta.[a] Nam ut lex quædam seuerè, & stricto, siue summo iure pręcipit: ita æquitas, quę duriora uidentur, humaniore sententia interpretatur ac mitigat: efficitq; ut omnia personis, locis ac temporibus cõuenire uideantur. Vtriusq; differẽtiam hoc exemplo ostendit Iulianus.[b] Si tibi pecuniam, inquit, donassem, ut mihi eam crederes, an credita fieret? Dixi in huiusmodi propositionibus non proprijs uerbis nos uti. Nam talem contractum, neq; donationem esse, neq; pecuniam creditam. Donationem non esse, quia nõ ea mente pecunia daretur, ut omnimodo penes accipientem maneret. Creditam non esse, quia exoluẽdi causa magis daretur, quàm alterius obligandi. Igitur, si is qui pecuniam hac conditione accepit, ut mihi in creditum daret, acceptã dederit, nõ fore creditam. magis enim meum accepisse intelligi debeo. Sed hæc intelligenda sunt propter subtilitatem uerborum. Benignius tamen est utrumq; ualere. Pulchrius est illud Adriani Imperatoris,[c] qui cum lege de parricidijs, & summo iure eum ulcisci potuisset, qui filiũ suum occiderat, propterea quòd nouercam adulterasset, deportari tantum iussit, secutus æquitatem, siue benignam legis moderationem, quam ex circumstantia, hoc est, iusto patris dolore, & illiberali uxoris construpatione conceptа duxit. Vt enim rectè Cicero iudicauit,[d] graues sępe iniurias ex nimis callida, & propè malitiosa iuris interpretatione nasci, summumq; ius maioribus nostris iniuriam summam appellatam esse: ita quæ seueriora uidẽtur, ex probabili ratione mitigari ac moderari ęquitate debẽt: quoniam ea propria est iustitiæ. [e] Quotiens enim uel personæ, uel rerum, uel facti 3
circumstantiæ scriptam legem uel casum mutant, consuli debet æquitas, & tanquam Lesbia regula accommodari: non temerè, non petulanter, non ulla legis fraude, sed honesta & probabili ratione, ut adhibeatur iuris scripti mitigatio. Iuris summi est, ut de mora solutionis, pecuniæ usuræ præstentur: sed æquitatis esse Modestinus putauit,[f] eum qui ex certa animi liberalitate & donationis caussa pecuniam, uel aliquid promisisset, pecuniæ usuras ob moram non debere. Pacti conuentionisq; fides seruanda est:[g] sed si ea casu aliquo conscientias nostras lædat, aut à pietate declinet, seruari non debet.[h] Neq; enim filius, ut in priore libro diximus, aut uasallus à suo domi 4
no feudi cogendus erit, ut in eo propugnando omnem reuerentiam ac pietatem & naturę & diuino iure patri debitam abijciat:[i] aut domino opituletur iniustè & iniquè bellum alij inferenti, aut patriam crudeli impietatis scelere euertenti.[k] In omni ergo causa ac negocio, ac tota etiam uita tenendum erit discrimen summi iuris & ęquitatis, ne uel seuerè nimium scriptum ius interpretemur, aut dissolutè ac temerè mutemus, quę iure certo definita sunt: sed si ita maior quędam honestas & ratio ex rerũ personarumq; circumstantijs sumpta postulet, legis seueritatem benigniore sentẽtia mitigemus: id quod proprium est ęquitatis.[l] Multa enim in hoc perturbatissima uitę ratione & flexu, in hoc miserabili humanę sortis casu accidunt quotidie, quę non summo iure, sed omni moderatione atq; ęquitate definienda: idq; exemplo Terentiani Chremetis, existimantis necesse se non habere, omnia pro suo iure in filij erratis agere. Neq; fieri aliter potest, quin in hac

disciplinæ

a l. in summa. ff. de aqu. pluu. arcen. l. placuit. C. de iudic.

b In l. si tibi pecuniam. ff. si cert. petat. & l. si me & Titium. ff. eod. tit.

c In d. l. 1. ff. ad l. Pompeiã de parricid.

d Lib. 1. Offic.

e l. diuus Antonin. ff. de in integr. restit. c. ob iectum. ext. de transact. l. 2. §. item Varrus. ad finem. ff. de aqu. pluu. arcend. l. de usu aquæ. ff. de uarijs, & extra ord. cognitio. l. in omnib. de reg. iur.

f In l. eum qui donationis caus. ff. de donat.

g l. 1. ff. de pactis. l. debitori. l. si paciscenda. C. eod. tit. l. 1. §. si conuenerit. ff. depos. l. 1. ff. de constit. pecun.

h 22. quęst. 4. c. in malis promiss. c. si ad peccatum. & c. mulier.

i l. ueluti. ff. de instit. & iur. ibi doctor. honora patrem.

k Zasius in tit. ad quid uasal. do. tenеatur. Bald. in c. 1. quibus modis. feud. amit. Bartol. in l. si quis in grau. §. maritus. ad senatusc. Sillei. ibi quoq; Angelus, in l. excusantur. §. si quis. Dyn. in reg. iur. Possessor. uersic. Sed oppono. et in reg. iur. cum quis succedat.

l 45. distin. c. disciplina. 26. quęst. 7. c. alleg. &. dist. 86. c. qui clementiã. c. omnis c. sunt nanq;

disciplinę ueteris perturbatione pleraq; multa nos offendãt, ut religionis, magistratus, et iudiciorum corruptio, amicorũ offensio, neglectio ciuilium officiorum: quæ tamen om̃nia non summo iure, quod plurimũ offensionis habet, sed moderata æquitatis ratione nobis erunt mitigãda. Patere autem æquitas, si ex rationabili aliqua causa fiat, debet latissime: eaq; semper erit, ut iurisc̃õsultus ait,[a] habenda iudici ante oculos: propterea quòd iustitię uis præcipua in ea est posita.

AEQVITATIS PARTES ET LOCI unde petantur. Cap. III.

1 *Certos æquitatis locos iuris studioso semper ad manus habendos esse.*

2 *Cuius exempla nonnulla adducuntur.*



AD parandam certam rerum cognitionem, constituendumq;
1 animi iudicium, magnopere proderit, certos quosdam æquitatis locos colligere, & tanquã ad manum habere: ut quotienscunq; de rebus dubijs ac uehementer ambiguis, & quæ certis legibus definitę non sunt, disputandũ nobis in ciuili congressione, aut in iudicio etiam iudicandum sit, ad eorum nos rationem effingamus. Et quanquã non una aliqua regula æquitatis quæ latissime patet, prescribi possit: uarieq; ea ex personarum & rerum circumstantijs, ex quibus etiam argumẽta ducũtur, peti soleat, ueluti ex cognitione & qualitate quadam tum rei de qua agitur, tum personarum quas contractus afficit,[b] ut tamen adolescentiũ studia hoc aliquo modo iuuarem, non sum grauatus aliquot locos cõmunes subtexere, ad quorum exempla, si forte ita uideatur, reliqui sua studia possint minore cum labore atq; inquisitione cõformare.

In omnibus causis & iudicijs, maxime tamen in iure, æquitas spectan-
2 da est, referente Paulo.[c]

In foro Canonico præfertur æquitas iuris ciuilis rigori, siue subtilitati.[d]

Omnes lites æquitate erunt dirimendæ.[e]

Quæ summam æquitatem, sine cuiusquam indignatione iusta habent, nemo adspernari debet.[f] Nam & Imperator ita commotus, scribit inter filios & filias bona intestatorum parentum pro uirilibus portionibus æquo iure diuidi oportere.[g]

Iuris rigor mansuetudine ac æquitate temperandus erit.[h]

In omnibus bonæ fidei contractibus, quòd illis præcipue retineatur humanæ uitæ societas, animorum'que coniunctio,[i] iudex ex æquo & bono, quid præstandum aut faciendum sit, æstimare debet. §. in bonæ fidei. Instit. de action.

In ijs quæ certis legib. definita nõ sunt (nõ enim omnes casus cõprehendi legibus possunt[k]) statuenda res uniuersa seruanda rei æquitate. Nam præsidem prouinciæ, inquit Vlpianus,[l] doceri oportet, ut is secundum rei æquitatem & iurisdictionem conuenientem rei det.

Fictio nunquam habet locum, nisi ubi subest æquitas.[m]

Deficiente lege, sufficit naturalis æquitas.[n]

In omnibus caussis, quæ fauoris publici sunt, cuiusmodi fere sunt pupillorum, minorum, miserabiliũ personarum, & libertatum, omnia æquitate potius & sententiæ benignitate, quàm stricto iure erunt definienda. Cuius rei pulchrum in primis est exemplũ, quod à Papiniano refertur, in l. ultima. ff. rem pupilli saluam fore. Extant in eam rationem quędam alia in l. pœnales. §. ult. ff. ad l. Falcid. l. qui filium. §. penult. ff. ad senatuscons. Trebellian. l. cum inter ueteres. C. de commissor. libertatib.

Nullæ

a In l. Quod si Ephesi. §. ut summa. ff. de eo quod cert. loc. facit l. placuit. C. de iudicijs. l. iure succursum. ff. de iure dotium. l. quia uulgò. ff. de ædil. edict. l. Si me & Titium. ff. si cert. petat.

b l. non tantũ dotis. ff. de re iudic. cũ l. sequente, si seruum. §. sequitur. ff. de uerbor. obligat.

c in l. in omnib. de reg. iur. facit l. si tibi. ff. si cer. petat. l. placuit. C. de iudic.

d c. cum dilecti. c. examinata. de iudicijs.

e c. dissẽdia. de rescript. lib. 6.

f l. 1. ff. quod quisq; iuris.

g in l. inter filios. C. famil. hercisc.

h Clem. 1. de iudic. clem. quamuis. de appellat. dist. 86. c. qui de mentid. dist. 45. c. omnis. c. disciplina.

i Cicero lib. 3. Officiorum.

k l. neq;. ff. de ll.

l in l. de usu aquæ ff. de uarijs & extra ordin. cognitionibus

m l. deniq;. l. nec uidem. ff. ex quibus caus. maior. Iason in l. non dubiũ. nu. 5. ff. de legib.

n l. 2. §. Item Varrus. ad finem. ff. de aqu. pluu. arcend.

Nullæ sunt aut priores actiones, aut firmiores defensiones, quàm quæ æquitate nituntur. Nam ut Papinianus ait,[a] qui æquitate defensionis infringere actionem potest, doli exceptione tutus est.

In Tholetano concilio statutum est, contractus eos qui contra æquitatis originem initi sunt, ualere non debere.[b]

In actione Pauliana,[c] uel alia arbitraria, quamuis actor rem petat,[d] tamē iudici permittitur ex æquo & bono, pro rei quæ proponitur, natura æstimare, quid actori præstandum sit:[e] adeò ut reum ex probabili aliqua causa absoluere posit, licet actor intentionem suam probauerit: idq́ præcipuè, si nec rem habeat, nec in dolo sit malo.[f]

Quęcunq́ uiri boni arbitrio, aut iudicantis religioni permittũtur, ea moderari æquitatis regula maximè debent.[g]

Sicut in stricti iuris actionibus nulla fit extensio, præter id quod actum est:[h] ita in bonæ fidei contractibus præcipua æquitatis ratio haberi solet.[i]

Quotiens ad actionem consequendam stricto iure deficimus, suggerenda erit æquitas, ut suum quisq́ retineat. Exemplum est apud Paulum in l. in summa. ff. de aqu. plu. arcend.

Aequitatis ratio non sustinet, ut, quod libera, & sola gratificandi uoluntate promiserimus, etiamsi effectu aliquo conatus noster destituatẽ, id fraudi nobis sit, atq; damno. Tale est exemplum apud Modestinum.[k]

Simile est & illud Pauli:[l] Quotiens, ait, æquitatem desiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperãda est. quod amplius probatur in l. interdum. ff. de uerbor. obligat.

Quæ sine culpa nostra, etiam prӕter uoluntatem nostram, casu aliquo infesto accidunt, & uicino ex re nostra damnum inferunt, etiamsi damni infecti simpliciter uicino sit repromissum, non tamen quæ casu acciderunt, seuerè erunt punienda, aut tenebitur is qui simpliciter promisit: idq́ propter tacitam æquitatem. quæ in rebus fortuitis facilem habet culpæ deprecationem. Exemplum huius est apud Alphenum.[m] Damni, inquit, infecti quidã uicino repromiserat, & ex eius ædificio tegulæ uento deiectę ceciderant in uicini tegulas, easq́ fregerant: quæsitum est, an aliquid præstari oporteret? Respõdeo: Si uitio ædificij & infirmitate factum esset, præstari debere. Sed si tanta uis uenti fuisset, ut quæuis firma ædificia conuellere posset, non debere: & quod in stipulatione est, siue quid ibi ruerit, non uideri sibi ruere, quod aut uẽto, aut omnino aliqua ui extrinsecus admota caderet: sed quod ipsum per se concideret.

Quæ propter neglectam actus formam & solennitatem infirmari possunt, ea uires accipiunt ex euidente aliqua equitate. quoniam, ut Marcellus scribit,[n] etsi nihil facilè mutandum est ex solemnibus: tamē ubi æquitas euidens exposcit, subueniendum est. In primis autem pulchrum illud est apud Scæuolam: Lucius, inquit,[o] Titius hoc meum testamentum scripsi sine ullo iurisperito, rationem animi mei potius secutus, quàm miserã & nimiam diligentiam: & si minus aliquid legitimè, minusq́ peritè fecero, pro iure legitimo haberi debet hominis sani uoluntas. deinde hęredes instituit. Quęsitum est, intestati eius bonorum possessione petita, an portiones adscriptæ ex causa fidei commissæ peti possint? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, posse.

Qui soluere paratus est, non erit cogendus ad suscipiendum iudicium: sed prætorem tempus ei ad solutionem ex æquo & bono dare oportet, ut refert Vlpianus.[p]

a in l. qui æquitate. ff. de dolo mal. except.
b 15. quæst. 3. c. si sacerdotes.
c §. namque si cui. in fine. de action. Institutio. de action.
d l. 3. ff. ad exhibend.
e Institutio. de action. §. præterea.
f l. si cum exceptione. § aliquando. ff. de eo quod metus causs.
g l. damni infecti. ff de damn. infect. l. in summa §. item Varus. ff. de aqua pluu. arcend. l. Thais. ff. de fidei. commiss. liberotatib. l. duobus. ff. de liberali causs.
Aequitatẽ in rebus fortuitis spectandam præcipuè fore.
h l. quicquid de uerbor. obligation.
i l. bonæ fidei. in principio. ff. deposit.
k in l. cum qui donationis causa. ff. de donat.
l in reg. iur. l. in ambiguis. sub finem.
m in l. damn. infecti. el. 3. ff de damn. infect.
n in l. nihil. de reg. iur.
o in l. codicillis. §. Lucius. ff. de legat. 2.
p in l. si domus. uersic. in pecun. legat. ff. de legat. primo. facit l. si debitori. ff. de iudicijs. l. quod dicimus. ff. de solutionibus.

Ad

Ad istum quoque modum Scæuola [a] scribit, possessionum accessiones, de quibus nihil in uniuersum ac perpetuum definiri potest, in sola æquitate consistere.

Et in separationibus creditorum, cum illæ æquitate maximè constent, omnia referenda erunt ad benigniorem sententiam.[b]

In summa, æquitas in omnibus causis ac rebus, maximè in iure spectatur: [c] adeò, ut legum interpretationem ex æquitate faciamus, [d] æquitatis conseruandæ ac retinendæ causa à testatoris uoluntate declinemus[e] etiam à forma contractus,[f] à iuris regula,[g] à solennitate actus,[h] quæ tamen immutari non temerè solet, & eo quod [i] diu uisitatum fuit recedamus.[k]

Non est magni ingenij eiusmodi, aut etiam ijs potiores locos colligere, sed adhibenda diligẽs cura & animi iudicium, ut res & facti qualitas, quæ in quæstionem uenit, quàm rectissimè intelligatur, quo facilior & certior æquitatis ratio haberi possit.

a in l. de accessionib. ff. de diuersis & temporal. præscript.
b l. 1. ff. de separationibus bonorum.
c l. in omnibus quidẽ. de regul. iur.
d l. si socius pro filia. ff. pro socio.
e l. qui filium. § ult. ff. ad senatus. Trebellia.
f l. si me & Titium. ff. si cert. petatur.
g Auth. ut sine prohib. matri. in princ. cũ gloss.
h l. Diuus. ff. de in integ. restitut.
i l. & si nihil. de reg. iur.
k l. imper. ff. de appellat.

QVATENVS SCRIPTO IVRI, ET EIVS SVBTILITATI SIUE RIGORI PRÆFERRI DEBEAT ÆQUITAS.

Cap. IIII.

1 Casum aliquem certa lege comprehensum, secundum illam definiri debere.

2 Cuius rei triplex adducitur ratio.

3 Vbi uerò principaliter lege non comprehendatur, aut comprehensus quidem, dissimilis sit tamen facti species, ibi æquitatem iuris subtilitati præferendam esse.

4 & 5 Cuius exempla aliquot inferuntur, ex iurecons. responsis.

6 Mentẽ legis, uerbis præferendã esse: quòd uerborum aucupijs æquitas sæpe subuertatur.



VLtos scio ingenio & eruditione præstãtes uiros hanc quæstionẽ tractasse, quatenus scilicet scripto iuri & eius subtilitati siue rigori præferri debeat æquitas. quorũ ut excellẽtia, facilè meum hunc conatum, quem solùm iuuandis adolescẽtiæ studijs impendi, retardare possit: ita locus hic postulare uidetur, ut quam sequendam rationem existimem, rudiore, ut aiunt, Minerua declarem. Video enim pleraque, propter neglectum ordinẽ, etiam distinctionum uarietatẽ, esse ualde obscurè tradita. Atque principiò sic statuo:
1 Vbi lex certa est, & de eo casu, ad quẽ referri uerè & propriè debeat, loquitur, pronunciandum omnino secundum eam esse.[a] Cuius rei ratio prima hæc est, quod cum lex sit, ut Martianus ait,[b] regula iustorũ & iniustorum, & eorum quæ natura ciuilia sunt: præceptrix quidem faciendorum, prohibitrix autem non faciẽdorum, ad quam omnes uitæ actiones, omnis officiorum religio conformari debeat, non oportet nos ab ea temerè deflectere, siue declinare. Altera est, quòd legi parendum sit, non autẽ noua
2 subinde eius facienda interpretatio: quãdo Paulus mutanda omnino non esse existimat,[c] quæ interpretationem certam semper habuerunt. nec debet iudicis religio alium suo arbitrio fingere uel legis casum, uel mentẽ, quàm ipsa lex complectatur, ut multis docet Baldus.[d] Nam ideo iudicis religio & sacramentum adhiberi solet, ut secundum scriptũ sentẽtia feratur.[e] Dei enim, non hominis personã iudex gerit, cuius recta & uera iudicia omnia
3 esse debẽt. Tertia est, quod nec cõtra legẽ, nec in eius fraudem quicquam faciendum sit. Facit autẽ contra legem, referente Paulo,[f] qui id facit, quod lex prohibet. In fraudem uerò legis facit, qui saluis uerbis legis, sentẽtiam eius circumuenit. Vel ut Vlpianus ait, fraus legi fit, ubi id fit quod fieri noluit, fieri autem non uetuit: & quod distat uerbum ab intellectu, hoc distat fraus ab eo quod cõtra legem fit. Prioris exemplũ est, ueluti si quis ex insidijs alteri noceat, quia hominẽ homini insidiari nefas est & cõtra legẽ.[g]

a l. 2. C. de leg.
b in l. 2. ff. de legibus.
c in l. minimè. ff. de legib.
d in l. in fraudẽ. §. ult. ff. de test. milit. & l. 3. §. ult. ff. ne quis eũ qui in ius. text. proprius in c. ad audiẽtiam. de decimis. Barth. in l. 1. C. de legib.
e l. rem non nouam. C. de iudicijs.
f in l. contra legem. ff. de leg. l. fraus leg. ff. e. t.
g l. ut uim. ff. de iust. & iure.

a in l. sed Iulianus. §. mutui dationem. ff. ad senatusconf. Macedonianum.

Posterioris tale est apud Vlpianum,[a] senatusconsulto Macedoniano caue
tur, ne quis filiofamilias mutuam pecuniã det, propterea quòd ea res pec
candi materiam, & captandæ mortis parentum occasionem sæpe adfert.
Quid, si pecunia mutua data non sit, sed fraus adhibita senatuscõsulto, pu
ta frumẽto, uel uino, uel oleo mutuo dato, ut his distractis fructibus, filius
familias uteretur pecunia? Rectè sanè putat, subueniendum esse filiofami
lias. Pulchrius exemplum est in c. quanto. extr. de priuileg. Quotiens itaq;
lex scripta in eo casu loquitur, ad quem referri uerè debet, dici omnino se
cundum eam ius sentẽtiaq; debet: neq; erit ulla uel æquitatis fictio, uel di
stinctio, uel interpretatio alia, quàm quæ recta & genuina sit, contra eam
admittenda.

Aliter atq;, ubi lex siue ius scriptum dissimilitudine aliqua casuũ dissen 3
tiat ab æquitate. Qua in re hæc tenenda regula altera, ubi scripta lex casum
principaliter non comprehendit, uel casuum dissimilitudo humaniorẽ scri
pti interpretationẽ requirit, erit officij iudicis, propter publicam aliquam
rationem subtilitati iuris æquitatem anteferre. Nam & Aristoteles ideo iu
dicum autoritatem adhibendam esse præcipit, ut si quæ leges duriores es
sent, eas æquabili ratione ipsi moderarentur. Et recepti iuris est, ut genera
lia legis uel statuti uerba ad probabilem rationem restringantur. Sic enim
leges, statuta, plebiscita, quæ in genere aliquid statuunt, comprehendi cer
ta aliqua ratione debent.[b] Præscriptionibus acquiruntur rerum domi 4
nia: sed referri debent ad bonã fidem. c. omne. de præscriptio. Lege Corne
lia tenetur, qui hominem quoquo modo occidit. sed exceptione iuuatur,
qui expediendæ salutis suæ, non autem uindicandæ, cædem fecit.[c] Qui ca
pitalem fraudem admittit, capite puniẽdus est, nec ueniam meretur. Nam
in capitali fraude dolus & nequitia interuenire solet.[d] Facilè apparet ex
facti & rerum dissimilitudine, ubi lex in casu proprio nihil certi definit, cõ
stituendam æquitatem esse, non ulla scripti iuris temeraria mutatione uel
interpretatione, sed probabili aliqua ratione ex rerũ circũstantijs ductam.

b Bald. in Authent. ingress. C. de sacros. eccles. in c. post translat. extr. de renunciat. Angel. Paul. de Cast. Iason in l. 1. ff. de legib.

c l. ut uim. ff. de iust. & iur. l. 1. C. unde ui. l. nemo. pu[t]ãdo se uindic. unicuiq; lic.

d l. cũ aut redhib. §. iubent aedil. ff. de ædilit. edict.

Et quando omnia siue morũ, siue artis præcepta ieiuna & planè obscu
ra esse uidentur, nisi uel exemplis illustrentur, uel ad usum referãtur, subij
ciam pauca quædam in hanc rationem obseruata exempla, quò res uniuer
sa maiore cum studij fructu intelligatur.

e l. 1. ff. de uentr. in bonor. possess. mittend. & quæ ibi copiose notantur.

Ex iuris scripti rigore datio bonorum possessionis non tenet, si uel mu 5
lier tempore mortis, aut eo, quo se mitti in possessionẽ petit, prægnãs non
fuerit, aut uenter exhæredatus sit.[e] Sed Triphonius æquitatem secutus,
rectè iudicat, si incertum sit, an aliquo casu existat, quo qui editur, suus fu
turus sit, uentrem in bonorum possessionem mittendum esse. Aequius e
nim, inquit, est, uel frustra nonnunquam impẽdia fieri, quàm denegari ali
quando alimenta ei, qui dominus bonorum aliquo casu futurus est. Qua
re etsi ita exhæredatio facta sit, si mihi filius unus nascetur, exhæres esto:
quia filia nasci potest, uel plures filij, uel filius & filia, uẽter in possessionem
mittetur. Sanctius est enim sub incerto eius qui edetur casu, ali etiam eum
qui exhæreditatus sit: quàm eũ qui non sit exhæredatus, fame necari. ra
tumq; esse debet, quod diminutũ est: quamuis is nascetur, qui repellitur.

Petitionẽ restitutionis in integrũ, quæ alioquin stricto iure dari nõ pos
sit, ex æquitate concedi nonnunquam posse, Iabolenus putat, hoc exem
plo usus.[f]

f in l. Panton. ff. de acquir. uel omittend. hær.

Pantonius Anitus cum in Clitia procuraret, hæres institutus antè uita
decesserat, quàm hæredem institutum se cognosceret. Quia bonorum pos
sessionẽ quã procurator eius petierat, ex persona defuncti restitutionem
in in-

in integrum implorabat: quæ stricto iure non competijt, quia intra diem aditionis Anitus obijsset. Diuum tamen Pium contra constituisse, Metianus libro Quæstionum refert in eo, qui legationis causa Romæ erat, & in filio qui matris delatam possessionẽ absens amiserat, sine respectu eius distinctionis restitutionem locum habere: quod & hic humanitatis gratia obtinendum est.

Idem quoq; hoc exemplo subtilitatẽ iuris, æquitate posteriorem ducit. Si tibi dederim rem, inquit,[a] ut Titio meo nomine donares, & tu eam tuo nomine ei dederis: an factam eius putes? Respond. Si rem tibi dederim, ut Titio meo nomine donares, eamq; tuo nomine ei dederis, quantũ ad iuris subtilitatẽ, accipientis facta non est, & tu furti obligaris. Sed benignius est, si agã cõtra eum qui rem accepit exceptione doli mali me summoueri.

Similem humanitatis æquitatisq; rationẽ contra iuris rigorem secutus est Paulus[b] in hæc uerba: si quis ita scripserit, Stichus liber esto, eiq; hæres meus decem dato: nulla dubitatio est, quin debeatur, etiamsi eum paterfamilias uiuus manumiserit. Sed & si sic, Stichus liber esto (siue statim, siue post tempus) eiq; cum liber erit, hæres meus x. dato: idem dicendum est.

Illud constat, si libertate data sic fuerit legatum, eiq;, si eum uindicta liberauero, hæres meus x. dato, licet ex nimia subtilitate separatum est legatum à testamento: attamen humanitatis intuitu ualebit legatum, si uiuus eum manumiserit.

Sed & cõtractus rigori solet præferri ęquitas, ut pulchrè docet Baldus.[c] Et sanè in alijs causis ac contractib. potior esse æquitatis ratio debet, quàm uel iuris solemnitatis, uel ordinis.[d] Exempla eiusmodi alia passim se offerunt: & poterunt huius rei breues esse illæ præceptiones.

In omnibus rebus ambiguis humanior sequenda est sententia.[e] In re dubia, inquit Celsus,[f] benigniorem interpretationem sequi nõ minus iustius est, quàm tutius. Extant in eandem sentẽtiam, l. factum. §. ult. l. quotiens. l. semper. l. in ambiguis. de reg. iur. l. cum inter. C. de fideicom. liber. l. proximè. §. sed in re dubia. ff. de ijs quæ in testam. delent.

In omni causa & iure, quod quidem controuersum esse poterit, semper spectandum, quid potius cum æquitate coniunctum sit.[g]

Cum ueteres benigni iuris interpretatione plerumq; semper usi sint,[h] debemus & nos, si persona, si res, si causa postulet, humaniorẽ sequi sentẽtiã.

Quotiens scripti & uoluntatis contentio, quam ῥητοῦ καὶ διανοίας Græci uocant, incidit, ut fieri in foro & ciuilibus negotijs, etiã sacris scripturis solet, cum lex alquã habet obscuritatẽ, & alter scripto, alter uerò scripti uoluntate nititur, spectari scripti mens & uoluntas potius, q̃ legis uerba solent. Exempla quædam infrà adferemus, quib. docere conabimur, qui uerborum aucupijs & tendiculis sententiæ æquitatem subuertunt, eos absurdè & illiberaliter facere: quoniam legis mens & sententia semper est perfectior,[i] nec uerbis, ut imperator dicit, sed rebus impositæ sunt leges. ac proinde rectè dicit[k] Celsus,[l] benignius leges interpretandas esse, quo uoluntas earum conseruetur.

Vt enim animi præstantiam corpori, ita legis mentem & sentẽtiam scripto præferendam esse, scribunt Canonum autores.[m]

Si quis tamen plura exempla requirat, habet in eam rationem scriptas leges. l. ea quæ. de regul. iur. l. Cæsar. ff. de public. l. qui duos. §. hæc conditio. ff. de manumiss. testam. l. qui habebat seruum. e. t. l. scire leges. ff. de legib. l. nõ dubium. cum sequentib. C. eo. t. l. cum quidam. C. de instit. & substit. l. cum uirum. C. de fideicommiss. l. 3. §. condit. ff. de adimend. legat.

a in l. si tibi dederim. ff. de donationib.

b in l. si quis ita scripserit. ff. de manumiss. test.

c in l. 2. C. de rescind. uendit. 16. quæst. 3. c. si sacerdotes.

d l. ea est natura de regul. iur. Bart. in l. fideiuss. §. quædam. ff. mãdati. & in l. Quintus. e. t. Bald. in l. si pro ea. col. ult. C. e. t. & in l. etiã. C. de iure dotium.

e l. si fuerit legatum. §. ult. ff. de reb. dub.

f in l. ea quæ. de reg. iur.

g l. Et quæ à diuo Ant. C. de edend. l. quotiens idem. l. ea quæ. de regul. iur.

h l. quotiens. C. de don. quæ sub modo. l. Thais ancilla. ff. de fideicom. libert.

i l. ratum. ff. de solut. l. quo enim tut. §. Iulian. ff. rẽ ratã haberi.

k in l. omne uerbum. C. com. de legat.

l in l. benig. ff. de leg.

m 38. distinct. c. sedulo. 22. qu. 5. c. humanæ.

Semper tamen & omnibus in causis ac rebus referenda est æquitas ad
eas, quas diximus, regulas, & probabilem rerum ac facti rationem. ut scri-
bunt amplius Innocent. in c. 1. de consti. Panor. in c. ult. de transact. Alberi
cus in l. scire leges. ff. de iust. & iur. & l. contra legē. ff. e. t. doct. in l. ij. C. e. t.
præcipuè uerò, & ualde eruditè Claudius Cantiuncula in lib. de Off. iudi.

NIMIA ILLA ET AFFECTATA SVBTILITAS IN iure reprehendenda, propterea quòd nimia altercandi ambitione sæpe fit, ut ius suum cuiq; non tribuatur. Cap. V.

1 *Subtilitatis affectatores æquitatis partes sæpe destruere.*
2 *Præcipueq;, cum hoc fiat in bonæ fid. iudicijs.*
3 *Quod cum faciant hodie multi, magnopere contristandum esse.*
4 *Disputationes tamen, ex quibus ueritas ipsa eliciatur, interim non reprehendi.*



VT omni in re, ita in iure curiositas nimia, & affectata quædam
ingenij subtilitas, siue ostentatio est reprehendenda.[a] Nam
cum ius sit, definitore Celso,[b] ars æqui, & boni ratio: & si qua
uel ambigua, uel obscura sint, in ijs interpretandis æquior, hu
manior, & benignior sequenda sit sententia, cum lex ipsa non
iuris subtilitatem, sed ueritatis simplicitatem amplectatur:[c] non uidentur 1
has æquitatis benignitatisq; partes retinere posse, qui subtilitate nimia af-
fecti, in quæstionem omnia trahunt ubiq;, & alieno maximè in scripto ui-
deri uolunt ingeniosi. Est enim sicut simplex ueritatis oratio[d] omnibus
bonis magnopere expetenda, ita contrà fugienda maximè nimia illa iuris
subtilitas: quoniam ea legum uim atq; sententiæ æquitatem sæpe cōuellit.
[e]Et rectius est, ut in iure cōtrouerso atq; ambiguo, in ciuilium ac forensium
causarum usurpatione, ueritatem ac sententiæ æquitatē sequamur potius,
quàm ut de iuris apicibus dimicandum, aut subtilitatem uerborum ac re-
rum nimiam quærendam esse putemus:[f] quam sententiam & Celius &
Speculator probant.[g] Ac proinde, ubi ex bono & æquo agitur, non erit ad 2
modū solicitè et ambitiosè de iuris apicibus disputandū; propterea quòd
satius semper sit, de legum seueritate aliquid remittere,[h] mitiusq; punire,
quàm nimium seuerè legum uim explicare. Et Martialis ciuiliter præcipit
in d. l. si fund. §. si plur. non semper subtilitatem legis & autoritatem senten
tiæ probandam, sed humaniorē aliquando, si hoc causæ æquitas postulet,
sententiam sequendam esse. Non insciтè à Menādro dictum est, leges qui
dem optimas esse: sed qui nimium acutè eas inspiciāt, esse sycophantas. Et
Iulianus scribit,[i] eam esse naturā cauillationis, quam Græci σωφισμὸν ap-
pellant, ut ab euidenter ueris, per breuissimas mutationes disputatio ad ea
quæ euidenter falsa sunt, perducatur. Quo etiam magis dolendum, non pa 3
rum multos hodie esse, qui ad fraudem, ad disceptationem, ad optimarum
legum sententiam interpretandam ita callidi et ingeniosi uideri uolunt, ni
hil ut in ueterum hominum scripturis, sententijs, contractibus, statutis ita
apertè & liquidè definitum esse possit, quod non illi uerborum ac singula-
rum sæpe dictionum tendiculis constringere, omnia diuisionibus, distin-
ctionibus, relationibus, argumentis & collationibus implere & confunde
re conentur. Cuius rei exempla, quæ frequentissima sunt, adferre pudet: ne
uel lectorem fatiget eorum absurditas, uel cuiusquam existimatio læsa à no
bis uideri possit. Non reprehendimus ciuiles disputationes, quibus ipsa 4

a c. dilecti. C de iudic. l. ult. C. de leg. l. si fund. §. si pluris. ff. de pignorib. & hypoth. l. si fideiuss. §. quædam. ff. mand. l. si seruū. §. 1. ff. de uerb. oblig. c. 1. de renunciatio. lib. 6. & distinct. 37. c. omnem uim.
b in l. 1. ff. de iustit. & iur. facit in hanc sententiam l. placuit. C. de iudic. l. dāni infecti. ff. de dam. infect. l. si fuerit legatū. §. ult. ff. de rebus dubijs. l. ea quæ. ff. de regu. iur. l. Thais ancil. ff. de fideicom. libertatibus.
c l. 1. §. omnia. C. de iure ueter. enucleand.
d l. ultim. ff. de furt. c. ueritatis. extra. de iureiurān. 1. quæstio. ult. c. indicantē.
e l. ueteris. C. de cōmit & contrah. stipu. Baldus in l. precib. col. 9. C. de impub. & alijs subst. et in l. posthumo. in 3. col. C. de bon. possess. cont. tab. *f d. l. 1. §. ult. C. de iur. uet. enucleand. c. uerit. extr. de iureiur.* *g in l. si ser. §. sequit. ff. de uerbor. oblig. uide Spec. in tit. de act. seu petit §. utrum. uersic. porrò.* *h d. l. si fideiuss. §. quædam. ff. mandati. d. l. si seru. §. 1. de uerb. oblig. 16. quæst. 7. c. allegant. distinct. 37. c. omnem uim.* *i in l. ea est natura. de regul. iur.*

ueritas præcipuè elicitur:[a] sed nimias illas, affectatas, & planè intemperatas altercationes ideo damnamus, quòd earum studio ipsa ueritas non rarò amittatur, conuellaturq́ sententiæ legisq́ æquitas, & plerumq́ semper fiant ad callidam ingenij ostentationem potius, quàm ueritatis inquisitionem. Si quis plura huius rei documẽta desideret, legat Scæuolæ sentẽtiam in l. codicil. §. Lucius. ff. de legat. 2. l. Et si nihil. ff. de reg. iur. item Iacobi Aluaroti in tit. de natura feudi, & quæ amplius notantur in c. 1. de renunciat. lib. vi. & c. unico. de postulatione prælatorum, in c. ij. de sententia, & re iudi. libro vi.

SVMMAE EST INIVSTITIAE, EX CALLIDO VERsutoq́ iure causam dicere. Cap. VI.

1 *Argutos homines, sub prætextu iuris scientiæ, circa materiã æquitatis sæpißimè errare.*
2 *Talesq́ homines à Menandro Sycophantas appellari.*
3 *Impias cautelas in iudicio uitandas esse.*
4 *Has enim, leges conuellere, & malis hominibus nocendi ansam præbere.*
5 *Nam nos non magis iuris, quàm iustitiæ consultos esse debere.*
6 *Huius rei exempla unde petenda sint.*

IVS cum ars sit boni & æqui, nihil autem cum bono & æquo, perinde atq́ ius callidum, uersutum atq́ strictũ, quod ἀκριβοδίκαιον Aristoteles nominat, pugnare uideatur,[a] cauendum imprimis integro & recto iurisconsulto, ne neglecta æquitate,[b] causam ex callido uersutoq́ iure dicat. Vetus est prouerbiũ, summum ius summam esse iniusticiam: quemadmodum Columella, summum illud, siue strictum uersutumq́ ius, crucem summã esse dixit, propterea quòd qui æquabile ius, qui bonum & æquum, qui scripti uoluntatem captiosis literarũ tendiculis illaqueant, callidoq́ iure omnia definiũt, non
1 paruam reipub. perturbationẽ inferant. Conqueritur alicubi Celsus adolescens,[c] quòd pleriq́ homines nimium arguti in quæstione æqui & bo-
2 ni, sub autoritate iuris scientiæ perniciosè errent. Et antea à nobis de Menandri sententia dictum est, leges quidem optimas esse, sed qui nimiũ acutè & strictè eas inspicerent, sycophantas haberi.

Porrò cum proprium innocentis & integri iurisconsulti sit,[d] in fori luce, ac reipub. splendore iusticiam, legem, æquitatem, fidem, religionẽ spectare: perniciosè & iniustè faciunt, qui legum æquitatẽ callido iure euertunt. Quod ipsum quo magis liqueat, adferemus in eam rationem informandæ iuuẽtutis causa unum & alterum exemplũ. Qui se parricidij scelere astrinxerat, prætoris edicto in carcerem coniectus, ultimo supplicio addicitur: addictus, ut iudicij seueritatem effugeret, de consilio callidi aduocati mentitur, ante admissum parricidium, uoto se obstrictum esse ingrediendi scilicet monasteriũ, cuius se compotem fieri magnopere exoptet: quæ res cum prærogatiuam ecclesiasticæ personæ adferat, propterea quòd uotum retrò trahatur, fit quoq́, ut eius cognitio à seculari iudice ad ecclesiasticum trãsferatur, cui est sanguinis gladius interdictus.[e] Sunt qui hic ingenio suo mirabiliter blandiantur, quod illiberalis quæstus studio illecti, nocentem supplicij laqueis irretitum iudicis secularis seueritate hac cautela eximant, illu so uidelicet iudicio, cuius sancta esse seueritas debet.[f] Sed cum reipublicæ
3 tranquillitas postulet, ne impunita sint delicta,[g] ne audax ac impunita nocentißimorum hominum temeritas, in multorũ sanguinem ac uiscera serpat atq́ progrediatur: uidentur mihi non ex æquo & bono, sed ex callido uersutoq́ iure causas definire, rectisq́ iudicijs illudere, qui eiusmodi im-

a Innocent. in c. uenerabilem. extr. de except. 35. quæst. 9. c. grauc. 3. quæst. 5. c. nec illud.

a l. 1. ff. de iust. et iur. faciũt l. 2. de pact. l. 1. ff. de minor. l. 1. ff. de leg. præst. l. cõgr. ff. de off. præsid. l. 2. ff. de doli excep..

b l. circa eũ. ff. de probat. l. placuit. C. de iudic. l. diuus Antõ. ff. de in integ. restitut. c. ult. ext. de transact. l. quod si Ephesi. §. in summa. ff. de eo quod certo loco.

c in l. si seru. §. sequ. ff. de uerb. obligat.

d l. cætera. ff. famil. herciscũ.

e c. cler. c. sententi. sang. extr. ne cler. uel monach. c. ex literis. extr. de excess prælat.

f Bald. in l. 1. C. an seruus ex suo facto. Ias. in l. cum quædã puella. ff. de iurisdic. om. iud. gl. in c. significasti. ext. de homicid.

g l. ita uulneratus. ff. ad l. Aqu. c. ut famæ. extr. de sent. excom. l. 3. l. congr. ff. de offic. præsid. l. licitat. §. quod illicitè. ff. de public. & uectigalibus.

pias cautelas (quas uocant) cæteris proponunt imitandas. Quis enim in-
tegrum aduocatum, aut in bonorum uirorũ numero eum habendum esse
existimet, qui licet intelligat uicinum suum in turba à Sempronio, graui
mortis uulnere ictum, tamen ut percussorem pœna legis Corneliæ de sica-
rijs quoquo modo eximat,[a] consulat, conducendum aliũ esse, qui languen 4
ti & propè moribundo uicino, aliud uulnus infligat, cædisq́ culpam in se
trãsferat, quo scilicet uicinus ille ex posteriore ictu occisus uideatur.[b] Con
uellere hoc est leges bonas, earumq́ uim & æquitatem scelere impio uio-
lare, & propemodum peccandi nequitiam malis hominib. proponere am
plectẽdam, nullo certè boni aduocati officio perfungi. Sed ut necesse non
habemus, in hac communi aduocatorum inuidia, quæcunq́ turpiter &
perniciose fiunt recensere: ita optandum magnopere est, ut aduocatus in-
teger, callidas illas litium formulas & cautelas, quas certorum hominũ ma
litia inuenit, audacia prouexit, impietas corroborauit, non secus atq́ rei- 5
publicæ pestẽ, & quoddã omnis iusticiæ, æquitatis, religionisq́ exitium fu
giat: Causas omnes, quæ in cognitionem ueniunt, non ex callido uersu-
toq́ iure, sed iustitia atq́ æquitate definiat:[c] studeatq́ exemplo C. Aquilij
non magis iuris, quàm iusticiæ consultus haberi & esse. Nam sicut omnes
qui uirtutis sensu commouemur, ad æquitatem propensi, etiam contra iu-
ris scripti puncta, esse debemus, modò hoc maior quædam honestas postu
let:[d] ita leges bonæ malè discuntur, si ad iuris nundinationem, ad callidita-
tem, ad uersutiam cõuertantur: maximè cum is iustitiæ sit usus, ut omnibus
in rebus æquitatem spectare, neminem lædere, & seruata utilitate com-
muni, suum cuique ius tribuere uelimus.[e] Si quis in hanc sententiam plura 6
exempla requirat, quæ sanè nusquam deerũt, uideat responsum Labeonis
in l. si tibi dederim. ff. de donationib. Item Celsi in l. si me & Titium. ff. si cer
tum petatur. Iuliani quoq́ in l. si ita scriptum. ff. de liber. & posthum. instit.
quòrum autoritate comprobatur, nimiam iuris subtilitatẽ humaniore sen-
tentia temperandam esse, propterea quòd legis benignitas nonnunquam
callidi iuris rigore planè subuertatur.

a tot. tit. C. ad l. Cornel. de sicarijs.
b l. qua actione. §. si quis seru. ff. ad l. Aquiliam. uide Bart. in l. Item Mel. §. Celsus. ff. ad l. Aqu.
c pulchrum exemplũ in c. ex tenore. extra, de test. & attestat. l. placuit. C. de iudicijs. l. quod si Ephesi. §. in summa. ff. de eo quod cert. loc. l. si tibi pecuniã. ff. e. t.
d l. si longius §. si filiusfam. ff. de iudic. l. si me & Titiũ. ff. si cert. pet. d. l. si seru. § sequitur. ff. de uerb. obligat.
e l. 1. l. iustit. ff. de iustit. & iur.

INTERPRETATIO IVRIS SCRIPTI CVI permittenda. Cap. VII.

1 Aequitatem sic amplectendam esse, ut interim scripti iuris significatio non subuertatur.
2 Non enim conuenire, ut ea quæ certam significationem habeant, noua interpretatione immutentur.
3 Distinctio interpretationis in rebus dubijs, ex Bartolo.


E quis temerè sibi legum interpretationem sumat, ostendam
paucis, quatenus iuris scripti interpretatio permittatur. Est e-
nim perdifficilis, sed ualde tamẽ utilis & pernecessaria hæc re- 1
gula, ut omnibus in causis ac iudicijs hanc seruemus modera
tionem, ut sic æquitatem amplectamur, ne cõtra ius scriptum
& legis significationem atq́ uim, quicquam definiuisse uideri queamus.
Quemadmodũ igitur interpretatio iuris scripti eius propria est, qui legis
condendæ potestatem habet:[a] neq́ conuenit, ut quæ certam significatio- 2
nem habent, ea noua interpretatione aut immutemus, aut ab antiqua inter
pretatione declinemus, propterea quòd legis uim interpretatio antiqua
obtineat:[b] & legibus caueatur,[c] ne ulla ratione, quæ interpretationem cer-
tam semper habuerunt, mutentur: ita in dubijs rebus ac causis, quæ solæ in
terpretationẽ requirunt,[d] seruanda hæc distinctio, quam & Bartolus pro-
ponit.[e] Interpretatio quædã generalis ac necessaria est, atq́ scripto facien- 3
da, eaq́ solius est Principis, ut dictum est. Quædam uerò necessaria, &
scri-

a l. inter æquitat. C de leg. ibi Doct. Specul. in tit. de arbitr. §. septimo.
b Clement. exiui. §. item ordo, ibi Cardinal. de uerb. signific.
c l. minimè. ff. de legib.
d Bal. in l. cũ antiquior. C. de iure deliber. per l. Cas. ff de publ. Bart. in ulti. C. de leg.
e in l. inter æqui tat. C. de legib.

scripto explicanda, quæ iudicibus permittitur, quotiens in iure controuerso ac casu dubio, nullaq; lege comprehenso ad similia se cõferunt, & ex personæ, causæ ac rerum circumstantijs ius dicunt.[a] Ac proinde cum legis uerba, aut dispositiones obscuritatem aliquam gignunt, semper & in primis spectandus erit legis sensus, siue disponentis uoluntas, ad eam'que conseruandam facienda interpretatio. Fecit hoc imperator Iustinianus,[b] Si quis, inquit, filium proprium exhæredauerit, ille filius meus alienus meæ substantiæ fiat: talis filius ex huiusmodi uerborum conceptione non præteritus, sed exhæredatus intelligitur. Cum enim manifestissimus est sensus testatoris, uerborũ interpretatio nusquam tantum ualeat, ut melior sensu existat. & Papinianus scripsit,[c] in conditionibus, testatorũ uoluntatem potius, quàm uerba considerari oportere.[d] Quod si obscuræ legis aut dispositionis sensus certus aliquis aut uolũtas haberi non possit, facienda erit interpretatio ex eo ipso quod uerisimile est, eum qui scripsit, uoluisse: quoniam communis hæc iuris regula est, ut in obscuris inspiciamus, quod est uerisimilius, uel quod plerũq; fieri consueuit.[e] et Marcellus scribit,[f] cum in testamento ambiguè, aut etiam perperam scriptum est, oportere benignè interpretari, & secundum id quod credibile est, cogitatum, credendum esse. Facilè autem id, quod credibile aut uerisimile est, interpretatione adsequemur, si aut in re dubia ex rerum comparatione æstimationem precij faciamus, ueluti in emptionibus & uendinionibus, aut legatis, cuiusmodi exempla aliqua sunt apud Papinianum:[g] aut ex scripturæ cognatione sequamur id quod uerisimile est, cogitatum fuisse: ueluti si legatum factum sit plurium seruo, singuli domini non nisi pro dominij sui portione legatum accipiant, ut Iulianus existimat.[h] Aut ipsas illas rerum circumstantias ad animi iudiciũ referamus: quod Iulianum hoc exemplo fecisse uideo. Si numerus, inquit,[i] numorum legatus sit, neq; appareat quales sint legati, ante omnia ipsius patrisfamilias consuetudo, deinde regionis in qua uersatus est, exquirenda est. Sed & mens patrisfamilias, & legatarij dignitas, & charitas & necessitudo: item earum quæ præcedunt, uel quæ sequuntur, summarũ scripta sunt spectanda. Aut deniq; si horum nihil appareat, tum sequamur quod scriptum est, neq; ut Marcellus ait,[k] à uerborũ significatione aliter recedamus, quàm cum manifestum est aliud sensisse testatorem. Hanc enim temperationem sobrius et integer iudex seruabit, quotiẽs dubia prætoris uerba interpretari,[l] aut pleniorem testamẽtorum interpretationem facere,[m] aut in re dubia cõtra creditorem statuere,[n] aut benigniorem ampliorem'q; sententiam sequi in beneficijs ac priuilegijs:[o] aut id agere cogitur, quo res potius ualeant, quàm pereant.[p] Quod si incerta omnino sit significatio, sequetur iudex id, quod est minimum.[q] Deniq; quædam interpretatio probabilis est, neq; tamẽ uel necessaria, uel obligatoria: huiusmodi permittitur legum professoribus, referente[r] Bartolo. Semper tamen et ubiq; spectandum est, ut quotiens cogamur in obscuro scripto aut rebus dubijs interpretationem facere, id sequamur, quod cum æquo & bono coniũctum est, neq; uel fraudem legi faciat, aut absit à iusticia, cuius esse cultus præcipuus debet. Qui plura huius rei præcepta desiderat, legat ea quæ in hanc rationem scribit Panor. in c. 1. numeri xiiij. xv. & xvi. de constitutio. & in c. ad audientiam. de decimis.

IVS ESSE DVPLEX, PVBLICVM ET priuatum. Cap. VIII.

1 *Iuris publici summam esse dignitatem.*
2 *Eiusq; offensionem ad omnes pertinere.*

Vlpianus

a l. non poss. l. de quib. ff. de legib. l. cum de nouo. C. e. t.
b in l. si quis fil. C. de lib. præt.
c in l. pater et. §. cõdit. ff. de cõdit. & demonst.
d facit l. pen. de leg. 1. l. an condit. ff. de condit. & demonstrat. l. in ambiguo. ff. de rebus dub.
e regul. iur. in obscur. et l. semper in stipulat.
f in l. cũ in test. ff. de reb. dub.
g in l. 1. & l. utrum. §. 1. ff. de reb. dub.
h l. si seru. ff. de leg. et fideicom.
i in l. si seru. §. ult. ff. de legat. & fideicom.
k in l. non aliter. ff. de leg. 3.
l l. 1. ff. de iure deliberand.
m l. intestam. in reg. iur. Baldus in l. precib. C. de imp. & alijs substit. l. uoluntatis. ibi Bald. C. de fid. cõmiss.
n l. si emptione. ibi Bartol. ff. de contrah. empt. doctores in l. ueterib. ff. de pact.
o Speculat. de sent. §. 6. & de fide instr. §. 9.
p c. inter delect. ext. de fid. instr. c. contra eũ. de reg. iur. et reg. util. li. 6. l. quotiens. ff. de reb. dub.
q regul. iur. in obscuris.
r in d. l. inter æquit. C. de leg. l. 1. C. e. t. uide in hanc sent. Dinum de reg. iur. inspic. in obsc.

a in l. 1. §. huius. ff. de iust. et iur. b l. inter claras. C. de summ. tri. l. si quis in hoc genus sacrilegij. C. de episc. & cleric. doct. in locis alleg. gloss. singularis in l. 1. §. huius studij. in uerbo, in sacris. ff. de iust. et iur. c l. 1. ff. ad l. iu liam maiest.



VLpianus[a] duas facit studij iuris positiones, ut sit ius publicum & priuatum: illud ad statum, siue ditionem rei Romanæ spectat, & in sacris, sacerdotibus, magistratibus consistit: hoc uerò singulorum utilitatem complectitur. Itaq;, quæ iuris publici sunt, ut præcipuam obseruantiam & honorem propter ipsam reipublicæ dignitatem & splendorem merentur, ita etiam, si quid con- 1
tra ius publicū fiat, eius animaduersio & uindicta ad omnes pertinet. Ac 2
proinde qui res sacras impio scelere labefactat, aut eos qui ecclesiæ regendæ propositi sunt, ut sunt episcopi, presbyteri, diaconi, indignis contumelijs afficit, in eum actio popularis editur, pertinetq; eorū iniuria ad unumquemq;.[b] Et magistratus, in quorum fidem atq; tutelam respub. tradita est, iniuria, ad uindictam et persecutionem omnium pertinet, propterea quòd & magistratus iuris publici sit.[c] Sed & in eos, qui uel iurisdictionem, uel iudicia ad coercendos nocentes & sceleratos homines impediunt, uel uiolant ius fisci, uel deniq; seditioso scelere lædunt maiestatem publicam, accusatio omnibus datur, propterea quòd & hæc omnia iuris publici sint, & omnium magnopere intersit omnes reipublicæ partes saluas et incolumes esse.[d]

d d. gloss. in uerbo in sacris. faciūt quæ notantur in pulchra l. eff. ad l. iuliam maiest.

QVIBVS IN REBVS IVS PVBLICVM consistat. Cap. IX.



IVris publici partes, quoniam frigidè in iurisconsultorū libris tractatæ sunt, neq; solum ad rempub. bene ac sanctè gerēdam pertinent, sed præcipuam quoq; constituendæ religionis, uitæ ac morum rationem continēt, paucis à nobis explicabuntur. Nam quæ olim apud ethnicos, sacrorum ritus ac sacerdotum functiones fuerunt, eas religio nostra diuinis instituta literis non recepit. Et quæ uera ac sacrosancta sacrorum ac sacerdotum siue functio, siue religio esse apud nos debebat, ea nuper, labēte omni disciplina uetere, in magnam opinionum, abusuumq; deprauationem est adducta.


Consistit autem ius publicum in sacris, sacerdotibus, magistratibus.

l. 1. §. publicum. ff. d. iust. et iur. in Auth. ut liceat matr. atque auiæ. §. quia uerò. col. 8. l. 2. §. post originē. ff. de orig. iur. l. inter claras. C. de summ. trinit. & fide cathol.

DE SACRIS, ET ECCLESIAE notis. Cap. X.

1 *Ecclesia catholica quæ sit.*
2 *Ecclesiæ notæ quæ sint.*
3 *Veram Ecclesiæ doctrinam nos docere iustificari per fidem, et habere remissionem peccatorum per Iesum Christum.*
4 & 5 *Ecclesiæ autoritas, eaq; triplex.*
6 *Censuram articuli fidei, in quo dissentiatur, ad uniuersalem Ecclesiam pertinere.*
7 *Scripturæ autor cum sit spiritus sanctus, eius interpretationem non in cuiusuis hominis potestate esse.*
8 *Particularis ecclesiæ autoritas quanta sit, in interpretatione scripturæ.*
9 *Sacramentorum definitio.*
10 *Horum alia augustiora esse, alia minus.*
11 *Errare illos, qui baptismum infantibus dandum esse negant.*
12 *Vis Eucharistiæ triplex.*
13 *Sacramentum manuum impositionis.*
14 *Vtilem esse omnium peccatorum enumerationem, contra aliorum opinionem.*
15 *Satisfactionem soli Iesu Christi morti tribuendam esse.*
16 *Pœnitentiam nihil ualere absq; fiducia remissionis.*
17 *Matrimonij uis.*

Sacro-



SAcrorum usus uniuersus cum uera Christi agnitione & cul-
1 tione coniunctus esse, atque ad catholicam Ecclesiam, hoc est De his pleraque
eorũ congregationẽ referri debet, qui in Christi, propheta- in Decretis.
rum ac Apostolicæ doctrinæ professionẽ, catholicæque fidei
ac sacrorũ communionẽ uocati sunt. Ecclesia enim non ulla
2 idololatriæ ac falsæ superstitionis deprauatione, sed uera ac solida Euãge- Ecclesiæ notæ.
lij doctrina, recto sacramentorũ usu, unitate spiritus in pacis ac charitatis
uinculo, id est, obedientia erga ministeriũ Euangelij cõstitui debet (etiam
si ij qui Euangelio per omnia non obedire, cæteras tamẽ notas referre ui-
deantur, non statim sint extra ecclesiam ejciendi) Hæc enim membra si-
ue notæ sunt Christianæ Ecclesiæ. Nam sicut Paulo Apostolo referente, 1. Cor. 5.
duæ priores notæ, sana uidelicet doctrina, & rectus sacramentorum usus 1. Ioan. 2.
paganos, ethnicos & hæreticos ab Ecclesia catholica separant: ita charitas 1. Tim. 1. 2. & 5.
& pacis uinculum schismaticos homines, & ritè excõmunicatos ab Ec- Idem Paulus 1. Cor. 1. 5. & 11.
3 clesiæ cõmunione seiunxit. Est autem uera & pura doctrina, quæ Euan-
gelicis & apostolicis documentis continetur: qua informari credimus,
per fidem ueram & efficacem iustificari peccatorem. Efficacem siquidem
& uiuam oportet esse fidem, quæ & peccatorem ueteris uitæ pœnitentia
tactum, ad Deum erigat, & cõmoneat, non suis se uiribus, sed solius Dei
gratia iustificari per fidem, spem & charitatem: ac proinde, qui iustifica-
tionem tradunt, ac docent fide nos iustificari, simul tradere debent doctri
nam de pœnitentia, de Dei timore, & iusto eius iudicio, de bonis operi-
bus, prædicent pœnitentiam & peccatorum remißionem in nomine Iesu
Christi: atque in omni Ecclesia Christi Euangelium rectè, piè & perspicuè
doceant: etiam summam aliquam Euangelicæ doctrinæ rationem tan-
quam Catechismum edant de Deo, de tribus personis diuinitatis, de crea
tione, de peccato originis, de fide, de peccatis, de pœnitentia, de remißio-
ne, de cruce, de ueris actionibus atque officijs Christianæ uitæ, de uirtute &
fructu uerbi Dei, de Ecclesiæ disciplina. Qua tamen in re semper hanc mo
derationem & regulam teneant, ne Euangelij sacrosanctam fidem & do-
ctrinam, falsa aliqua disciplina & impijs hominum opinionibus conspur
cent: aut aliud doceant, quàm Ecclesiæ auctoritas recipiat.

4 Quotiens etiam uel error, uel scripturæ sacræ dissensio ac ignoratio,
aut opinio aliqua dissentiens obrepit, consulenda erit Ecclesia, eiusque au-
ctoritas in discernenda ac interpretanda scriptura erit requirenda: quo-
niam tantam eius reuerentiam esse uoluit Christus opt. max. ut filiũ suum
unigenitum pro ea esse uoluerit uictimam. Hæc enim filium Dei saluato-
rem, Euangelium, spiritum sanctum gubernatorem, propagatorem mini
steriorum per patres, prophetas, Christum & Apostolos complectitur.
Hæc pastores, & ius uocandi ministros ad Ecclesiæ propugnationem &
conseruationem continet. Hæc suam iurisdictionem, sua iudicia, suas le-
ges habet, quæ tamen omnia cum auctoritate uerbi Dei & scripturis pro-
pheticis atque Apostolicis debent conformari.

5 Huius autem triplex est auctoritas. Prima ea est, ut quoniam uerbi mi- Ecclesiæ autoritas triplex.
nisteriũ initiò non scripto, sed oratione tradebatur, ut Apostoli solo Dei Prædicatio Euangelij.
mandato commoniti irent in mundum uniuersum, & prædicarent Euan-
gelium omni creaturæ: postea uerò, ne qua serpens diaboli inuidia Euan-
gelij lucẽ ac ueritatem cõtaminare, atque doctrina falsa extinguere posset, Prima ecclesiæ
addita est admirabili Dei beneficio scriptura, ut ecclesia haberet autorita- autoritas est, ut
tem testificandi de scripturis sacris, receptis aut supposititijs. Nam cum testificetur de
initiò circumferrentur aliquot libri falso Apostolorum titulo, adhibita est scripturis.

Ecclesiæ autoritas & consensus uniuersalis, ut illi retineantur, qui uel ab
Apostolis traditi essent ecclesiæ, uel fidem mererentur: cæteri uerò nothi
& tanquam adulterini repudiarentur. Et Irenæus præcipit, quotiens in
aliquam siue quęstionem, siue uerbi ignorationem abducimur, recurren-
dum ad antiquissimas ecclesias esse, in quibus uersati sint Apostoli: ex ea-
rumq́ certa doctrina sumendum, quod ad rectam doctrinam pertineret.
Quem quoq; morem & Athanasius commendat. Sed hæc testificādi au 6
toritas semper referenda erit ad totam ecclesiam, siue communē omnium
priorum cōsensum, tanquam uniuersalem spiritus sancti testificationem:
siue ut hodie edicitur, ad œcumenicum conciliū in nomine Domini con-
gregatum, non autem ad priuatam aliquam censuram.

Secunda ecclesiæ autoritas est, donum interpretationis.

Altera ecclesiæ autoritas est, quòd ea retineat fundamētum & donum
interpretationis, ut Paulus dicit. quod tamen ipsum interpretationis do-
num, penes ueram ecclesiā, quam docētem audire necesse est, & omnem
piam multitudinem, atq; spiritus sancti gratia illustratam, non autem im-
piam, & propter flagitiosa crimina excommunicatam, esse debet: quo-
niam animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Neq; in cu- 7
iusquam hominis ingenio, uoluntate, aut etiam autoritate est, potestas in-
terpretandi scripturas. sicut Petrus inquit: Hoc noueritis, scripturam pro-
pheticam non esse propriæ interpretationis. Neq; enim uoluntate huma-
na allata est unquam prophetia super terrā, sed spiritusancto inspirati locu
ti sunt sancti Dei homines. Ac proinde, qui hoc sibi interpretationis do-
num autoritate ecclesiæ sumunt, uidere diligenter debent, ut nulla huma-
ni ingenij præfidētia, sed singulari spiritussancti dono illustrati in scriptu-
ris interpretandis uera sacræ scripturæ testimonia, & consentientia catho
licæ fidei documenta, qualia sunt quæ in patrum, prophetarum, Aposto-
lorum, atq; eiusmodi testimonijs comprobantur, adferant: cupiantq́ in
rebus dubijs ab alijs potius doceri atq; erudiri, quàm temerè de aliorū scri
ptis iudicium facere. Hac usus Augustinus, errores quosdam Pelagij de
iustitia legis confutat, ut doceat doctrinam de gratia.

Tertia ecclesiæ autoritas est, iudicium facere de doctrina.

Tertia ecclesiæ autoritas est, ut iudicia cōstituat de doctrina, & cogno-
scat exurgentes controuersias, easq; recto & uero Dei uerbo definiat:
quoniam Paulus anathema esse uoluit, si quis aliud Euāgelium doceret.
Qua in re quoq; adhibendus ueteris ecclesiæ catholicus consensus, à uer
bo Dei non abhorrēs: parēdumq; talibus iudicijs ecclesiæ, quæ & Dei, &
Apostolorum, alijsq; catholicis testimonijs comprobantur. Porrò & 8
particulares ecclesiæ, quandam habent scripturas conferēdi autoritatem,
scrutandi item & interpretandi, quatenus earū iudicia non pugnent cum
perpetuo illo ecclesię consensu. quod cum fit, referēda uniuersa rei cogni-
tio ad ecclesiam uniuersalem. Atq; hæc pauca quædā de uera & recta do-
ctrina, & eius testificatione, interpretatione ac iudicio, notare uoluimus:
quæ ut præcipua nota est & signum ecclesiæ, ita maximè necessaria.

ALTERA *ecclesiæ nota, legitimus sacramētorum usus.*

Ad alteram ecclesiæ notam, siue sacrorum rationē refertur uerus & le-
gitimus sacramētorum usus. Sunt autem sacramenta, certa quædam ec- 9
clesiæ signa, siue tesseræ, siue ut Augustinus definit, inuisibilis gratiæ inui
sibiles formæ, institutæ per Iesum Christum in Euangelio, uel Apostolo-
rum traditione, acceptę ad significandam non solum diuinā uoluntatē &
gratiā, hoc est, reconciliationem & peccatorum remissionē: uerumetiam
ut nos iustificent, atq; de accepta gratia certiores faciant: excitentq́ ad fi-
dem, ad mutuam dilectionem & charitatem, ad omnem uitæ ac morū in-
nocentiam. Horum quędam augustiora, & magis principalia, tanquam 10
certa

certa signa sunt iustificationis à Christo nobis in Euangelio promissæ. ut
duo illa, baptismus, & communicatio corporis & sanguinis Iesu Christi,
referēte Augustino lib. 3. cap. 9. de Christiana doctrina: quorum uis & ef-
ficacia certos nos facit acquisitæ gratiæ siue reconciliationis, & peccato-
rum remissionis, propter institutionem, præceptū, & promissionē Chri-
sti in Euangelio factam. Quędam uerò, ut ordinatio, pœnitentia, siue ab-
solutio, cōfirmatio, unctio & matrimonium, etsi non ita augusta, ut prio-
ra illa duo, uideantur: tamen si rectè illis utamur, ualde sunt & pia, & uti-
lia. Vis sanè sacramentorum omnium constat ex sensibili elemento, uelu-
ti signo: & uerbo, quod cum ad elementum accedit, fit sacramentum.

Baptismi sacramentum diuinam promissionem habet, & cōtinet uitæ
regenerationem, siue nouitatem: ut ex filijs iræ efficiamur filij Dei, & qui
cum Christo sepulti ac illius mortis participes facti sumus, in communio- *Paul. ad Rom. 3.*
nem quoque illius resurrectionis admittamur, nostram uitam diuina uir- *Idem ad Gal. 3.*
tute inchoantes. ac proinde hoc sacramentum de iustificatione & resurre-
11 ctione planè nos certos facit. Et quoniam Apostolus Paulus ad Roma-
nos 5. scribit, per unius delictum propagatum esse malum in omnes ho-
mines ad condemnationem: certiq; sumus, omnes nos, etiā pueros, cum
peccato originis nasci, & per baptismū inseri ac conciliari ecclesiæ, errant *Baptismū rectè*
infœliciter, qui baptismū infantibus inutilem esse contendunt. Nam cum *infantibus dari.*
omnes per baptismum inseramur ecclesiæ, extra quam Augustinus[a] salu- *a Libro de Ori-*
tem esse non putat: nec aliter in Christo uiuificari aut eximi condemna- *gine animæ, ad*
tione queamus, necessarius omnino operis est baptismus. Quod ipsum *Hieron.*
Cyprianus epist. 8. ad Fidū, Nazianzenus in oratione de sancto lauacro,
Origenes uerò cap. 6. ad Romanos in hæc uerba scribit: Ecclesia, inquit,
ab Apostolis traditionem accepit, etiam paruulis baptisma dari. Scie-
bant enim illi, quibus ministeriorum secreta cōmmissa sunt diuinorum, q
essent in omnibus genuinæ sordes peccati, quæ per aquam & spiritū ab-
lui deberent. Quam Origenis sententiam cum non solum cōfirmet Au-
gustinus libro 4. de Baptismo, asserens paruulorum baptismum Aposto-
lica autoritate traditū: sed Christus, cuius uerbo fides nostra nititur, Nico
demo clarè confirmet, nisi ex aqua & spiritu renati fuerimus, introire nos
in regnum Dei non posse, propterea quòd quicquid ex carne natum est,
caro sit: & proinde referente Apostolo Paulo, nec Deo placere, nec Dei
regnum possidere posse: dubitare nemo debet, quin etiam infantibus ne-
cessarius sit baptismus. Elementum eius, aqua: uerbum, Euntes docete
omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filij, & spiritussan-
cti.[b] Et, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.[c] *b Matth. 28.*

Eucharistia magnum sacramentum est salutis, etiam uitæ æternæ, ac so- *c Marci 16.*
cietatis cum Deo nobis promissæ & exhibitæ pignus. Elementum eius, *De utroq; hoc sa-*
panis & uinum. Verbum, Accipite & manducate, hoc est corpus meum. *cramēto Baptis-*
12 Item, Bibite ex hoc omnes. Vis huius prima est, ut ex instituto Christi & *smi et Eucharis-*
Pauli in unum conueniamus ad edendū & bibendū Christi corpus & san *stiæ, extāt in de-*
guinem, & ut participatione corporis & sanguinis Christi recordemur e- *cretis multa pas-*
ius passionis & resurrectionis. Altera, ut in usu huius sacramēti uicissim *sim, præcipuè*
Deo gratias agamus, pro immensa ipsius erga nos clementia & pietate. *tit. de consecr.*
Tertia, ut facti Christi membra, communem & mutuā dilectionem com-
plectamur, sicut membra eiusdē corporis mutuò se amant & conseruant.

13 Ordinatio ministrorum in ecclesia, ideo rectè instituta est, ne si temerè
unusquisq; & sine delectu hoc munus sibi sumeret, doctrina fieret incer-
ta, hominumq; nequitia & astutia piæ & simplices consciētiæ in errorem

& diuini ministerij ignorationem adducerentur: tum etiam, ut certi essemus, non ex personis ministrãtium, sed ex autoritate diuina ministerium uerbi & sacramentorum esse metiendum. Nam Paulus ad Timotheum scribens præcipit, ne citò manus imponat: sed eos, qui sese ministerio dederunt, probet quales esse debeãt. Agnoscitq; Deum in ordinatione ministrorum efficacem esse, cum inquit: Noli negligere donum quod in te est, quod contigit tibi per impositionem manuum, autoritate sacerdotij. Qua certè in re ualde optarem consuetudinem ueterē obseruari: primùm, ut episcopi id sint, quòd dici uolũt: deinde, ut qui sacris functionibus preficiendi sunt, prius explorentur, erudiantur, etiam honesto ac publico uitæ morumq; testimonio digni habeãtur, qui ad ecclesiæ ministerium admittantur. Elementum huius sacramenti, siue signum est, manus impositio per episcopũ. Verbum, quo nos Christus de ministerij efficacia certos facit, est: Sicut, inquit, me misit pater, ita ego mitto uos. Accipite spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Hoc simul complectitur & potestatem ordinationis, qua sacramentorum & ecclesiarũ legitima quædam ordinatio ad ædificationem refertur: & iurisdictionem, qua potestas excommunicandi, & resipiscentes absoluendi continetur.

Pœnitentia, seu absolutio, ut uniuersis necessaria est, propter editas illas in sacris scripturis comminationes, nempe, Nisi pœnitētiam egeritis, omnes similiter peribitis. Item, An diuitias bonitatis patientiæ & lenitatis Dei contemnis? ignoras quòd benignitas Dei te ad pœnitentiam inuitat? ita maximam consolationem adfert pauidis, ac scelerum conscientia percussis animis, ut intelligant se peccatorum confessione, pœnitentia & absolutione recõciliari Deo: Christumq; in cœlis ratum habiturum, quod sacerdos ipsius nomine gesserit. Elementũ huius est, ritus exterior, quo absolutio in Christi uerbo accipitur. Verbum eius est apud Matthæum, Quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata in cœlis, &c. & apud Ioan 20. Hæc, inquit, cum dixisset Iesus, insufflauit in Apostolos, & dixit eis: Accipite spiritumsanctum: quorum rēmiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt.

Cap. 18.

De pœnitentia multa traduntur in decretis, tit. de pœnitentia. & 26. quæst. 6. per totum.

In hac pœnitentia & confessione etsi plerìq; putent, illam officiosam 14
& nimium anxiam peccatorum enumeratione à Deo mãdatam non esse, ne hinc pauidæ consciētiæ, si eam omnino necessariam esse existiment, in periculosas dubitationes conijciãtur, eamq; sententiam tueatur Ambrosius his uerbis: Petrus, inquit, doluit, & fleuit, quia errauit ut homo Non inuenio quid dixerit, scio quòd fleuit. lachrymas eius lego, satisfactionē non lego, &c. Valde tamē utilis atq; etiam pia est peccatorum enumeratio, ut peccator scelerum suorum commonitus, excitari ad pœnitentiam & contritionem, uel rectius de pluribus rebus admoneri, ac etiam consolari possit. Vel deniq;, quod ea ipsa, ut natura fieri solet, fœditatē ac turpitudinem peccati sub oculos peccatoris subijciat, cõmoneatq; eum de iusta Dei offensione, ira atq; uindicta. Quare prudens ac diligens pastor sumere sibi colloquium atq; institutionem debet cum peccatore cõfitente, ut affectam cõscientiam, scelerum laqueis constrictam, aut etiã erroribus desperationeue implicatam eximat hortãdo, terrendo, & cõsolando. Retinendaq; uel maximè in ecclesia priuata illa cõfessio, ut homines summa peccatorum capita contra decalogum enumerēt, idq; propter absolutionem, explorationem, institutionē, & testimoniũ doctrinæ publicæ, quòd peccato lapsi recipiantur à Deo propter immēsam illius erga nos misericordiam: uel quod Ambrosius in libro de Paradiso scribit, neminē à pec-

In 22. cap. Lucæ. extat de pœnitent. distinct. 1. c. Petrus.

Priuata confessio.

cato

cato iustificari posse, nisi peccatum antea fuerit cõfessus: uel deniq; quod
Chrysostomus alicubi asserat, ipsam illam animi obstinationẽ & confes- Extat de poenit.
sionis contemptũ, quandã impietatis mortẽ, & tanq; superbiæ leprã esse. dist. 1. c. quis alio
quando.

15 Præcipuè autem docebit satisfactionẽ, quæ culpæ remissionem & li-
berationẽ à morte æterna meruit, soli filij Dei Iesu Christi passioni ac mor
ti tribuendam esse: qui agnus Dei & uictima pro nobis factus est, peccata
nostra, ut Ioannes ait, tollit. Semper enim populo adhibere hanc doctrinã
oportet, primùm ut credat gratuitam esse peccatorũ remissionẽ propter
16 Christũ, non propter nostra opera aliqua, aut satisfactiones. Deinde ut
intelligat, sine fiducia aut spe remissionis nihil ualere contritionẽ, confes-
sionem & satisdationem: quoniã ut Ambrosius ait, Nemo potest bene a- Dist. 1. c. nemo.
gere poenitentiã, nisi qui sperauerit indulgentiam. Satisq; constat, contri-
tionem, confessionem, & satisfactionem nihil sine fiducia absolutionis,
tanq; altera Christianæ poenitentiæ parte, ualere. Id quod exemplo Iudæ
declaratur, quem sacerdotibus confessum & contritũ esse, etiam satisfecis-
se, hoc satis docet, quod palàm dixerit, se peccasse, & tradidisse sanguinẽ
iustũ, proiectis argẽteis in templo: & quia absolutionis fiduciam non ha-
buit, ideo laqueo se suspendisse. Postremò, ut semper ad contritionẽ ad-
dat fidẽ, quoniã Christus suam prædicationẽ incoepit à poenitẽtia & fide:
Poenitentiam agite, inquit, & credite Euãgelio. Idemq; Apostolis præci-
pit, ut prædicarent poenitẽtiam & remissionem peccatorum. Et cum ab-
soluit Magdalenam & paralyticum, requirit hanc fidem: Confide, inquit,
fili, remittũtur tibi peccata, fides tua saluum te fecit. Sic enim Paulus duas
partes poenitẽtiæ facit, contritionem uidelicet, & uiuificationẽ per fidem.
Excitandus quoq; timor Dei, fides & inuocatio, contritio & terror. Nam
eiusmodi terroribus prophetas & patres afflictos esse, sacræ literæ passim
testantur. Et uult Deus ecclesiã in hac uita non solũ uarijs miserijs, ærum-
nis, angustijs & afflictionibus, quæ naturæ deprauationem ac lapsum co-
mitantur, obnoxiam esse: sed multis quoq; tẽtationibus & calamitatibus
eam exercere, ad agnoscendum peccatum suum & iram Dei. Pij olim e- Vide in hanc
piscopi canonicas satisfactiones instituerunt, ut essent castigatoriæ. quo- rem totũ titulum
tiens enim uidebant peccatores ita in aliquã peccandi nequitiã prolapsos de poenitent. di-
stinct. 1.
esse, ut nec pudor eos à turpitudine, nec uirtus à flagitijs, nec timor à pec-
candi licentia deterreret, solebant poenas eis irrogare, ut uel exẽplo disci-
plinæ publicæ adducerẽtur ad poenitentiã, uel de sua constantia & cõtri-
tione examinarẽtur: uel deniq; satisfactionis disciplina deterriti, uitarent
enormes lapsus. Quæ ipsæ ut utiles ualde sunt, cum ex fide atq; uera con-
tritione fiant, propterea quòd & peccatorum radices excindant, & poeni-
tentiæ fructum amplissimum, nouitatem uidelicet uitæ, seu obedientiam
spiritualem adferant, ita magnopere optandum foret, eas rectè institui.

Confirmatio proximè accedit ad baptismũ, accepta ab Apostolis, qui
eos qui in primis pueritiæ annis baptizati fuerãt, de fide interrogabãt, ma
nuũq; impositione ijs cõferebãt manifesta dona spiritussancti: eoq; rece-
ptũ in primitiua ecclesia fuit, ut baptizati pueri instituerentur uero cathe-
chesios usu, ad cognoscẽdã summã doctrinæ religionis: deinde ꝓfessi suã
fidẽ corã episcopo, ieiuni cõfirmarẽtur, id quod iubet cõciliũ Aurelianẽse.
Vis huius est, ut qui eo symbolo cum fiducia uerbi & gratia Christi cõfir-
matus est, intelligat ac credat se accepisse spiritũsanctũ, quẽ Christus pro-
misit patrẽ omnib. illis daturũ, qui rogarẽt. Elementũ eius est, manuũ im-
positio: & ecclesiastica autoritate subrogatum est symbolum chrismatis.

Vnctio extrema sumpta est ex dono sanationis, de quo Christus inquit:

ſuper ęgros manus imponerẽ,& bene habebũt. poſtea ex uerbis Iacobi Apoſtoli inſtituta: Si infirmaẽ quiſq;, inquit, inter uos, inducat presbyteros eccleſiæ, & orẽt ſuper eũ, ungentes eũ oleo in nomine Domini. Et oratio fidei ſanabit infirmũ, & alleuabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittenẽ ei. eſtq; hoc uerbũ, q́d fide apprehendiẽ. Et alibi: Exeũtes, inquit, prędicabant, ut pœnitentiã agerẽt, & dæmonia multa eijciebãt, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabãtur. Elementũ eſt oleum. Et quoniam hiſtoriæ teſtantur, pios olim patres in primitiua eccleſia miſiſſe ad ægrotos benedictũ oleũ, quo ægroti peruncti ſanabantur: multos etiam priore ſeculo, & hodie precibus piorum hominũ perſanari: optãdum foret, ut hęc cærimonia ijs adhibeatur, qui Chriſti agnitione, pietate ac miſericordia, etiã ipſius miniſterij uſu permouentur: neq; hæc unctio ad eos ſolũ referretur, qui ſine ſpe conualeſcentiæ, ſine ſenſu & animi iudicio, animam agunt.

Marc. 6.

Matrimonij, quod Chriſtus in Euangelio non inſtituit, ſed reuocauit ad primã inſtitutionẽ in paradiſo factã, uis ea præcipua eſt, qua cõiuges non humana, ſed diuina autoritate atq; gratia cõiuncti intelligãt, legitimũ ſuũ congreſſum nõ imputari ad culpã, ſed ſanctificari: fideq; cõiugi ſemel datam perpetuò eſſe ſeruandã, ut ſint duo in carne una, ut Chriſtus & eccleſia. Verbũ eius ſacramenti, in ſermone Chriſti eſt, qui fecit hominẽ ab initio, maſculũ & fœminã fecit eos. & dixit, Propter hoc dimittet patrem & matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ, & erũt duo in carne una. Itaq; iam nõ ſunt duo, ſed una caro. Quos ergo Deus cõiunxit, homo nõ ſeparet. Et paulo pòſt: Moyſes ob duritiã cordis ueſtri permiſit uobis dimittere uxores ueſtras, ab initio autẽ nõ fuit ſic. quamobrẽ quicũq; dimiſerit uxorẽ ſuã, niſi ob fornicationẽ, & aliã duxerit, mœchatur. Elementũ huius ſacramẽti eſt, exterior illa uiri & mulieris cõiunctio, qua in Dei nomine & Chriſti in eccleſia copulantur. Sintq; hæc nobis breuiter de altera eccleſiæ nota dicta. 7

De hac re uide 26. quæſt. 2. per tot. 32. quæſt. 4. c. nemo ſibi blandiatur. & 32. q. 2. c. 1. & 32. q. 1. c. non enim in ſola. Tob. 3. & 6. Hebr. ult. 1. Cor. 7. Epheſ. 5. Matth. 19. Huius interpretationem facit pulchrè Paulus 1. Corint. 7.

Tertia eccleſię nota ſiue ſymbolũ eſt, pacis et charitatis uinculũ: q́ ut omnia reliqua eccleſiæ chriſmata retinenẽ, ita nullũ ſymbolũ hoc charitatis uinculo eſſe poteſt uel p̃ſtabilius, uel felicius: ꝓpterea q́d Deus initio nos per baptiſmũ cõiunxit myſtici corporis unitate, ut inuicẽ eſſemus mẽbra.

Oſtendimus paucis, & pro officij ſuſcepti ratione, quis ſacrorum uſus, in quo ius publicum uerſetur, eſſe debeat. Si quis plura deſideret, habet ſacras ſcripturas, habet ſanctorum patrum teſtimonia, quæ intueri, & imitari optimus quiſq; poterit.

DE SACERDOTVM VITA, FVNCTIONIBVS, IMMVnitate, & canonica electione. Cap. XI.

1. *Qui mores ſacerdotum eſſe debeant.*
2. *Veteris eccleſiæ functionum inſtitutio.*
3. *Conſulis & epiſcopi collatio.*
4. *Chorepiſcopi qui, & quod eorum officium.*
5. *Euangelij doctrinam omnibus hominum dogmatibus præponendã eſſe, etiã maximorũ.*
6. *Epiſcoporum munus in primitiua eccleſia.*
7. *Diaconorum officium.*
8. *Maiorum erga eccleſiam ſingularis reuerentia.*
9. *Eorundem diligens ſtudium in pauperum egeſtate ſubleuanda.*
10. *Eoſdem, adoleſcentes bona indole præditos, liberaliter in religione erudiuiſſe, ut aliquando etiam alijs præeſſent.*
11. *Iuuentutem enim præcipuum reipub. membrum eſſe.*
12. *Maiorum pia deuotio in eligendis ijs qui eccleſiæ præeſſent.*
13. *Schiſmata ex nimia diſputationum licentia oriri ſolere.*

Qui



QVi ad gubernandas & regendas ecclesias, aliaq; ministeria
publica gerenda accedũt, spectare atq; meminisse in primis
debent, quam ipsi personam gerant, quantam uim atq; fun-
ctionem optimarum rerum sustineant. Non enim hominis,
sed Dei personam gerit, qui ecclesiæ procurationẽ in fidem
tutelamq; suam recipit. Nec earum solum rerum, quæ ad disciplinam uel
ecclesiæ uel populi pertinent, quæ tamen ipsæ permagnæ sunt, curã susti-
net: sed ut Cyprianus existimat, in Apostolorũ locum succedunt. ut quæ-
cunq; uideant uel temporum iniuria, uel doctrinæ deprauatione, uel opi-
nionum dissensione fœdata & conspurcata esse, ea omnia ad Euangelij
splẽdorem, ad ueritatis lucem, ac doctrinæ pietatẽ referant. Omnis enim
sacerdotum functio, omnis actio, omnis deniq; eorum uita cum laude ac
gloria, cum luce Euangelij, cum trãquillitate publica & salute communi
1 esse debet coniuncta.[a] Et quemadmodum plerunq; semper ciues ad eius
se imitationem æmulationemq; effingere solent, qui reipub. gubernacula
tenet: ita qui regendæ ecclesiæ proponũtur, præstabili uitæ morumq; in-
nocentia ac dignitate cæteris egregiè antecellere debent: neq; committe-
re, ut quam uitæ ac disciplinæ legem alijs indicunt, eam ipsi cõuellant: aut
quorum ingenia doctrina & uerbo Dei expolire conantur, eos corrum-
1 pant malæ uitæ exemplo.[b] Nullum in eis arrogans fastidium, nulla uitæ
barbaries, sed ciuilis quędam comitas, cum singulari hospitalitatis studio
coniuncta, nulla officiorum ac doctrinæ neglectio, aut illiberalis ac tur-
pis honoris fortunęq; ambitio appareat: non sint eorum mores ad libidi-
nem, ad iracundiam, ad contumeliam procliues: uacet omnis eorum uita
non solum turpitudine, sed & sceleris suspicione:[c] omnis eorum sermo sit
de Deo colendo, de officijs charitatis & pietatis Christianæ, de mysterio
uerbi Dei, de ecclesiæ doctrina, de gratia Euangelij, de iustificatione & sa
4 lute omnium, de gratuita peccatorum remissione, de pœnitentia, de satis-
factione, de iustitia, de temperantia, de obedientia, & eiusmodi uirtutum
formis: nec asper & contumeliosus in corrigẽdis uitijs, nec nimium blan-
dus in commendandis ijs quæ rectè fiunt.

Optimus sanè morum ac doctrinæ præceptor est Paulus Apostolus,
qui qualem esse oporteat episcopum, siue presbyterũ, quales diaconos,
suum Timotheum & Titum piè docet. & extant passim de uita ac mini-
sterijs sacerdotum canones, atq; præcepta.[d]

Functionũ longè alia ratio olim fuit, quàm quæ hodie in his corruptis-
simis moribus, & quadam omnis ueteris disciplinæ inclinatione extet.
2 Omnis enim ecclesiæ bene ac sanctè regendæ procuratio atq; ministeriũ,
in tres ferè ordines distinguebatur: ut essent presbyteri, quorũ alij Euan-
gelicæ doctrinæ professionẽ, institutionemq; Christianæ uitæ sibi sume-
bant: alij disciplinæ tum cleri, tum populi, ac morũ cẽsuræ præficiebãtur,
ne impunita peccãdi libido, quæ nimia uitæ ac morũ licentia excitari ple-
runq; solet, in grauem perniciẽ omnis ueræ ac piæ disciplinæ serperet, ex-
tingueretq; omnem religionem. Nam quum in ipso statim nascentis reli-
gionis Christianę exordio, symoniæ labes, doctrinę ac morũ deprauatio,
& his peiora animi corporisq; uitia alia in ecclesiã irreperẽt, instituta cor-
rigendis moribus disciplina, qua quisq; ad uitæ innocẽtiam officiorumq;
religionem conformaretur:[e] propositæ etiam canonicæ electiones, & ele-
ctorum examina ad exẽplum Apostolicæ doctrinæ, ut extaret certa quę-
dam ministeriorum regula: edita præterea ecclesiastica cẽsura, ut qui pu-
blicè renitentes ac contentiosi essent, à cõmunione & sacris usq; ad resipi-
scentiam

[a] c. licet canõ. de elec. lib. 6. 21. quæst. 4. c. sicut excel. 26. quæst. 5. c. contra. cum sequẽt. dist. 18. c. propter. & c. an nis singulis. dist. 25. c. qui episcopum. & dist. 25. c. 2. c. ubi peric. §. quia uerò fide lib. de elect. li. 6. c. 1. de restit. spoliator. libr. 6. c. grandi. de suppled. negl. præl. lib. 6. 23. quæst. 4. c. nemo sibi bland. dist. 38. c. ignorantia. cum sequent.

[b] dist. 84. per totũ. dist. 86. c. non satis. cum sequent. 16. quæst. 1. c. nulli episco. c. prædic. ecclesiæ. distin. 41. c. sæpe.

[c] dist. 45. c. licet plerunq;. c. cum beatus Paulus. c. discip. dist. 21. c. qui episc. dist. 18. c. propter.

[d] In libris decr. item to. 1. de uit. et honest. cleric. in Auth. de sancti ss. episc.

[e] 16. quæst. 1. c. sic uiue. & c. lego epist. & c. general. 16. quæst. 3. c. præsul. 51. c. qui in aliquo. distinct. 61. per totum. distin. 61. c. episcopum.

ſcentiam & ſatisfactionem arcerentur. In eos uerò, qui exemplo malo &
publicè deliquiſſent, pœnitentia publica iniungebatur: nec niſi facta ἐξο-
μολογήσει, & obtenta reconciliatione in eccleſiæ cõmunionem recipieban
tur.[a] Præter hos erant diaconi, quibus alleuatio & cura pauperũ, etiã elee-
moſynarum diſpenſatio fuerat commiſſa. Lectores autẽ & Acoluthi non
erant nomina certorũ munerũ, etiamſi ſua interim officia faciebant. Qui
uerò clerici appellabantur, quo utiliores ſubeũdis eccleſię miniſterijs eſſe
poſſent, iam inde à prima ætate certis officijs, quæ uel cum pietate colen-
da, uel eccleſiæ gubernandæ uideri poterant coniuncta, exercebantur.

a Vide de pœnitẽtia distinct. 1. c. quis aliquando.

Epiſcopi ex numero presbyterorum in ſingulis ciuitatibus, ne ſcilicet
ex officij dignitatiſq; ęqualitate diſsidium, ut fieri plerunq; ſolet, naſcere-
tur, totius ordinis ſuffragatione eligebãtur: qui autoritate, honoris ampli
tudine, atq; etiam uitæ dignitate, prę cipuè uerò ordinandi poteſtate, cæte
ris presbyteris antecellebant. Quas enim partes cõſul in ſenatu habet, ut 5
omnes ægras ac labentes reipub. partes in tutelam ſuã recipiat, prouideat
ne quid detrimẽti reſpublica Chriſtiana capiat: quæ in conſultationem ac
iudicium ueniunt, ea proponat: ſententias roget: ipſe moneat, hortetur,
conſulat, & quæ omnium conſenſione, iudicio atq; ſuffragatione ſtatuta
atq; definita ſunt, autoritate ſua confirmet & exequatur: eas functiones
epiſcopi in presbyterorum cœtu plerũq; ſemper ſubibãt, & quaſi eccleſię
Chriſtianæ bene ac ſanctè regendæ clauum tenebant. Ac proinde etiam
ſingulę ciuitates ſuum habebant presbyterorũ collegium: ex quibus, quo
ipſa religio auguſtior illuſtriorq; haberetur, electus unus epiſcopus, qui
& nominis ſplendore, & dignitatis præcellentia, etiam autoritate cæteris
præclarè præſtaret, in maximiſq; communiũ temporum commotionib.
quaſi gubernaculũ eccleſiæ tractaret. Nam hunc morem à Marco Euan-
geliſta uſq; ad Heraclium & Dionyſium presbyteros obſeruatũ eſſe, Hie
ronymus ſcribit.[b] Quòd ſi ampliorẽ ſiue agrum, ſiue ditionẽ nactus eſſet 4
epiſcopus, cuius populũ & incolas conſilio ac doctrina regere, ad ue-
rumq; pietatis & religionis cultum adducere ipſe poſſet, delegabat eam
inſtituendæ plebis curam alijs presbyteris, qui Chorepiſcopi, propterea
ꝙ epiſcopi uicem ac perſonã gererent, poſtea appellati, eiſq; certos agro-
rum fines diſtribuebat. Porro Chorepiſcoporum officium Leo epiſco-
pus in hæc uerba deſcribit:[c] Quamuis Chorepiſcopis & presbyteris plu-
rima cum epiſcopis miniſteriorum communis ſit diſpenſatio, quędam ta
men ſibi prohibita nouerint, ſicut eſt presbyterorum, diaconorũ, & uir-
ginum cõſecratio, conſtitutio altaris, ac benedictio, uel unctio: ſiquidem
nec erigere altaria, nec eccleſias conſecrare eis licitum eſt, nec per impoſi
tionem manuum fidelibus baptizatis, uel cõuerſis hæreticis paracletum
ſpiritumſanctum tradere, nec chriſma cõficere, nec chriſmate baptizato-
rum frontes ſignare, nec publicè quidem in miſſa quemq; pœnitẽtem re-
cõciliare, nec formatas cuilibet epiſtolas mittere. Hactenus ille. Officium
ſanè epiſcopi nemo rectius, quàm Paulus apoſtolus ſuo Timotheo & Ti-
to, ut diximus, deſcribit. Sũma & præcipua eius cura eſſe debet, ut Euan- 5
gelium, in eccleſia Chriſti rectè, purè, & perſpicuè doceat, omnibuſq; ho
minũ decretis, canonibus ac ſcriptis Chriſti doctrinã præponat:[d] ueteris
ac noui teſtamenti potius, quàm uel pontificum, uel epiſcoporũ canones
ſequatur:[e] quando & Auguſtinus in epiſtola ad Vincentium ſcribit,[f] fas
eſſe à magnorũ uirorum, ueluti Hilarij, Cypriani, & aliorũ ſcriptis diſſen-
tire, ſi hoc Euangelij ueritas poſtulet: nec ulla Imperatoris lex, aut ordinũ
conſtitutio ſeruanda eſt, quę cum Euãgelica ac catholica lege pugnet.[g] In
re dubia,

1. distinct. 92. c. legimus in Bosaa.

b Vide & Hieronymũ ad Rusticũ monachũ, & quæ uetantur 16. quæst. 1. c. ſic uiue. & c. lege epiſtolã. & ca. generaliter. uerſic. Ecce ſufficienter. & 16. quæſt. 3. c. præſidium.

Chorepiſcoporũ officium.

c distinct. 68. c. quamuis. & c. chorepiſcopi.

Officium epiſcopi.

d distinct. 8. c. ſi ſolus Chriſtus. distinct. 9. c. ego ſolus eis. & c. ſi ad ſcripturas.

e distinct. 9. c. quis neſciat.

f. distinct. 9. c. noli frater.

g distinct. 10. c. lege Imperatorum. 25. quæſt. 1. c. cum quid irreprehenſibili. distinct. 9. c. non licet.

re dubia, & quoties de fide quæstio exoritur, id sequatur, quod Apostolorum institutis est comprobatum: neq; sustineat, ut hæresi aut erroribus malis lux Euangelij ac ueritatis obscuretur,[a] etiam in uisitatione suæ diœcesis omnia uitæ ac ministeriorum officia ad Christi doctrinã conformet,[b] quoniam prima animæ salus est, rectæ fidei regulam in Christo custodire:[c] In primis autem operam det, ut ad compendiariam, simplicem ac rectã iuuentutis inferiorisq; plebis informationem, summa aliqua doctrinæ Euangelij tanquam Catechismus edatur, de Deo, de trinitate, de articulis & symbolo fidei, de usu sacramentorum, de fide, de iustificatione, de satisdatione: & ut nemo ad ecclesiæ ministeria ordinetur, nisi uitæ, doctrinę, & ingenij laude atq; testimonio commendatus: ut item iudicia exerceantur de doctrina, de controuersijs sponsalium, de diuortijs ad coercendos lasciuientes hominum mores: qua in re ualde utile est, & pernecessarium, ecclesias frequenter uisitari.

a distinct. 83. c. error. et dist. 86. c. culp. dist. 44. c. dispensat. c. ex commun. §. ult. ext. de hæret. c. ult. de scismat. libro 6.
b 10. quæst. 2. c. placuit. c. 1. §. sanè huiusm. extr. de censib.
c 25. quæst. 1. c. prima salus.
Ecclesias uisitari frequẽter, utile est.

Presbyteri, qui & pastores erant, & uerbi Dei doctores, in singulis ciuitatibus suum habebant collegium, & munus docendi, exhortandi & corrigendi: & quas ferè partes esse diximus episcoporum, eædem quoq; erant
6 & presbyterorum, excepta ordinãdi potestate. Horum enim semper fuit populum docere, & gubernare ecclesiam, administrare sacramẽta ex Christi instituto, instituere uerbo Dei iuuentutem, consolari promissione diuinæ clementiæ ac misericordiæ pauidas & afflictas conscientias: pauperibus, uiduis, orphanis, & quicunq; uel parentum, uel fortunæ benignitate destituerentur, ijs prospicere uictum & hospitia, ægrotantibus dare medicum, exequi pias & legitimas mortuorum uoluntates: redimere ergastulis & carceribus impactam, desertam, & neglectam captiuorum egestatem, iuuare consilio ac opibus destitutos & laborantes, eleemosynas distribuere, nemini suam benignitatem præcludere, alere & instituere pueros expositios: & eorum qui uel mente destituuntur, uel propter ætatis lubricum iudicijq; ægestatem tueri se ac sua non possunt, tutelam curationemq; suscipere: iniurias nemini facere, nec illatas cupidè ulcisci, dirimere aliorum lites ac controuersias: scholas, quæ omnis eruditionis, omnis elegantis humanitatis, omnis deniq; rectæ institutionis fontes sunt, erigere & gubernare: & breuiter uniuersam uitæ actionem, ac functiones omnes ad cõplectendam ac colendam omnem pietatis beneuolentiã conuertere: id quod canones, patrum decreta & constitutiones multis in locis declarant.[d] Horum tamen munera quędam postea ad diaconos sunt relata, & magna cum officij religione etiam eo adhuc tempore, quo Gregorius post Longobardorum tempora ad episcopatum adscitus est, obseruata.

Presbyterorum munus.
Loci ex decretis suprà sunt notati.
d tot. ferè lib. decr. tit. de uit. & dig. cleric. in Auth. de sanctiss. episc. C. de episc. & cler. l. 2. l. muner. §. 2. ff. de muner. & honorib. l. iudices. l. nemini. l. de oration. C. de episc. audient. & pas.

7 Diaconorum sanè, cum prior adhuc ecclesia præstantissimarum rerum laude ac gloria, præcipuè uerò uerissimis pietatis ac doctrinæ officijs floreret, munus erat, quotidianos fidelium erogationes, quæ uel in pauperũ alleuationem, uel ecclesiæ gubernationem conferebantur, annuos quoq; ecclesiæ prouentus recipere ac distribuere. Ne tamen & ipsi diaconi ab ulla officij ratione in priuatam aliquam ambitionem declinarent, placuit, ut accepti & expensi rationem quotãnis referrent ad episcopum, cuius arbitrio distribui atq; in pios usus erogari census & prouentus annui solebãt. Nam sicut episcopus arbitrium & inspectionem, ita Diaconus erogationem omnium decimarum & prouentuum habebat:[e] & quod canones plerunq; appellant episcopum bonorum ecclesię dispensatorem, hanc significationem habet, quod episcopus diacono præscribebat, qui in publicã ecclesiæ eleemosynam essent recipiendi. Neq; enim uel diaconis, neq; etiam episcopo

Diaconi.
e Vide Diaconorum officium descriptũ, 93. c. diacon. et c. diaconi qui. & ibi per totum.

licebat pro sua libidine de ecclesiæ bonis, in usum præsertim profanum ac
impium quicquam alienare: quoniam in concilio Antiocheno decretum
est, ut coerceantur episcopi, qui sine presbyterorum & diaconorum con-
scientia ecclesiæ res pertractarenr. Quod ipsum decretum, cum reliquæ fe-
rè ordinationes perniciosa rerum nouitate ac hominum uitijs conuulsæ ac
deprauatæ essent, ualuisse tempore Gregorij, ex hoc satis apparet, q̃d idem

a In epist. ad Nepotianum.

Salonitano archidiacono comminetur, [a] si quid ex bonis ecclesiæ uel negli
gentia, uel fraude eius ac dolo malo perijsset, eius culpa ipsum teneri. Ea 8
siquidem fuit maiorũ erga ecclesiam deuotio & perpetua uoluntas, ea ani-
mi ab omni priuati quæstus spe atq; ambitione liberi integritas, & uitæ in-
nocentia, ut quisquis ad gubernandam & regendam ecclesiam accederet,
nihil sibi ex omni re, præter solidum Dei honorem, præter salutem utilita-
temq; communem, præter rectè factorum laudem ac gloriam putaret ma-

Omnes ecclesiæ res ac bona olim in pauperum ac pium usum conferebantur.

gnopere expetendum esse. Quicquid ecclesia bonorũ, quicquid agrorum,
quicquid pecuniæ habebat, totum illud in pauperum ac pium usum confe
rebatur. Impietatis erat, in communem ecclesiæ usum nihil conferre: scele-
ris, quæ cum utilitate publica coniuncta uidebantur, neglectim ac contem
ptim habere: supprimere uerò, & in usum priuatum conuertere, quod ec-
clesiæ esset, sacrilegij planè erat: id quod declarant graues illæ apud Chry-
sostomum, Augustinum, Ambrosium, & alios episcopos obtestationes at-
que querelæ, quibus populũ ad ueras officij functiones adhortantur. Ve-
teres illi ecclesię antistites initiò liberam & arbitrariam habuerunt bonorũ
administrationem ac dispensationem, ut omnib. ægris ac laborantibus ec-
clesiæ partibus opitularentur, desertam & neglectam paupertatẽ opibus
alleuarent, nemini suam benignitatem præcluderent. Sed quia pristina illa
episcoporum, sacerdotum ac diaconorũ integritas in priuatas largitiones
labi, atq; à uera officij religione nonnihil declinare uidebatur, editi sunt ca
nones ad coercendam intemperatam largitionem, ut omnes ecclesiæ redi-
tus in quatuor partes diuiderentur: quarum una clero regendis ecclesijs
præfecto daretur: altera in usum pauperum conuerteretur: tertia fabricæ
assignaretur, quò sacrarum ædium sarta tecta essent: quartam uerò aduenę
& peregrini haberent. Quæ tamen ipsa quarta pars apud episcopum quo-
que esse solebat, ut cum egentibus ac desertis hominibus hospitalitatẽ com

b Dist. 84. per totũ. & distinct. 86. c. non satis. dist. 41. c. sæpe.

munemq; benignitatem exerceret. [b] Bona tamen pars eius sumptus, qui ad 9
reficienda ac reparanda templorum tecta reseruari debuerat, in usum pau-
perum conuertebatur, admirabili sanè colendæ pietatis studio atq; exem-
plo. Sic enim Cyrillus lib. 5. Tripart. histor. uestes, uasa, & reliquam domus
supellectilem uendidit, ut pauperum inopiæ ac egestati opitularetur. Sic
Exuperius Tolosæ episcopus, referente Hieronymo ad Neopotianũ, cor
pus Domini in canistro uimineo, sanguinem uerò in uitro deferendũ esse
existimabat, reseruatis in pauperum usus aureis uasis.

Porrò etsi initio hæc quę diximus, diaconorũ erant munera, ne tamen ex ijs maximè muneribus, quæ plus ferè pietatis ac diligentiæ, quàm splendoris habebant, contemptus ac fastidiũ quoddam oriretur, accessit ornandi muneris causa hic honos ad diaconos, ut Euangelij lectionem sibi apud populum sumerent, eumq; ad precationes exhortarentur: & quotiens sacra Domini cœna esset populo sumenda, ipsi calicem porrigerent: quo magis talibus symbolis commonerentur, non esse uilem eam functionem, quam sustinerent, sed Deo dicatam, & plenam omnis honestissimæ obseruationis. Labente deinde disciplina uetere, quæcunq; à maioribus nostris rectè & salubriter instituta erant, ferri in peius, atque in grauem morum ac

disciplinæ

disciplinæ deprauationē corruere cœperunt. Itaq; in Nicena synodo constituti sunt patriarchæ, ut si qua negotij siue difficultas, siue magnitudo inciderat, quę à paucis confici non posset, ea ad synodum prouincialem referretur. Si maior etiam causa esset, quàm cuius explicari ac dirimi controuersia synodo prouinciali poterat, adhibebantur unà cum synodo patriarchę, à quibus prouocare non licebat, nisi ad uniuersum concilium. *Patriarchæ.*

10 Hæc ferè præcipua erant ministrorū ecclesiæ Dei munera, ad quæ aliæ leuiores functiones accedebant, quæ tamen magis exercitia, & quædam quasi preparationes ad ueras functiones, quàm certa munera habebantur. nam maiores illi, uiri sancti, & omni pietate affluentes, ut exurgentis ecclesiæ solida ac perpetua fundamenta iacerent, ut bene constitutæ ecclesiæ rudimenta amplificarent, ut deniq; ecclesiæ bene ac sanctè gerendæ seminarium posteritati relinquerent, exemplo ueri & recti patrisfamilias non solum contenti procreatione liberorū, nisi eos liberaliter instituat, hæredesq; suæ substantiæ faciat, adolescentes qui bonæ naturę ac ingenij indolē præseferebant, ex parentum cōsensione atq; uoluntate in fidem suam, tutelam atq; doctrinam recipiebant, ad omnemq; uitæ innocentiam, gloriam Dei, & honesti laudem amplectendam adsuefaciebant, ut se ecclesię ministerijs, non ocio, non libidini, non segnitiæ natos esse crederent. Hi propterea clerici appellabantur, quod Dei ministerijs sacrarumq; rerum functionibus essent deuoti: etiamsi à Petro Apostolo, qui primam aperiendi claudendiq; templi curam habebant, ostiarij appellati: postea uocabantur acoluthi, qui in omni officiorum genere sua studia atque obsequia, etiam obseruantiam deferrent episcopo, quem primò honoris causa magna cum obseruatione comitabantur: deinde etiam episcopo adessent, ne, si quid sine arbitris ageret, suspiciose posset in criminationem adduci. Et ne horum adolescentium liberaliter & piè educta ætas his tanquam leuioribus officijs uilesceret, datum illis negotium legendi in suggestu, atq; iuuentutis erudiendæ, ut hoc modo ecclesiæ doctrina amplificaretur. erantq; hæc officia præclara quædam tyronum rudimenta, & pia exercitia ad constituendam uitę ac doctrinæ moderationem potius, quàm ullæ certæ functiones, ut multis docet Sulpitius in uita D. Martini. *Clerici quare apostoli appellati.* *Acoluthi.*

Valde sanè proderit in reformandis ecclesiæ partibus hunc pristinum docendi morem atq; consuetudinem ad ecclesiam referre, ut ad amplificandam Euangelij lucem atq; ueritatem, per pastores & diaconos singulis septimanis duæ aut tres horæ pro loco, tempore & causa impendant iuuentutis informationi & Catechismo: & summa Christianæ doctrinæ, explicatio symboli, præceptorū decalogus, Dominicæ precationis interpretatio, doctrina iustificationis, sacramentorū usus, expectatio promissionis æternæ, patientia crucis, moderatio deniq; omnium affectuum inculcetur pueris & puellis in unum aliquem cœtum conuocatis: adhibeantur interrogationes & quæstiones ad excitandam discentium intentionem, confirmandamq; memoriam: scholæ, quæ ecclesiæ seminaria sunt, constituantur, alanturq; ex publico scholastici pauperes, ut doctrinæ suæ usum referre ad ecclesiam possint: nulla deniq; ætas in discenda & amplectenda religione ne- *Scholæ ecclesiæ seminaria sunt.*
11 gligatur. Præcipuum enim reipub. membrum est iuuentus, cuius ætas tenera si bonis moribus, ac salubri doctrina imbuatur, facilè omnem religionis amorem concipiet: cuius postea fructus ad ecclesiam Dei, ad reipublicæ functiones, ad tranquillitatem publicam referre possint. Sed hæc pauca nobis de muneribus & functionibus dicta sint. maius enim & amplius huius rei argumentum est, quàm ut breui oratione explicari possit. Et quia in *Reipublicæ præcipuum membrum est, iuuentus.*

 libris

libris Decretorum & Decretal. pleraque multa in hac rem scripta extant, non lui harum rerum historia longiore, quæ tamen in primis utilis est, & cognitione dignissima, iuuentutem onerare.

Vide 16. q. 1. c. gener. et tot. tit. de immun. li. 6.

De immunitate, & quadam à sordidis & extraordinarijs muneribus libertate, quæ clero & eius familiæ etiã hodie datur, quo magis, omnib. ciuilibus muneribus exemptus, seruire ecclesiæ, totusque in regendo ac docẽdo populo Christiano acquiescere possit, ut necesse non habeo hoc loco dicere, ita satis hoc ipsum ostendit noua illa constitutio Friderici Imperatoris.

a c. 1. dist. 67. extant decr. lib. 3. 4. c. 5. itẽ dist. 51. c. qui in aliquo præcip. distinct. 61. per totum. præcip. in c. episc. c. in sacerdo. c. miserũ. c. miramur. c. Neophytum. uide & dist. 62. & c. b c. licet can. c. ubi peric. §. quia uerò fidel. de electio. lib. 6. 23. q. 4. c. sicut excellẽt. dist. 18. c. propter, & c. annis singul. dist. 23. c. qui episcop. et c. his igitur. & distinct. 35. 36. 37. per totum. Verum episcoporũ & pastorum officiũ.

De canonica electione, quæ functionũ ac ministeriorum causa primùm 12
instituta est, etsi multa scripserint Anacletus & Theodoretus, Ormisda Papa, Innocentius item, & Leo põtifex in suis epistolis Ambrosius quoque in epistola ad Vercellenses, Gregorius & alij: [a] hoc tamẽ notare uolui, quòd in ea uetus ecclesia summã religionem atque obseruantiã secuta sit. Magna enim cum reuerentia, etiam solennitate & inuocatione sancti spiritus conueniebat, ut qui ecclesiæ rectè & fideliter gubernandæ præficiendus foret, eum eligeret, facto prius examine iuxta Pauli præscriptũ de eius uita, moribus & doctrina.[b] Nemo ad ecclesiæ ministeria ordinabatur, aut admittebatur, nisi qui doctrinam sanam, innocentiam uitæ, studia recta ac sancta, animum ab omnibus malis artibus liberum & pium ad gubernationẽ ecclesiæ referret: ideoque qui ex multis ordinandi erãt, testimoniũ de uocatione ad certũ ministeriũ, de moribus, doctrina, ac instituto adferre cogebantur. Qui excellentioris cuiusdam naturæ præstantia destituti, magnũ & laudabilem aliquẽ doctrinę usum in ecclesiam conferre nõ poterant, sed tamẽ in aliquo alio officij genere prodesse posse uidebantur, non statim abijciebantur, ne uel spes eorũ qui ad mediocritatis laudem cõtendebant, hac ipsa repudiatione frangereẽ: aut conatus propter animi infirmitatẽ deponeretur, sed erudiendi causa in aliud ordinationis tempus adseruabantur: nec adseruabãtur solum, sed quod propriũ olim episcoporũ munus quoque fuit, & extare hodie deberet, magna fide, cura, & solicitudine erudiebantur. Habent enim ueri episcopi ueri, pastores officiũ & mandatũ Christi, ut non solum uerbum Dei prædicent, ecclesiam regant, sacramenta administrent, ueruntamen indoctos & rudes homines erudiant, mores malos corrigant, contumaces & præfractè cum doctrina Euangelij renitẽtes, aut eos etiam qui deprauatas opiniones in hominum animos inserunt, puniant excommunicatione ecclesiæ. Ac proinde, ut dissidia & schismata, quæ ex nimia di- 13
sputationum licentia oriri solent, uitarentur, ut ordine & apta gubernatione ministeria atque functiones ecclesię à singulis susciperentur, ut suum quoque episcopi, suum presbyteri, suum alij ecclesiæ ministri officium iuxta regulam Pauli facerent, accessit utilis ordinatio, ut ex presbyterorum collegio, totius multitudinis consensu eligeretur episcopus, referente Anacleto, [c] quemadmodum etiam presbyteri eligi olim totius multitudinis suffragatione solebant, quorum officia & munera aliquot paulo antè enumeraui. Nam etsi hi minores ecclesiæ ministri totius plebis iudicio eligi olim cõsueuerint: & Cyprianus [d] officiose admodum excuset, quod Aurelium inconsulta ecclesia lectorẽ constituerit, is tamen populi consensus in eligendis ecclesiæ ministris postea esse desijt. Quo etiam ritu ij qui ad ecclesiæ gubernationẽ & ministeria electione publica adsciti essent, initiarentur, obscurum non est. Satis enim constat, initiationem, siue ordinationẽ, siue consecrationem, quam Græci χειροθεσίαν, interdum etiam χειροτονίαν appellant, post examen & iudicium de doctrina, de moribus, de uita interpositũ, impositione manuum, qua eligentium suffragationes declarabantur, factam esse,

Ordinatio. c in c. 1. dist. 67. uide decret. de elect.

d lib. epistola. epist. 5.

Vide in decretis, tot. tit. de consecratione.

esse, quo illustrior augustiorq́ hac ipsa solennitate haberetur consecratio. Et extat decretũ Nicenæ synodi, ut Metropolites cum omnib. prouinciæ episcopis cõueniat, ad ordinandum seu consecrandũ illum, qui uoluntate & suffragatione multitudinis electus esset: qui mos quoniã aboleuit, meritò cõquerimur in has nos disciplinæ ueteris, perturbationes cõiectos esse.

IVSTITIAE IVRISQVE EXERCENDI SEVERITAS publicam magistratus uindictam postulat. Cap. XII.

1 *Reipub. salutem magistratus autoritate niti.*
2 *Cuius cum sit nocentes punire, ipsum omni reprehensione uacare debere.*
3 *Pœnam autem omnem non ex priuato affectu, sed secundum æquitatis & iuris normam constituendam esse.* Et num. 4.
4 *Quod uarijs exemplis declaratur.*



Postulat sanè explicandi iuris iustitięq́ seueritas, ut qui grauissimo scelere cõtra leges & bonos mores se astrinxerit, qui prę fractè & impiè contra magistratus edictum autoritatemq́ se gesserit, contemptis scilicet legibus, magistratus publici uindicta coerceatur: ne contempta legum ac magistratus autoritas, cæteris prębeat peccandi impunitatem. Nam præterquã quòd reipub. interest, non esse impunita scelera,[a] etiã Augustinus [b] ad innocentiæ officiũ pertinere putat, non solũ nemini malũ inferre, uerumetiã cohibere à peccato, uel punire peccatũ: ut aut ipse, qui prius odio habetur, corrigatur experimẽto, aut alij terreantur exemplo. Neq́ satis est, eum qui ius gentiũ uiolauerit, qui uim intulerit, qui alterius dignitatẽ temerè, petulãter & atrociter lacessiuerit, iniuriæ suæ pœnitere, præsertim si ad publicã offensionẽ ea indignitas pertinet, ne uel reipub. tranquillitas nocentissimorũ hominũ dissidijs turbetur, uel impunita nocendi libido in multorum sanguinem ac cędem serpat atq́ progrediatur: sed iustitiæ seueritas diligentem & grauem animaduersionem desiderat, ut proposita iniuriæ ac uiolentiæ pœna, cæteri sint ad delinquendum tardiores. [c] Sunt enim publica iudicia, publica potestas, publica edicta, ideo à Deo instituta, ut æquale ius inter omnes conseruetur optimorum hominum uirtus, innocẽtia, dignitas honoribus amplificetur, nocentissimorum hominum flagitia carcere ac scelere constringantur: [d] quibus sanè ad depellendam uim atq́ atrociorem iniuriam utendum potius & rectius, quàm uindicta priuata: idq́ hac præcipuè moderatione, ne uel priuatæ offensionis ultio, uel nocendi cupiditas quæsita uide-
1 ri possit. [e] Præcipuus enim hic, ac planè necessarius est usus magistratus, ut sicut lex, referente Paulo Apostolo, iustis posita est, & cohibendis atq́ coercendis impijs & facinorosis hominibus apta, ita magistratus, quam uiuam legem Cicero uocat, ciuium suorum res, fortunas atque dignitatem in
2 custodia sua atq́ tutela summa officij religione conseruare debet. Magnã siquidem & grauem functionem sustinet, quisquis magistratũ gerit: [f] quoniam non hominis, sed reipubl. cuius defensio ac conseruatio magistratus autoritate præcipuè constat, personam gerit: cogiturq́ innocentiæ ac probitatis, omniumq́ uirtutum legem sibi indicere, quisquis aliorum sibi mores ac peccata sumit corrigenda. [g] ac proinde etiam Deus optimus maximus magistratus uocat nominis sui cognatione Deos: Ego dixi, inquit, dij estis. Et Paulus Apostolus tradit, potestatem esse Dei ordinationẽ: quo magis, qui magistratum gerunt, intelligerent, omnes suas actiones & officia ad Dei gloriam, & Christianæ reipub. atq́ ecclesiæ dignitatem, ad salutem ciuium, ad tranquillitatem publicam esse conuertenda.[h]

a l. ita uulner. ff. ad l. Aquil. l. si long. §. 1. ff. de iudic. l. si oper. C. de pœn. l. per om. C. de defens. ciuit. l. qui seru. sub. fi. ff. de inter rog. act.
b in lib. de ciu. Dei. habes quoq́ 23. q. 5. c. non est innoc. l. licit. §. quod illicitè. ff. de publ. d. l. per om. C. de defensorib. ciuit. Hier. 22.
c c. ad reprimendum. ext. de off. iud. ord. c. nouit il. extr. de iudic. Paul. ad Rõ. 13. extant in hđe ratione diuinæ preceptiones Deut. 1. 16. et 17.
d c. cũ nõ ab homine. ext. de iudic. l. qui restit. ibi doct. ff de rei uẽdic. l. quon. §. magistrat. ff. ad l. aquil.
e l. unica. C. ne quis in sua caus. iudic. l. extat. ff. quod met. caus. l. non est sing. ff. de reg. iur. l. negãt. C. de act. et oblig. l. si quis ad se fundũ. C. ad l. Iul. de ui pub. & priuat. l. si quis in tãt. C. un. ui.

f Deut. 1. 2. Par. 19. Prou. 8. g 23. q. 7. c. iniq. dist. 86. c. 1. h Vide pulchra exẽpla Deut. 25. item cap. 1. & 17.

Summa autem diligentia, atq; officij religione is qui magistratū gerit, 3
enitetur, ut omnis eius animaduersio, impietate, iniustitia, contumelia &
culpa uacet.[a] Non gratia, non odium, nō cupiditas mala, aut misericordia
ipsius religionem & in iudicando sanctitatem corrumpat: sed ius sit omni
bus idem, eadem æquitate cuncta quæ fiunt, quæq; reipub. status ac causa
postulat, ritè & legitimè definiat: & cuncta, quę quidem reipub. uindican
dæ causa facienda erunt, non ad priuatam aliquam ultionem, sed ad uindi-
ctam maiestatis publicæ referat.[b]

Sicut autem laudabilis est iudicis seueritas, in enormibus præsertim fla 4
gitijs puniendis atque ulciscendis: ita eiusdē religionis erit, ex rationabili
causa & euidentiore quadam ratione criminib. priuatis aut publicis mitio-
rem pœnam irrogare;[c] idq; non temerè, sed ita, si persona, si causa, si rēs, si
tempus postulet: alioqui seuera & grauis eius animaduersio in eos qui tur
piter deliquerunt, esse debebit.[d] Causæ autē multæ sunt uel exaggerendæ,
uel leniendæ, uel remittēdæ pœnæ. Et nonnunquā ex facti qualitate, delin
quentis proposito ac uoluntate, casu etiam & euentu rei, causa item, perso-
na, loco, tempore, & quantitate petuntur, siquidem hæc genera augendæ
aut leniendæ uindictæ Claudianus constituit,[e] quæ certè omnibus in cau-
sis ualere maximè debent, siue ad iustam pœnā infligendam, siue eam tem-
peramento aliquo leniendam.[f] Et quoniā exemplis cuncta fiunt illustrio- 5
ra, subijciam pauca quædam informandæ iuuentutis causa. Vetant leges
peregrinum hominem ciuitatis mœnia atq; muros conscendere:[g] sed eum
qui in maxima ciuitatis trepidatione muros conscendit, ut inde hostiū uim
propelleret, uoluntatis & facti ipsius qualitas, quæ ad ciuitatis propugna-
tionem referebatur, legis pœna eximit.[h] Ad hunc enim modum Claudia-
nus[i] putat manifesta furta à non manifestis, expilationes à furtis, uiolentiā
à petulantia, ipsa facti qualitate discerni posse. Sed & delinquentis propo-
situm & uoluntas pœnā uel exaggerat, uel auget.[k] Nam qui libidinis cau-
sa alienam ancillam rapuerit, aut fores meretricis fregerit, etiamsi fures ab
eo non inducti meretricis res egesserint, Vlpianus tamen eum putat furti
non teneri.[l] Non enim facti, sed faciendi causa hic quærenda: quæ cum li-
bido, non furtum fuerit, cessare debet furti actio. Et quando idem Vlpia-
nus[m] rectè putat plurimum referre, in maioribus delictis consulto aliquid
admittatur, an uerò casu, sit quoque ut fortuita incendia, si cum euitari pos-
sent, per negligentiam eorum, apud quos orta sunt, damno uicinis fuerint,
ciuiliter exerceantur: ut qui iactura, inquit Calistratus,[n] affectus est, dam-
ni disceptet, uel modicè uindicetur. Nam quæ ex improuiso casu potius,
quàm fraude accidunt, facto plerunq;, non noxæ imputanda esse, impera-
tor Antonius sanxit.[o] ac proinde æqua est sententia Martiani & Caij,[p] qui
eum à quo incendiū fortuitò sit factum, uenia indigere putant, & satis esse
coerceri, si noxam sarcire iubeatur: aut si minus idoneus sit, leuius castige-
tur, nisi tam lata culpa fuerit, ut luxuriæ uel dolo sit proxima. Lege Corne-
lia de iniurijs[q] tenetur, qui contumeliæ causa conuicium dixerit, aut pulsa-
uerit: sed Paulus respondit,[r] quod reipub. uindicandæ causa secundum bo
nos mores fit, etiamsi ad contumeliam alicuius pertinet: quia tamen nō ea
mente magistratus facit, ut iniuriam faciat, sed ad uindictam maiestatis pu-
blicæ respiciat, actione iniuriarum non tenetur. Causa igitur hic distinctio-
nem facit, quemadmodum etiam locus, tempus, persona, & eiusmodi alia
argumenta: quorum ut exempla aliquot apud Vlpianum extant,[s] ita in pri
mis

Pia doctrina & commonitio.

a l. 1. ff. de iust. & iur. l. cæt. §. fam. hercisc und. l. obseruād. ff. de off. præt. 11. q. 3. c. iud. c. quatuor mod. c. ira enim. & dist. 45. c. disscip. c. omnis qui iudic. & 23. q. 5. c. reg. off. & 11. quæst. 5. c. qui recte iudic.

b l. quod reip. l. magist. l. iniur. §. 1. ff. de iniur.

c l. Diuus. ff. de re iudic. Alex. in l. præses. ff. de pœn.

d l. etsi seuer. C. ex quib. caus. infam. irrogat.

Delinquētis proposituū ac uoluntas obseruand. l. uerū est. si meretr. ff. de iniur.

e in l. aut facta. ff. de pœnis.

f l. absent. uers. ult. ff. de pœn. l. 1. & 2. C. de sic.

g in l. ult. ff. de rer. diuis. Quin. lib. 5.

h facit l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cornel. de siccar. l. aut facta. §. qualit. ff. de pœnis.

i in d. l. aut facta. §. qualit. ff. de pœn.

k l. Diuus Adrian. ubi gl. ff. de siccarijs.

l in l. uerū est. ff. de furtis. l. 1. §. diu. ff. de siccar. l. falsin. §. qui alienū. ff. de furtis. l. 2. ff. de termino mot.

m in l. absent. ff. de pœn.

n in l. capit. §. incendiarij. ff. de pœn. o in l. 1. ff. de siccar. p in l. qui ædes. & l. si fortuito. ff. de incend. nauf. rui. q l. lex Cornel. ff. de siccar. r in l. quod reipub. causa. ff. de iniur. facit ampliu l. iniur. actio. ff. e. t. s in d. l. aut fact. ff. de pœn.

mis elegans ac pia est in hanc rationem præceptio apud Marcellum.[a] Respiciendum, inquit, iudicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituat, quàm causa deposcit. Non enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæque res expostulat, statuendum est. Planè in leuioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent: in grauioribus pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Eiusmodi est illa Pomponij:[b] Quod illicitè, ait, publicè uel priuatim exactum est, cum altero tanto passis iniuriā exoluitur: per uim uerò extortum, cum pœna tripli restituitur. amplius extra ordinē plectuntur. Alterum enim utilitas priuatorum, alterum uigor publicæ disciplinæ postulat. exempla passim extant.[c] Vt igitur iustitiæ seueritas publicam magistratus uindictam postulat, eaque uariè ex personarum & rerum circumstantijs est facienda: ita iniuriæ quæ nobis inferuntur, aut dissimulatione remittendæ: aut, si ita persona, res & causa postulent, referendæ ad publicæ maiestatis uindictam erunt.

a in l. respiciendum. ff. de pœn.

b in l. locatio. §. quod illic. ff. de publ. & uectigal. com.

c in l. 1. ff. de incēd. rui. nauf. l. Diuus Adrian. ff. de custod. & exhib. reor. l. 1. ad l. Iuliam repetund.

DE MAGISTRATIBVS. Cap. XIII.

1 *Præcipuam magistratus curam esse debere circa religionem.*
2 *Alteram, ut omnem peccandi licentiam tollat, qua plerunque reddamur deteriores.*
3 *A Deo enim omnem magistratum ordinatum, & constitutum esse.*

1 De magistratibus, & eorū officijs, quoniam pleni sunt omnes iurisconsultorum libri, noluimus hic prolixiores esse. Prima & præcipua eorum cura esse debet, conseruandi ac propagandi Euangelij: deinde ut iudiciorum seueritatem, & sua officia non negligenter exerceant, manifesta scelera atque flagitia legum pœnis, exilio & carcere coerceant. 2 Vt enim labentis disciplinæ restitutio requirit magistratus diligentiam, & autoritatem: ita necesse est, libidinosos ac lasciuientes hominum mores, corruptores ueræ doctrinæ, peccandi licentiam, uiolationes nuptiarum, stupra, adulteria, & eiusmodi alia crimina legum ac iudiciorum seueritate cohiberi: quoniam licentia, ut Comicus ait poeta, omnes sumus deteriores. 3 Postremò, ut magistratus credat se æternæ disciplinæ custodem, defensorem, & conseruatorem, etiā ab ipso Deo immortali hoc sibi munus delegatum esse, corrigendi uidelicet ea quæ turpiter ac prauè fiunt.

to. l. ff. & C. de officijs re.

Ostendimus ius publicum in sacris, sacerdotibus, & magistratibus consistere, & quæ eorum functiones sint: ut hanc partem sicut utilitate & cognitione dignissimam, ita à iurisconsultis ferè neglectam, referremus quoque ad reipublicæ partem, & ciuilium rerum lucem atque usurpationem. quoniam omnium qui in Christo acquiescere cupimus, magnopere interest, ecclesiam rectè & piè gubernari.

PRIVATVM IVS ESSE TRIPLEX, NATVRALE, gentium, & ciuile. Cap. XIIII.

1 *Iuris publici usum latè patêre, quòd is ad uniuersam ciuitatem spectet.*

1 Quæ iuris publici partes sint, priore capite explicare conati sumus. Etenim amplissimus usus iuris publici,[a] ita appellati, q̄d uel publicum usum certarum rerum, cuiusmodi sunt, littora maris, & uia regia, quæ alluuione mutari non potest,[b] cunctis proponat: uel usum quidem contineat publicum, non tamē cuiuslibet ex populo: quo in genere sunt syluæ cęduæ, nemora, forum, palatia, & eiusmodi. uel denique cuius usus publicè & communiter omnibus prodest,

a gloss. & Bartol. in l. ult. C. de sacrosanct. eccl. Bald. in l. 1. C. e. t. & l. 1. ff. solut. matrim. optimè autem Vldaricus Zasius titu.

to de instit. & iure. §. huius studij.   b l. incertim. ff. de acquirend. rerum dom.

a in l. ius publ. ff. de pact. facit reg. iur. nec ex priuat. l. neq; pignus. §. priuat. de reg. iur. prodest, neq; ad priuatas personas principaliter referri potest. Hinc enim recepta regula Papiniani,[a] ius publicum priuatorum pactis mutari nō posse. Priuatum uero ius ad singulorum utilitatem refertur, idq; tripertitum Vlpianus facit,[b] propterea quod collectum sit ex naturalibus praeceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

b in l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iur.

DE IVRE NATVRALI. Cap. XV.

1 *Ius naturale aliter definiri à Canonistis, atq; ab Vlpiano.*

2 *Eius dignitatem excellentiorem caeterorum esse, quòd sit immutabile, atq; ob id non admittat dispensationem.*

a in l. 1. §. huius study. ff. de iust. & iur.



Vs naturale ab Vlpiano definitur[a] quod omnia animalia docuit, quod' que non solius humani generis proprium, sed omnium animalium, quae in terra mariq; nascuntur, auium quoque commune est. Hinc, inquit, maris atq; foeminae coniugatio, quam nos matrimonium appellamus, descendit: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim caetera quoq; animalia, feras etiam, istius iuris peritia censeri. Alicubi[b] dicitur ius naturale, 1 quod in lege & Euangelio continetur: quo quisq; iubetur alij facere, quod sibi uult fieri: & prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri: iuxta Euangelium Christi. Sic enim dicit: Omnia quaecunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis. Haec est enim lex & prophetae. Quae ipsa definitio uera & probabilis est. Omnes enim, ut Cicero scribit,[c] naturali quadam indulgentia & beneuolentia, tum etiam societate iuris continemur. Neq; aliud ius naturae significat, quàm naturales notitias de moribus, hoc est principia practica, & ex necessaria consequentia dictas conclusiones. Exempla horum colligi multa inspectis causis & effectibus poterunt, ut, Deus solus salutis nostrae autor & religionis caput est, solus igitur adorandus, & religiose uenerandus. lex iusti et iniusti regula, & certa quaedā ratio est rerum expetendarum ac fugiendarum: sequenda igitur, omnesq; uitae actiones ad eam referendę. Sed hic tamen Vlpianus naturae ius à iure gentium distinguit, & definit στοργὰς bonas, hoc est, affectus siue instinctus homini cum reliquis animantibus communes: quales sunt, affectiones procreandae, educandae, & aduersus uim omnem defendendae sobolis. Vbiq; enim naturae instinctu, non constitutione, quaedam, ut Isidorus ait,[d] habentur, ueluti uiri & foeminae coniunctio, liberorum successio, & puerorum educatio: item amor erga patriā, parentes, liberos, cognatos, & bene de nobis meritos ciues: cōmiseratio eorum qui indignis malis affliguntur. Studiū societatis humanae, & eiusmodi alij quidam affectus. Porrò ius hoc 2 naturale, inter caetera iura principatum tenet, non solum origine & dignitate, quę efficit, ut immutabile semper permaneat: uerumetiā eo ipso, quod communionem rerum omnium faciat: nec dispensatio ulla contra ius naturale ualere possit.[e]

b distinct. 1. c. 1.

c Lib. 1. de Leg.

d in c. ius naturae distinct. 1.

e dist. 5. in ipso princ. & ibi gl.

SIT'NE IVS NATVRALE IMMVtabile. Cap. XVI.

1 *Philosophos ius naturae cum gentium iure confundere.*

2 *Hocq; ius naturae quando immutabile, & contrà mutabile dici possit.* Et num. 3

4 *Moralia praecepta legis ad ius naturae pertinere.*

Erudita



Rudita & in primis utilis quæstio, cuius ut uis utilitasq; cognosci possit, indicandum simpliciter, quid iurisconsulti, quid philosophi intelligant iuris naturalis appellatione. Illi enim, ut iam diximus, ius naturæ στοργὰς bonas, & affectiones procreandi, educandi, & eiusmodi uocant, quæ sunt hominibus
1 cum brutis cõmunes. Hi uerò non pecudum cupiditates, sed hominum actiones spectãtes, nullum discrimen inter ius naturale & gentiũ faciunt: sed utrumq; uocant notitias naturales, ueluti practica principia, atq; cõclusiones ex principijs illis apta cõsequentia contextas. Sic enim et Isidorus[a] ius naturale uocat, quòd omnium nationum sit: additq; exempla, ueluti uiri & fœminæ coniunctionem, communem omnium possessionem, acquisitionem eorum quæ cœlo, terra, mariq; capiuntur. Item depositæ rei, uel
2 commodatæ pecuniæ restitutionem, uiolentię per uim repulsionem. Hoc sanè ius naturale, si suo loco, tempore, & ordine conseruetur, referaturq; ad ethica, siue naturales notitias de moribus, de uita instituenda, de rebus expetendis aut fugiendis, semper est immutabile & perpetuum:[b] quoniam certa & practica principia, & hinc consequentes conclusiones retinet, cuiusmodi fortè erunt: Honestas cum propter se expectenda sit, fugienda omnis turpitudo: Iustitia domina & regina est uirtutum omnium, colenda igitur: Pacta honesta seruanda erunt, quando nihil tam congruit humanæ naturę, quàm stare conuentis.[c] Nihil tam naturale est & hominis proprium, quàm excelsitas animi, magnitudo, comitas, iustitia, liberalitas: Abijcienda igitur omnis mollities, uecordia, iniquitas, & illiberalis lucri cupiditas. Legi diuinæ & humanæ parendum est: Sed hæ uolunt incolumem esse ciuium cõiunctionem: Hanc ergo qui dirimunt, uinculis, exilio, morte coercendi erunt. Nulla quærenda utilitas, alterius incommodo & fraude: quoniam qui aliorum cõmoda ad se rapit, dirumpit & euertit eam humani generis societatem, quę maximè secundum naturam est. Est enim natura iniquum, ut aliorũ spolijs fortunas nostras augeamus.[e] Derelictio utilitatis communis contra naturam est, cõtraq; rectam rationem, quæ lex diuina humanaq; dicitur:[f] fortis igitur & uehemens pro repub. suscipienda dimicatio. Sunt enim omnia hæc practica principia, conclusiones, & iura naturalia ita necessaria, ut si in uniuersum mutentur, sequatur magna naturæ cùm deprauatio, tum etiã corruptio. Etenim si honestatẽ, si iustitiam, si honesta pacta, si uitæ coniunctionẽ, & ea quæ amplius in Decalogo pręcipiuntur, non seruemus, non amplectamur: sequi omnino necesse est totius humanæ naturæ atq; coniunctionis dissipationẽ atq; interitum. Sed
3 quoniam ita quædam naturalia iura sunt, ut eorum mutatio non corrumpat naturam uniuersam, & ut Cicero[g] præclarè disputat, pleraq; multa natura honesta uidentur, quæ tamen temporibus fiunt inhonesta: seruandi erunt gradus, habendęq; in consilio temporum, loci ac personarum circumstantię, ne iuris naturalis obseruatione nimis seuera iustitiam æquitatemq; euertamus. Diuus Augustinus[h] ob id maximè laudat sanctũ Aurelium Carthaginensem episcopum, quòd pro rerum personarumq; circumstantijs seueritatem iuris ex æquo & bono immutauerit. Quidam, inquit, cũ filios nõ haberet, nec speraret, res suas omnes (retento sibi usufructu) donauit ecclesiæ: nati sunt & filij nec opinanti, reddidit episcopus ea quæ donauerat: in potestate habebat episcopus non reddere, sed iure fori, non iure poli. Exempla eiusmodi aliquot quæstionum plena ingenij & eruditionis de sententia Hecatonis refert Cicero:[i] Promissa, inquit, non facienda nonnunquam. Neq; semper deposita reddenda sunt. Si gladium quis apud te

a Dist. 1. c. ius natur. fac. optimè l. ius autem agna. ff. de pact. & instit. de iure natur. §. sed naturalia. iur. l. eos. ff. de capit. diminutio.

b Distinct. 6. c. non est pec. uersic. his itaq. & uersic. naturale ergo ius. instit. titul. de iur. nat. gent. & ciui. §. sed natur. specu lat. titul. de exception. § & uers. sed quaro.

c 24. distin. 4. sicut igitur Michael,

d d. l. 1. w. de pactis.

e Nam hoc natura. ff. de condict. indeb. reg. iur. iure naturæ.

f l. cum ratio. ff. de bon. damnat.

g lib. offi. 3.

h in sermone de uita clericor. & extr. 14. quæst. 4. c. ult.

i lib. off. 3.

sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatum sit, non reddere officium. Quid si is qui apud te pecuniam deposuerat, bellum inferat patriæ, reddes'ne depositum? Nō credo: facies enim contra Rempublicam, quæ debet esse charissima. Ad eundem modum idem exemplis docet pacta & promissa, quę nec ui, nec dolo malo facta sunt, non semper seruanda esse: quoniam casus sæpe efficit, ut cum naturæ iure ac æquitate pugnent: etiam ijs ipsis, quibus illa facta sunt, non sint utilia. Sed & Isidorus scribit [a] in lege & Euangelio naturale ius contineri, non tamen quæcunque in lege & in Euangelio inueniuntur, naturali iure cohærere. Sunt enim, inquit, in lege quædam moralia præcepta: ut, Non occides. quædam mystica: utpote
sacrificorum præcepta, de agno, & his similia. Moralia mandata ad na- 4
turale ius pertinent: atque ideo nullam mutabilitatē recipiunt. Mystica uerò quantum ad superficiem à naturali iure probantur, aliena: quantum ad moralem intelligentiam, inueniuntur sibi annexa: ac per hoc, etsi secundum superficiem uideantur esse mutata, tamen secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire probātur. Satis liquet ex his quę diximus, quatenus ius naturale sit immutabile. extatque in hanc ferè rationem consilium Alexandri, uolum. 1. num. lxxv. cuius initium est, Visis & diligenter perspectis. num. 4.

a lib. Sentent. 1. & extat dist. 6. c. non est peccatum.

DE IVRE GENTIVM.

Cap. XVII.

1 *Quoniam, ut dictum est, philosophi sub iure gentium etiam naturale comprehendant, uolunt illud notitias quasdam generales esse, quibus ad honesti amorem deducamur.*



IVs gentium Vlpianus definit, [a] quo gentes humanæ utūtur: ut sicut naturæ ius omnibus animalibus, ita hoc solum hominibus inter se commune sit: ueluti religio & ueneratio erga Deum, patriam, parentes, iniuriæ atque illatæ uiolentiæ propulsatio, munitio, bella, manumissiones, sediū occupatio, ædificatio, captiuitates, seruitutes, postliminia, fœdera pacis, induciæ, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agri, termini positi, commercia, emptiones, uenditiones, locationes, cōductiones, obligationes, legatorum non uiolandorum religio: hæc enim omnia ex iure gentium sunt introducta. Nos illud ius gentium, diximus naturales notitias esse, quibus 1
instituti, intelligimus res honestas, & cum reipublicæ dignitate coniunctas, & expetendas esse. quod huius quoque iuris gentiū exēpla docent. Videmus enim iure gentium introductum esse, ut patriæ pareamus. cuius rei honesta ratio, & summa æquitas est. Nam quemadmodum Reipublicę bene gerendæ, ac sanctè conseruandæ nascimur: [b] ita qui eius ægras ac labentes partes deserit, aut laboranti patriæ, cum possit, nō opitulatur, indignus est qui in numero ciuium habeatur, aut ullo ciuitatis communitatisque beneficio ac iure utatur. [c] Adeò enim magnum studiū, & perpetuus quidem amor propugnandę ac conseruandæ patriæ iure gentium introductus est, ut qui eius salutem negligit, transfuga ac hostis planè habeatur: ut etiam filius familias transfuga, qui uel cōsilio malo, uel proditoris animo, patriam reliquit, non possit postliminio reuerti, neque uiuo patre: quia, ut Paulus refert, [d] pater sic illum amisit, quemadmodū patria. Disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum. Eiusdem iuris gentium est, ut societatem humanam mutuis officijs, commercijs, rerumque commutationib. tueamur, [e] neque ullū laborē cōmunis Reip. causa subterfugiamus: ut hinc nō obscurè appareat, quid sit homini natura tributū, quā uim optimarū rerum naturæ gentiumque iura cōtineant atque cōplectantur.

a in l. 1. §. ult. ff. de iust. et iur. habetur dist. 1. c. ius gentium. l. manumissores. l. ex hoc iure. ff. e. t. l. ueluti. ff. de iust. & iur. l. ut uim. ff. e. t.

b l. 1. §. & generaliter. ff. de uentr. in possess. emittend.

c Bald. in l. 2. C. de infan. exp.

d in l. postlim. uer. transfuga. ff. de captiuis et postlim. reuer.

e Bald. in l. militem C. de procurat. filiusfam.

DE

DE IVRE CIVILI. CAP. XVIII.

1 *Ius ciuile ex naturali & gentium originem trahere, utrunq; uerò ab illo reformari.*
2 *Idem in multis iuri canonico præferri.*



IVs ciuile est, definitore Vlpiano,ᵃ quod neq; in totum à iure naturali, uel gentium recedit, neq; per omnia ei seruit. Itaque cum aliquid addimus uel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est, ciuile efficimus. 1 Quasi dicamus, ius ciuile esse, quod ex utroq;, naturali & gentium iure originem sumit, sed tamen certa uerborum ac rerum solennitate utrumq; reformat. Sic enim liberorum educatio iuris naturalis est. sed quia liberorum magna distinctio est, ut sint naturales, legitimi, spurij, incestuosi: addit reformationem ius ciuile, cuius ui ac potestate incestuosi ac spurij non aluntur. Sic quoq; matrimoniũ iuris naturalis est: sed ius ciuile addit uerborum formas, & alia quędam solennia, ad uestiẽdam naturalis iuris simplicem & tanquam nudam naturam: fitq; hac ipsa reformatione, ut matrimonium esse dicatur iuris ciuilis. Exempla passim referuntur, quib. probatur, utriusq; naturalis & gentium iuris rudem simplicitatem accessione, & quodam ueluti artificio uer-
2 borum ac rerum exornari atq; amplificari per ius ciuile.ᵇ Cuius non ea uis solum est, ut quotiens diuersum à iure canonico statutum non sit, eo in foro canonico utamur:ᶜ sed etiam in successionibus & eiusmodi alijs, non spiritualibus, iuri canonico anteferatur. Constat autem hoc ius ciuile, ut Papinian. lib. 1. Definitionum scriptum reliquit,ᵈ ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, decretis principum, autoritate prudentum.

a in l. ius ciuile. ff. de iust. et iur.
b Speculat. in tit. de locat. §. 6. c. 1. & 2. de operis noui nũciat. gl. in c. per uenerabil. extra, qui sint filij legit. & c. licet ex suscepto. extr. de foro competent.
d l. ius autẽ ciuile. ff. de iust. et iur.

DE LEGIBVS, ET QVALES EAE ESSE debeant. Cap. XIX.

1 *Leges in quem finem sint latæ.*
2 *Quæ leges sint optimæ.*



1 LEx lata est, ut humana coerceatur audacia, & refreneturnocẽdi facultas.ᵃ Cuius definitionẽ ut antè explicauimus, ita eam optimam esse iudicauimus, quæ Euangelio Christi, quæ religioni, quæ ueterũ hominũ disciplinæ cõformis sit, consulatq; saluti cõmuni,ᵇ quæ honesta sit et iusta, etiã patriæ cõsuetudini, rebus, loco, tempori conueniens: neq; quicq; cõtineat, quod cum naturali æquitate magnopere pugnet: nõ ullo priuato cõmodo, sed pro cõmuni ciuium utilitate conscripta.ᶜ Hæc enim omnia Isidorusᵈ in legibus obseruanda putat: propterea quòd cum leges editæ sint, non sit liberum nobis, de illis iudicare, sed oporteat secundum illas iudicium facere.ᵉ Quam sententiam et Augustinus approbat. In istis, inquit, temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicẽt, cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundũ ipsas. Semper autem et ubiq; ciuilis lex conscientiæ integritatem, rectamq; conscientiam respicere debet.ᶠ Et recepta illa communis iurisprudentium sententia ac regula: nempe legem eam, quæ in foro, ut illi aiũt, fori iniusta est, utiq; in poli foro iniustam esse: hoc est, conscientia recta seruari non posse.ᵍ

a dist. 4. c. 1. et c. factæ sunt.
b Vide pulchrè Panormitanum in c. eccl. S. Mariæ. num. 11. de constitutio. et in procemio Decretal. num. 4. & 6. facit c. ult. de præscriptio. c. licet. de iureiur. libro 6.
c distinct. 1. c. consuet. uersic. Porrò distinct. 9. c. sana. & distinct. 10. c. non licet. dist. 4. c. erit autem lex. et 15. quæst. 1. c. inter cætera. 25. q. omne quod irreprehensibile.
d Isidorus libro 5. etymologiarum. extat distinct. 4. c. erit autem lex.
e lib. 2. de uera relig. extat dist. 4. c. in istis temporalibus.
f l. sancimus. C. de episcop. & cleric. & pulchra eius præceptio extat in §. si uerò liberi. ad finẽ. in Auth. ut cum de appellat. cognosc. & in c. omnes. distinct. 47.
g Bald. in c. quæ in eccles. ibi per gloss. de constit. & in c. in omni negoc. de testib. & l. unic. C. de confess. & Auth. ingressi. C. de sacros. eccles.

DE PLEBISCITIS. CAP. XX.

a l.2. §. ijsdem temporib. ff. de origin. iuris.



Lebiscita sunt, quæ plebs tantum constituit: ita uocata, quòd ea plebs sciat, uel quòd sciscitatur & rogat ut fiat.[a] Hæc enim initio plebs rogatione tribunitia legis condendę causa statuebat, quæ etsi à plebe scita essent, legis tamen uim habebant: propterea quòd Quintus Hortensius, quum plebs orta contentione, in Ianiculum secessisset, legem in Esculeto tulit, ut quæ plebs iussisset, ijs omnes Quirites tenerentur. Sicut autem leges consule, uel prætore, aut alio magistratu consulente rogabantur: ita plebiscita rogante tribuno de ijs quę ad plebis salutē utilitatēq; pertinere uidebātur, cōstituta sunt.

DE SENATVSCONSVLTIS.

Cap. XXI.

1 *Senatusconsulta olim quatenus potestatem suam extenderint.*

2 *Eadem quæ, & qualia fuerint.*

a l. non ambigitur. ff. de legib. Bart. in l.1. §. de qua re. ff. de postul Fabri et Angel. Aretin. in §. senatusc. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.



Enatusconsulta sunt, quę senatu iubente, decernebantur sine lege.[a] Hæc ita legis uim obtinebant, si ea tribuni probassent, 1
& rata esse uellent: alioquin poterant per intercessiones tribunicias impediri. Et sanè nihil aliud erant, crescente impe- 2
rio Romano, senatusconsulta, quàm ea patrum siue decreta, siue consulta, quæ iuris statuendi causa, amplissimi ordinis iudicio atq; autoritate, in communem omnium utilitatem statuebantur.

DE PRAETORVM EDICTIS.

Cap. XXII.

1 *Edicta prætorum quare iuris honorarij uocabulo sint decorata.*

2 *Hæc quare, & quando in scriptis proponi inceperint.*

3 *His consimilia esse ædilitia edicta.*

a l. 1. ff. de eo quod ui metus ue caus. l. si famil. ff. de iurisdict. om. iud. §. præt. Instit. de iure natur. gent. & ci.
b l. ius autē §. ius prætor. ff. de iust. & iur.
c d. l. ius autē. et ibi doct. Ang. in §. præt. instit. de iure natural. gent. & ciuil.
d to. titul. ff. de ædilit. edicto.



Rætorum edicta, quę olim iuris statuendi causa in albo proponebantur, legis uim quoq; habent: quibus prætor promittere solet, si quid doli metus'ue causa aut ui, aut clam factum
sit, se ratum non habiturum.[a] Sunt autem eiusmodi prætorum edicta pòst appellata. Ius honorariū,[b] propterea quod 1
ea ciuilis iuris adiuuandi, declarandi, siue interpretandi, supplendi'ue causa à prætore proponebantur. exempla sunt in petitione hæreditatis, successione emancipari, & actione furti manifesti.[c] Sed cum prætores nimia au- 2
toritatis suæ insolentia, etiā gratia ac sordibus corrumpi, uariè ius dicere cœpissent, cautum est lata lege Cornelia, ne aliter ius dicere, quàm scripto iure possent. Ad quorum exemplum utinam hodie nostri prætores conformarentur, qui omnia diuina ac humana iura, immoderata sua habendi libidine corrumpunt. Ad horum functiones proximè accedunt curulium 3
ædilium edicta, quorum usus maximus est in uenditionibus ac permutationibus uitiosorum animalium.[d]

DE RESPONSIS PRVDENTVM.

Cap. XXIII.

1 *Iurisprudentum olim autoritatem dißimilem esse (hoc est, longè maiorem) illi, quam hac ætate habeant iurisperiti.*

a instit. de iure nat. §. resp. l. 2. ff. de orig. iur.



Rudentum respōsa, quę passim in scriptis nostris legibus extant, legis uim ideo quoq; habēt, quòd interpretandi iuris, ac sententiæ in causis cōtrouersis ferendæ potestas olim facta sit iurisprudentibus:[a] cuiusmodi fuerunt, Papinianus, Seruius, Sulpitius, Paulus, Scęuola, Vlpianus, Trebatius, et plerię; alij iam antè à nobis dicti: quorum tanta fuit in Romana republ. autoritas, ut

eorum

eorum placita, étiam nulla ratione reddita, pro legibus haberentur: & hodie in causarum cognitione, & ubicunq; uel fori ac iudicij seueritas, uel iurisprudentium siue responsio, siue opinio, ut sententia contra prudentum responsa lata, non aliter, quàm si contra Principum constitutiones, aut xij. tabularum legem lata sit, ipso iure nulla sit, etiamsi ab ea appellatum non fuerit.[b] Non tamen eadem est nostrorum iurisprudentium autoritas.

DE CONSTITVTIONIBVS PRINcipum. XXIIII.

1 *Præsumi, principem omnia pro reipub. utilitate constituere.*

2 *Principis rescriptum, si cum lege naturæ pugnet, aut religioni contrarium existat, ratum esse non debere.*



Lpianus[a] scribit, legis uim habere, quod principi placuit: ac proinde quodcunq; imperator uel per epistolam, & subscriptionem statuit, uel cognoscens decreuit, uel de plano interlocutus est, uel edicto præcepit id legem esse. Ratio huius
1 sententię adferri ea poterit, quòd princeps in suis constitutionibus pręsumatur communi uirtutis, perpetuæq; iusticię, æqui item & boni uoluntate commoueri: neque constituere quicquam uelle, quod uel reipub. dignitatem uiolet, uel adimat ius suum alteri.[b] Etiamsi iustius & melius faciet princeps, ut in constituendis legibus, prudentium uirorum, & eorum autoritate utatur, qui rempub. cõsilio regere, modestia temperare, integritate tueri, ingenijq; magnitudine conseruare didicerunt:[c] propositā maximè causæ cognitione.[d] Nam sicut sententia iudicis contra legem dicta ipso iure nulla est:[e] ita nulla est eius sententiæ uirtus, quam iudex contra principis sententiam tulit, propterea quod principis siue constitutio, siue sententia pro lege habetur:[f] eiusq; epistola data sine etiam interlocutoria,[i] quæ quidem in iuris corpus relata sit, legis uim in casibus omnibus retineat,[g] adeò ut & contractus principis pro lege habeatur.[h] Receptũ enim hodie est, ut imperator in rebus maximè ciuilibus ac profanis constitutiones facere possit generales orbi uniuerso.[i] quod idem permittitur senatoribus, consulibus, præfectis, prætorib. ea uidelicet potestate ac ui, quam ipsi ex lege, uel principis concessione nacti sunt:[k] cum alijs, sicut legato in prouincia sua[l] ordinario, item in eos quos potestati suę subiectos habet,[m] capitulis ac collegijs in minimis quibusdam causis permittatur tantum statue-
2 re.[n] Cum hac tamen moderatione, quę passim & ubique spectanda erit, ne quid sibi imperator sumere, aut constituere possit, quod cum diuino ac naturæ iure, iustitiaq; ac morib. bonis pugnet:[o] quoniã nec imperatoris nec episcopi constitutio, quę uel criminis illiberalitatem, uel disciplinæ ueteris ac morum deprauationem inducit, constringere iudicia, conscientiasq; nostras debet.[p] Non sunt obscuræ præceptiones de natura ac potestate constitutionum: & quid intersit inter constitutiones, decretales, decretum, canonẽ, & sanctiones, multis declarat Hostiẽsis in procemio Summę. §. quo nomine nuncupetur. uersic. est enim differentia. & notatur in l. constitutiones. C. de iur. & facti ignor.

DE STATVTIS. CAP. XXV.

1 *Statutorum autoritatem maximam esse.*

2 *Modò illa cum honesti ratione non pugnent.*

b l. 1. ff. quæ sent. sine appell. rescind. Ang. et doct. in §. respon sa. instit. de iure natur. gent. & ciuil.

a in l. 1. ff. de cõstitutionib.

b Bald. & Ias. in l. 1. ff. de constitut. & probatur amplius in l. autor. & l. mecminer. ibi quoq; gl. C. unde ui.

c l human. C. de legib. l. 1. ff. de tit. Bart. in l. omnes pop. ff. de iust. & iure. Iason in l. 4. ff. de constitut.

d l. 1. in uerb. cognoscẽs. ff. de constitut. l. ult. C. de t.

e l. 2. C. quando prouoc. non est necesse. l. 1. §. ult. ff. quorũ appell. nõ recipiuntur. Ias. in l. 1. ff. de legib.

f Iason in. l. 1. ff. de constit. nocol. et Modern. ampliss. in l. apud Iulian. §. uorum. ff. ad sena tus. Trebell.

g Angel. in l. item ueniunt. §. cæterũ. ff. de petit. hæred. Modern. in l. 1. ibi quoq; gloss. ff. de ferijs. Paulus de castro in l. 1. ff. de constitut. & ibi Ias. l. 3. C. eo. t. l. met. §. sed quod præt. ff. quod met. caus. *h Bar. & Bald. in l. don. C. de don. inter uir. & uxor. Bar. in l. Cæs. ff. de pub. & l. ciuit. ibi quoq; Ias. ff. si cert. pet.* *i l. ult. C. de legib.* *k Ioan. Fabr. in §. sed quod principi placuit. Instit. de iure nat. gent. & ciu. l. 2. §. dein. & §. nouiss. cum sequent. ff. de orig. iur.* *l c. ult. de off. deleg. iud.* *m l. 1. §. pro hoc. ff. quod quisq; iuris. Ioan. Fabr. in loco iam dicto.* *n Ioan. Fab. eod. in loco.* *o Idem Ioan. Fab. eo. in loc. alleg. Hostiens. ext. de cons. §. ex quib. et §. quia pœn. uers. quid de cond. leg.* *p c. ult. de off. archipres. c. nõ sol. ubi doct. de appel. li. 6. Bal. in l. eam quã. C. de fideicõ.*

3 *Eadem strictè interpretenda esse.*
4 *Modò nimia seueritas in interpretatione excludatur.*
5 *Nisi ab ipso statuente hæc obseruari iubeatur.*
6 *Atq; tunc nullam distinctionem admitti, si statutum generaliter loquatur.*
7 *Ea statuta, quæ ad præteritum quoq; tempus referri iubentur, finita legitimo modo negotia, nihilo magis impedire.*
8 *Neque etiam pendentes in iudicio causas, nisi certo casu.*
9 *Statuta tamen, quoad eius fieri poßit, à iuris communis dispositione in totum deflectere non debere.*
10 *Quando & qua ratione statuta municipiorũ extendi poßint, cõtra aliorum opinionem.*
11 *Ita ut & priora per posteriorẽ editionem cõuellantur, nisi id à statuentib. præcaueatur.*



Vm omnes populi, referente Gaio iureconsulto, [a] qui legib.
& moribus reguntur, partim suo proprio, hoc est statuto, siue
lege municipali, partim communi omnium hominum iure u- 1
tantur: non autem mediocris sit uis atq; autoritas statutorum,
modò ea honesta, iusta atque eiusmodi sint, quæ seruari con-
scientia bona possint, neq; lędant personas ecclesiasticas: [b] propterea quòd
ad ueri & integri iudicis religionem pertinet, quotiens ius commune certi
quiddam definit, à quo tamen ipsum statutũ dissentiat, planeq; diuersam
sententiam edicat, eo casu non iuris communis definitionem ac regulam,
sed ciuitatis statutum sequi, atq; ad illius decisionem sententiã iudiciumq;
suum conformare: idq; hac potissimum ratione, quòd ea statuta omnia stri
cti sint iuris, & potestatis siue magistratus autoritate atq; iurisiurandi reli-
gione comprobata: [c] non sum grauatus, quosdam tanquam communes lo-
cos in hanc rationem breui oratione explicare.

Statuta igitur ut uim autoritatemq; suam retinere possint, esse debent 2
sancta, honesta, & bonis moribus consentientia, [d] etiam usu, obseruatione
ac moribus utentium comprobata: [e] quoniam ea est potestas statutorum,
quæ quidem legitima & iusta sunt, ut etiam seruari, ac in foro conscientiæ,
non aliter atq; leges bonæ retineri debeant. [f] Ac proinde, si in uno eodẽq;
uolumine statuta reperiantur diuersa, ac secum pugnantia, referenda ea ad 3
communem reipub. usum erunt, quæ & honestiora, & iustiora, etiam cum
[g] æquitate magis coniuncta uidebuntur: [g] neq; etiam abijcienda, quantũuis
dura censeantur. [h] Nam cum potestas siue magistratus statuta semel com-
probauerit, etiam ut seruentur, iurisiurãdi religione se astrinxerit, non opor
tet ab eorum nos uel obseruatione inclinare, uel pro nostro arbitrio ac uo-
luntate eorum interpretationem, si fortè obscuriora uideantur, facere: sed
eam sequi significationem, quam uerborum tenor adfert: [i] quoniam uerba
sunt certę quædam notæ, tanquam tesseræ intentionis & uoluntatis no- 4
stræ. [k] Qua tamen in re hæc seruanda erit moderatio, ut quoniam in om-
nibus ferè causis ac rebus benigniorem humanioremq; sequamur senten-
tiam, statuta etiam ipsa nõ stricto omnino iure, & quadam tanquam Iudai
ca seueritate, sed sententia humana interpretemur & accipiamus. [l] propte-
rea quòd

a in l. omnes pop. ff. de iustitia & iure. et eo in loco copiosiss. doctor. b Aliter enim non ualent, c. uenient. ibi Bald. col. 2. de iureiur. c. nouer. de sent. excõmunicatio. Auth. cassa & irrit. C. de sacr. eccles. Ias. & alij in l. om. pop. ff de iust. et iur. c. hæc autẽ lex. dist. 4. c Bald. in c. 1. §. iniur. col. 4. de pact. iuram. firm. et in Auth. sed nouo iure. col. 2. C. de seru. fugiti. & in l. ceß. col. ulti. C. quom. & quando iudex. & in l. ordo. prope finẽ. C. de executio. rei iud. & in Auth. hodie. C. de iud. & l. 2. C. de arbitr. ualde pulch. in c. quoniam frequẽt. §. quod si sup. ext. ut lite non contestat. d d. c. uenient. & locis paulo antè notatis. e gloss. ordin. in c. 1. in gloss. 2. ad finẽ. & ibi doct. de treug. & par. Ias. in l. rem non nouam. num 5. C. de iudic. f gl. in c. in eccl. quæ in gl. 1. de const. quã Bal. ibi scribit singularẽ. & Petru. de Ancha. in repet. reg. possess de reg. iur. Ias. in rubr. ff. de acquir. hæred. & l. nemo pot. e. l. num. 166. g Bald. singul. in c. cum olim. de consuet. Ias. in l. Titiæ textores. num. 33. de leg. 1. de sententia eiusdem Baldi in l. hac consultiss. col. 1. ad fin. C. qui testam. facere poss. Alexand. consil. 58. uolum. 4. cuius initium est: In præsente causa. Ias. quoq; in l. Gallus. §. quidam. ff. de lib. & posthum. h Ias. ad fin. in l. accep. C. de usur. i Bald. in §. pœna grauior. l. quid ergo. col. 5. ibi, in repetit. de infant. & l. 1. ad finẽ: C. de arbitr. & l. cessante. col. ult. C. quomodo & quando iudex. item in c. signific. col. 2. de appel. & c. quon. frequ. extr. ut lite nõ cont. & in Auth. hodie. C. de iudic. k l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supel. legat. l. de quib. ad fin. ff. de legi. l. nepos Proculo. ff. de uerb signif. l Bald. in l. quicunq;. col. 6. C. de seru. fugit. Ias. in l. non dub. num. 28. C. de legib.

rea quòd ab omni ciuilis iuris interpretatione abeſſe debet nimia illa ſeue-
5 ritas, & quædam, ut iuriſconſultus ait, tanquam calumnia.[a] Niſi fortè ſta-
tuentis edicto cautum ſit, ut ſtatuta in eam ſignificationem, in quam cõſcri
pta ſunt, ſine ulla alia uel extẽſione, uel interpretatione planè ſint accipien-
6 da: quo ſanè modo ipſe ſtatutorum tenor & uerba, ita ut ſonant, accipien-
da & ſequenda erunt.[b] ualereq; hæc regula & uulgaris pręceptio debet, ut
quocunq; in caſu lex uel ſtatutum nullam diſtinctionem facit, ſed genera-
tim & ſimpliciter, nulla cauſa excepta, loquitur atq; definit, ibi quoque nec
nos diſtinctione uti, ſed ſolum ſequi, & ad iudiciũ referre debemus, quod
7 ipſum ſtatutum præcipit.[c] Hoc tamen obſeruandum eſſe, non ſine magno
animi iudicio ſcribit Bartol.[d] & alij, ſi nouum ſtatutum edatur hac lege ac
conditione, ut ualere, & referri debeat ad omnia negotia nedum futura, ue
rumetiam præſentia & præterita, quòd eiuſmodi tamen ſtatutũ ad eas cau
ſas ac negotia, quæ uel tranſactione, uel ſententia, uel iuriſiurãdi religione
interpoſita, finita ac decíſa ſunt, trahi atque referri nulla æquitatis ratione
poſſit: propterea quòd pręſumptio ipſa adferat, cum ſtatuentes nullã men
tionem eorum ad quæ ferri nouum hoc ſtatutum uoluerint, expreſſe fe-
cerint, noluiſſe quoq; illos eiuſmodi definitis cauſis derogare: & recepta
eſt regula atq; iuriſprudentium doctrina illa,[e] pro ſtatuto hoc ipſum habe-
ri, quod ſtatuentes uerisimiliter diſpoſuiſſent, ſi eius uel cõmoniti, uel ro-
8 gati fuiſſent. Ad hunc etiam modum Iaſon obſeruandum diligenter eſſe
præcipit,[f] quod ſtatutum, nulla reformatio, etiamſi imperatoris legem con
tineat, trahi poſſit ac referri ad eas cauſas, quę in iudicio ac cauſæ cognitio-
ne pendent,[g] niſi fortè eius diſputatio ad aliquem iudicij ac proceſſus ordi-
nem ac rationem pertineat: quo caſu referri ad pendentes cauſas poteſt, e-
9 tiamſi nullam eius mentionem faciat.[h] Quotiens tamen ſtatutũ aliquod,
quod ius commune uel immutat, uel corrigit, proponitur, ſemper faciẽda
erit ea eiuſmodi ſtatuti interpretatio, quæ quàm minimè à iuris diſpoſitio-
ne deflectat, & careat ſententiæ deprauatione.[i] ac proinde etiam eatenus
uera eſt regula, ſtatuta ita accipienda et intelligenda eſſe, ut aliquid iuri cõ-
muni addant, quatenus ea ius commune non grauiſſimè lædant, aut eam
inferant ſententiæ iudicijq; deprauationem, quæ à legibus & moribus bo-
nis ſit diſſentiens.[k] Nam cum ſtatutum plerumq; ſemper interpretationem
accipiat à iure communi,[l] non debet illius dignitatem illiberali aliqua opi
nione deprauare: nec cùm interpretationem nullam requirat, ſed in caſu
certo ac definito conceptum ſit, temerè trahi aliquam iuris fictionẽ, quæ
ideo in ſtatutis non admittitur, quòd ea ſint ſtricti iuris, & propriam uer-
10 borum ac rerum ſignificationem complectantur.[m] Non tamen eorum rè-
cipienda eſt opinio, qui aſſerunt, ſtatuta ideo, quòd ſtricti iuris ſunt, nunq;
extendi debere. nam ſicut ſtatuta nunquam ad caſum aliquem ſimilem ex
fictione, uel legis correctione extenduntur:[n] ita ſtatuta municipalia & con
ſuetudo poſſunt ex identitate rationis ad alios caſus, qui quidem lege con
traria

a in l. pen. ff. ad exhib.
b Bart. & Iaſ. ualde notanter in l. nõ dub. ff. de leg. Iacob. Butr. & Alber. exemplum in hãc ſententiam adſer. in l. quãuis. ff. de in ius uocand.
c l. de precio. ff. de pub. & ibi Bart. gl. in l. libertis ff. de offic. aſſeſſ. glo. in l. 3. ff. de off. præſid. Bar. et alij in d. l. quamuis. ff. de in ius uocand. Bald. pulch. in l. in frau. §. ult. per illum text. cum gl. ff. de teſtam. milit. et in l. 3. §. ult. ff. ne quis eum qui in ius uoc. ui exim.
d in l. cauſ. C. de tranſact. et l. ult. C. ſenten. reſcind. non poſſ. idem probat Iacob. de belui. in Auth. ut eum de appel. cognoſc. in prin. & amipl. in l. om. pop. ff. de iuſt. et iur. Iaſ. in d. l. cauſ. num. 3.
e gloſſ. in l. tale pact. §. ult. ff. de pact. pro qua facit text. in l. ult. de ſententia Bart. Bald. & Angeli ibi. C. de poſthum. har. inſtituend. facit l.

Barbatius in uerſic. ſed & ſi ſciuiſſet, & ibi Bald. ff. de offic. prætor. Iaſon in l. ſiue apud acta, num. 7. C. de tranſactio. f in l. non dubium. num. 15. C. de legibus. g Bartol. pulchrè in l. ſancimus. la. 1. ad finem. C. de ſacroſanct. eccleſ. & l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. h text. ita probat in l. 2. §. ultimo. ibi Bartol. C. de iuramento calum. Bald. & Paul. in d. l. ſancimus. & idem memoria tenendum eſſe ſcribit Iaſon in d. l. non dubium. num. 15. C. de legibus. i Iaſon in l. ſi mater tua. C. de ſucceſſorio edicto. num. 4. per l. 2. C. de noxal. actio. & in l. properandum. §. ſi autem alterutra. num. 7. C. de iudic. facit c. cum dilectus. de conſuetud. & l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſatio. k Iaſon in d. l. properandum. §. ſi autem alterutra. num. 6. & 7. C. de iudic. hoc argumentum tractat. l d. l. 2. cũ gloſſ. C. de noxa. actione. gloſ. in l. ult. §. in cõputatione. C. de iure deli. c. cum dilectus. de conſuet. Bar. in repetit. legis, omnes populi. quæſt. 3. ff. de iuſtit. & iure. m Pulchrè Iaſon in l. ſi ab hoſtibus. num. 3. ff. ſolut. matrim. per l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. geſt. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. de legat. 1. num. 10. n d. l. 3. §. hæc uerba. ff. de negoc. geſt. & Bart. in l. om. pop. ff. de inſtit. & iur. Panor. pulchrè in c. translat. ad finem, de conſtit.

traria non definiantur, extendi.[a] Ad hunc etiam modum statuta iuris sunt stricti, & seruari debent, ut diximus, si tamen statuentes, uel eorum successores prudentes ac scientes contra eiusmodi statuta quid inferant, etiamsi hoc actu unico tantum contrario, sed communiter tamē gesto, fiat, certum est ipsa illa priora statuta conuelli ac rescindi: [b] etiam primum statutum adimi editione statuti secundi, siue posterioris, nisi statutum primum contineat clausulam derogatoriam secundo, ad remouendam illius promulgationem.[c] Qui autem statuta condere possint, & quatenus, quoniam ea res longæ disputationis est, & passim, præcipuè uerò ab interpretibus iuris in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure, tradita est, nobis etiā in uniuerso hoc opere studio sit, ne iuuentutis studia, quibus hanc operam dicamus, uel rei quæ traditur, difficultate debilitemus, uel deterreamus studiorum magnitudine, uoluimus hæc tantum breui oratione percurrere.

a Bart. in l. nō dub. C. de legib. per l. de quib. ff. de leg. Panor. in d. c. trāsl. scribēs in hanc sententiam accipiendū esse c. in nostra. ext. de iureiur.
b Panor. in c. cū access. nume. 3. de cōstit. ibi. secutus Host. & Ioan. Andr. in c. ad audiēt. de cle. non resident.
c Bart. post Cynum in d. l. omnes pop. ff. de iustit. & iure. Panor. in d. c. cum accessissent.

AN CONTRA IVS NATVRAE AC DIVINVM fieri possit statutum? Cap. XXVI.

1 *In ijs quæ iure diuino definita sint, statuta condi non posse, idq; duplici ex ratione.*
2 *Aliter fieri in ijs quæ nullo speciali iure diuino sint definita.*
3 *Item contra ius naturæ statutum nullum edi posse.*
4 *Nisi illud necessitas & ratio postulare uideatur.*



Lerique in disputationē uertunt, an in ijs quæ iure diuino sunt 1
definita, fieri possit statutum? & puto non posse: primùm quòd ea quæ diuino iure definita sunt, nulla humana lege aut conuelli, aut mutari, aut superflua additione implicari debēt: deinde quòd inferior, siue pōtifex is, siue imperator, siue quicunque alius sit, non possit superioris, ueluti Christi leges conuellere: præcipuè eas quæ & ipsius mysteria, & Christianæ uitæ institutiones complectuntur: cum alioquin in ijs quę nullo speciali iure diuino sunt constituta, aut simpliciter saltem præcepta, fieri possit statutum, quod tamen à Christi 2
lege non magnopere abhorrens sit, & probabili aliqua ratione communitum: [a] cuiusmodi est, defensio expediendæ salutis nostræ, [b] animaduersio item in homicidas, fures, latrones, & eiusmodi facinorosos homines: cum tamen Christus suo præcepto iubeat ne occidamus, omnemque uindictam sibi uni reseruet, res non est obscura. Hoc certè minorem dubitationem ha- 3
bet, statutum contra ius naturæ non posse fieri: nec ualere, etiam si iuramento confirmetur: ueluti, ne à parentibus liberi alantur: ne'ue inter eos qui se à corporis libidine continere non poterunt, matrimonium constituatur: quando naturalia iura sunt immutabilia,[c] ut libro 3. cap. 16. diximus: neque quod iure naturę constitutum est, id conuelli debet inferioris cuiusdam potestate,[d] nisi hoc necessaria magis, planeque probabilis ratio postulet, uelu- 4
ti ut expediendæ salutis nostræ causa eum occidamus, cuius insidias nulla alia moderatione tutelæ euitare queamus; [e] cum tamen naturæ iure nefas sit, hominem homini insidiari.[f]

a Hanc ferè disputationē multis explicat Raynerius de Forliuio, quem Albericus in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure, recenset, qui hoc in loco breuitatis causa erit uidendus.
b l. unitas. C. quando unicuique de uindicat. l. ut uim. ff. de iustit. & iure. l. qui cū aliter. ff. ad l. Aquil. l. 1. ff. ad l. Cornel. de sic.
c institut. de iure natural. §. penult.

DE CONSVETVDINE. Cap. XXVII.

1 *Consuetudo quid sit, & quando illi locus sit, & quæ ualeat.* Et num. 4.
2 *Qua ratione illa inducatur.*
3 *Eandem iuri ecclesiastico nil derogare, nisi 40. annorum præscriptione communiatur.*

Consue

d l. nam magistratus. ff. de arbitr. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad senatusc. Trebellia. e d. l. unic. C. quando unicuique se uindic. f l. ut uim. ff. de iustit. & uide in hanc rem Alberic. in loco prædicto.



1 Onsuetudo ius quoddam est moribus institutũ, quod pro lege
suscipitur, quotiens lex deficit. De quibus enim causis, inquit
Iulianus, [a] scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet,
quod moribus & consuetudine inductum est. Et si qua in re
hoc defecerit, tunc quod proximum & consequens ei est. Si
nec id quidem appareat, tunc ius quo urbs Romana utitur, seruari oportet.
Inueterata enim consuetudo pro lege non immeritò custoditur: & hoc est
ius, quod dicitur moribus constitutum. Hæc consuetudo si à principibus
& potestatibus terrarum inducta sit, ius prætorium censetur: aliter atq; si à
populo sit inducta. nam tunc rectius censetur ius quoddam ciuile esse: [b] idq;
ideo maximè, quòd prætorij iuris annalia, ciuilis autem iuris perpetua sunt
2 remedia. [c] Inducitur autem non uno aliquo actu quamtumuis notorio cun-
ctis, referente Bartholo, [d] sed uel per duos actus inter decennium celebra-
tos: [e] uel duas uicissitudines, aut etiam plures, ut scribunt Bar. in. l. i. C. quæ
sit long. consuet. Panor. in. c. ult. de consuet. optimè autem consentiente po-
pulo, uel maxima eius parte: & quæ non solum annorum decem præscri-
ptione, sed sententijs duabus in contradictorio iudicio latis confirmetur. [f]
3 neq; tamen deroget iuri ecclesiastico: propterea quòd contra illud consue-
tudo, nisi 50. annorum præscriptione communita, ualere non potest. [g]
4 Ergo, ut consuetudo legum uim obtineat, esse ea debet legitima, à bonis
moribus non dissentiens, etiam rationi & ęquitati conformis. Nam sicut re-
ctè & uerè dictum est à Baldo, [h] rationem in consuetudine & statutis obser
uandam maximè esse: propterea quòd ratio legis anima sit, ad eamq; se nõ
aliter quàm corpus ad animam conformet: ita consuetudo ea nec inducen
da, nec retinenda erit, quæ uel cum bonis moribus, etiã conscientiæ nostræ
libertate pugnet, & retineri sine peccato non posit, [i] uel expresse à statuto
& lege reprobetur, ut refert Paulus de Castro in l. cum consuetudo. ff. de le-
gib. Ac proinde receptum est eam consuetudinem, quæ ius publicũ offen-
dit, nisi fortè pontificis consensus interueniat, [k] aut quæ planè cum iure ca-
nonico ecclesiasticaq; libertate pugnet, nec omnem hominum memoriam
excedit [l]: aut quæ turpitudinem aliquam inferat: [m] qualis est, ne iuramen-
tum calumniæ præstetur: [n] ne'ue appellationũ causæ aliò, quàm uel ad mi-
norem, uel parem iudicem deuolui possint: [o] aut quæ alioqui sit iniqua, er-
ronea & intolerabilis: [p] eam nec utilitate, nec autoritate ualere, nec pręscri-
ptione induci posse. Cum enim consuetudo, quę quidem legitima etiam po
puli usu, eiusq; frequentia, & temporis diuturnitate confirmata sit, uim ha-
beat legis, constitutionis, decreti, priuilegij principis, pacti item & manda-
ti, planeq; cum statuto conferatur: [q] non oportet eam esse erroneam & ini-
quam. alioqui non tam consuetudo & usus, quàm abusus rectè dici & ha-
beri posit. Quam autem probationis uim, & quo etiam in loco ea adferat,
cùm in cæteris rebus, tum etiam feudorum successionibus, c. i. §. hoc quoq;
sciend. tit. de ijs qui feud. dare poss. c. i. an marit. succed. ux. c. fil. si de feud.
de fun. controuers. sit. c. Obertus. de feud. cognit. quæ eius autoritas sit. &
quomodo per non usum tolli posit: quoniã omnia hæc maioris cuiusdam
sunt operis, & tamen passim, & à multis tradita sunt, noluimus de indu
stria ea hic recensere.

Distinct. i. c. 5 suetud. Abb. in rubric. de consuet.
a in l. de quib. ff. de legib. & senatusc.
b Bald. & Iason in l. de quib. ff. de legibus. et idem Bald. in l. ex placito. C. de rerum permut.
c Institutio. de perpet. et temp. actio. Bartol. in l. 1. ff. de bonor. poss.
d d. l. de quib. & idem sentit Abbas, in c. ult. de consuet.
e gl. ordinaria. instiut. de iure nat. §. ex non. scripto.
f gl. & doct. in c. cum causa. de re iud. Bar. in d. l. de quibus. ibi quoq; Bald. & Ias. & in rubric. quæ sit lõg. cõsuet. l. cum de cõsuet. ff. de leg.
g Innocent. in c. cum dilect. de consuet. Bald. in Aut. quas actiones. C. de sacrosanct. eccl. Abb. in c. ult. de consuet.
h in contra. ff. de legib. & refert Ias. in l. de quib. ff. e. t.
i c. ult. ibi doctor. de præscriptio. & per notata in cap. 2. de pact. lib. 6. c. ex parte. de consu.
k Ioan. Andr. in c. ult. de censibus in 6.

l Card. in c. 1. de electio. & Alex. post Bart. in l. de quibus. ff. de legib. Ioan. Andr. in c. 1. de consuet. m in Auth. ut nulli iud. §. nulli. & de usur. §. ult. n c. cæterum. de iura. calum. gl. in c. 1. e. t. lib. 6. o gloss. et doct. in c. non putamus. de consuetud. in 6. p Bart. & Ias. in d. l. de quibus Panor. in c. ult. de consuet. q l. 1. §. deniq. ibi Bart. ff. de aq. plu. arcend. Bal. c. 1. qui feud. dare poss. et in l. liberti. C. de oper. liber. & l. 1. de seru. fugit. l. magistratus. ad municip. l. semper. de iur. immunitat. & l. omnes populi. ff. de iustit. & iur.

AN CONSVETVDO CONTRA LEGEM seruanda. Cap XXVIII.

1 *Consuetudinis esse, dubias leges interpretari, bonas temerè non corrigere.*
2 *Consuetudines quæ optimo iure non ualeant.*
3 *Quæ contra legem ualere poßint.*


Istinctio diuini, naturalis, & humani iuris, siue legis, etiam
temporis ac rerũ ordo quo cuncta fiunt illustriora, hanc quæ-
stionem, an uidelicet consuetudo contra legem seruanda sit, 1
facilè soluit. Nam sicut propria uirtus est consuetudinis, quæ
quidem rationabilis est, leges bonas non ullo nouitatis studio
ac rerum insolentia corrigere, sed quæ dubitationem aliquam habent, eas
interpretari, & semel receptas comprobare ipso usu:[a] aut se effingere &
componere ad quandam legis imitationem: hoc est, efficere ac præstare, ut
consuetudo ipsa in casu aliquo omisso tantum ualeat, quantum lex in casu
permisso præstat:[b] ita consuetudo ea nullam autoritatẽ habet, primò quæ
est contra legem eiusmodi consuetudinem expresse prohibentẽ: quoniam
noua constitutione imperatoris Friderici,[c] eiusmodi consuetudo abolita
est. Secundò, ea quæ quidem nulla expressa lege aut prohibita, aut subla- 2
ta est, sed tamen contra legem diuinã est inducta: propterea quòd non ho-
minis consuetudinem, sed Dei, qui solus audiendus est, ueritatẽ nos sequi
oporteat, ut pulchrè asserunt Cyprianus & Augustinus:[d] & rationis natu-
ralis est, non posse minorem magistratum superioris leges cõuellere.[e] Ter-
tiò, ea quoq; consuetudo uim autoritatemq; nullam habet, quæ contra ius
naturæ est inducta: quoniã naturalia iura, ut ait Imperator,[f] quæ apud om
nes gentes peræquè obseruantur, diuina quidẽ prouidentia constituta sem
per firma & immutabilia permanent. Et Cyprianus asserit, consuetudinem
naturali iuri postponendã esse.[g] Sed quartò, consuetudo ea quæ & contra
ius gentium aut ciuile inducta est, & tamẽ uel erronea est, uel citra rationem ac
naturali æquitate pugnat, seruanda, & in exemplũ trahenda nõ erit. Nam
Paulus iureconsultus scribit,[h] quod contra rationẽ iuris receptum est, non
esse producendũ ad consequentias. Et uera est Augustini[i] sententia, cõsue
tudinem omnem, quę quidem rationi & ueritati sit inimica, excludendam
fore. Postremò ut consuetudo, quæ legib. improbata non sit, nec contra 3
rationem, aut per errorem aliquem inducta, ualere contra legem possit, ne-
cesse est, ut legem præcedat, & ab ipsa lege corrigatur. cuius rei exemplum
enarrat Vlp. in l. præt. ait. §. diu. Adrian. rescrip. ff. de sepul. uiol. Aut legem
sequatur, quo casu generalis consuetudo uincit legem generalem,[k] specia-
lis uerò consuetudo legi speciali antefertur.[l]

QVAM VIM AVTORITATEM'QVE MOS habeat. Cap. ult.

1 *Moris uim paruam non esse: illiq; quando locus sit.*
2 *Moris definitio.*


Agnam uim & autoritatem habet cùm in omnib. rebus, quæ
quidẽ honestate maximè cõstant, mos ipse: tum uerò in eccle- 1
sia Dei bene ac sanctè gerenda, etiã ciuilibus ac forensibus reb.
suscipiendis ac sustinendis. Nam Augustinus ad Casulanum
presbyterũ scribens: In ijs, inquit, rebus, de quib. nihil certi sta-
tuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenen-
da sunt. Et Imperator dicit, diuturnos mores, qui cõsensu utentiũ approba-
ti, nec legi aduersi sint, legẽ ipsam imitari. Est autẽ mos, definitore Isidoro, li
bro Etymologiarũ quinto, consuetudo lõga, de morib. tantũmodo tracta.

FINIS LIBRI TERTII.

a l. si de interpret. ff. de leg. et senatusc. & l. ult. C. e. t.
b d. l. de quib. ff. de leg. & senatusc. et instit. de iur. nat. §. ex non scripto.
c in l. cas. et irrita. C. de sacrosanc. eccl. pulc. Alberic. in l. de quib. ff. de legib. & senatusc.
d lib. 2. & 4. de Baptis. & habetur 8. distin. c. uerit. c. qui cõt. uerit. c. si solus Christus.
e l. nam magist. ff. de recept. arbitr. distinct. 8. c. quæ cont. mo. ad finem.
f Instit. de iure nat. gent. et ciu. §. sed naturalia quidem iura.
g habetur dist. 8. c. ult. ad fi. & c. quæ cont. mo.
h in l. quod ratione. ff. de leg.
i li. 2. de un. Baptis. et hab. dist. 8. c. uerit. & 11. c. consuet.
k l. de qu. caus. ibi Alberi. nũ. 8. ff. de legib.
l l. uñd. §. si cõstat. C. cõ. præd. Habetur 11. dist. c. in his rebus.
In §. in non scripto. instit. de iure natur. gẽt. & ciuil.
Habetur 1. cap. mos est.

DE VSVRPATIONE LEGVM
LIBER QVARTVS.

IVRISPRVDENTIA QVIBVS REBVS constet. Cap. I.

1 Iurisprudentiam tribus rebus constare, iisq; acquiri.
2 φυσικῆς ἀρετῆς, hoc est, naturalis potentiæ summam esse potestatem.
3 Naturam cum arte coniunctam, aliquid perfecti edere.
4 Inter cætera studia iurisprudentiam præcipuè exercitationem requirere.
5 Eiusdem usum omnem, cum ipsa res sancta sit, ad honestissimas quasq; actiones conferendum esse.



VS esse artem boni & æqui, ex Celsi definitione docui-
1 mus. nec dubium quidem est, quin sicut ceteræ ferè artes
omnes, ita quoq; ipsum ius maximè constet natura, arte,
exercitatione. Est enim naturalis quædam uis, quam
Aristot. φυσικὴν ἀρετὴν appellat, animis nostris impressa,
qua rerum omnium inter se ordinem, causam, cognatio-
nem & consequentiam peruidemus, æquum ab iniquo
separamus, societatem coniunctionemq; humanam, liberorum procreatio-
2 nem & educationem appetimus. Cuius ea est admirabilis potestas, ut nul *L. 1. ff. de instit. et iur.*
la etiam doctrina exculta, nullis disciplinis subacta, ipsa tamē per se ualeat,
magnosq; ad præstantissimarum rerum laudem atq; gloriam consequen-
dam progressus faciat: quando etiam, referente Cicerone, artes innumera- *Lib. 1. de Legib.*
biles repertæ sunt, docente natura: quam imitata ratio, res ad uitam neces- *Vide Quintil. libro 1. cap. ult.*
sarias solerter consecuta est. nec quisquam, ut idem dicit, gentis illius reper-
tus est, qui ducem naturam nactus, ad uirtutem uenire non possit.

Sed arte tamen natura incitatur, atq; expolitur: quoniam ea certam ra-
3 tionem ac uiam ad earum rerum cognitionē præbet, quarum studio ac lau-
de ducimur. Nec ita facilè præstabilis illa naturæ bonitas cerni, atque uim
suam explicare potest, nisi artem & doctrinam perueniēdi eò, quò magno
naturæ impetu & studij uehementia contendimus, rectè cognouerimus:
at proinde artium scriptores certis eam monitis atq; præceptis complexi
sunt. Verè autem à Cicerone in epistola familiari scriptum est, naturam sine
doctrina posse esse moderatam & præstantem: sed doctrina adhibita, etiam
uitiosissimam naturam excoli posse.

Exercitatio sanè quicquid uel naturæ, uel rationis præstantia nobis in-
4 seuit, in certum rerum gerendarum usum, lucem atq; splendorem deducit.
pars sanè studij nostri utilissima: quoniam nulla disciplina, nulla ars, nulla
officij ratio sine ea referri ad aliquam laudem potest: desideratq;, ut Cicero *Lib. 1. Offic.*
ait, omnis rei magnitudo, usum atq; exercitationem. Et quemadmodum *In familiari epistola.*
idem scribit, ius ciuile ex libris sine interprete & sine aliqua exercitatione
cognosci non posse: ita eum qui in maxima hominum celebritate, in curia *l. legat. §. ornatoricib. de leg. 3.*
ac senatus splendore, in reipublicæ luce uersari aliquando cum uitæ laude *l. peregrè. de acquir. possess. l. si*
ac ingenij gloria uelit, à tenero adsuescere oportet foro, ac usurpationi ci- *arbitr. de probatio. institut. in §.*
uilium rerum: non autem perpetuò domi considere, & tanquam in solita- *quæ omnia. de satisda. c. quàm sit*
ria ac umbratili uita pallescere. Sed hæc tamen exercitatio non magis erit *eccl. de elect. libro 6. et dist. 81.*
ad forensium rerum usurpationem, quàm ad honestas uitæ actiones con- *c. nihil il. past.*
5 uertenda. Nam cum ipsa iurisprudentia res sanctissima sit, debet eius
quoque usus uniuersus, sanctus & rectus, etiam cum uitæ dignitate esse
coniunctus.

FALSAM ESSE EORVM CRIMINATIONEM, QVI iurisprudentiam ideo damnant, quòd ipsi iurisconsulti in causis sæpe dissentiant. Cap. II.

1 *Qua ratione fiat, quòd iureconsulti sæpe in causis dissentiant.*
2 *Ius sibi ipsi contrarium non esse.*
3 *Neq; eo minus iurisprudentiam artem esse, quòd iureconsulti diuersas sentẽtias tueantur.*
4 *Iuris scientiam litigiosam non esse, uerùm eius ignorationem.*



Illiberalis ac plane inuerecũda eorum est cauillatio, qui artem dignitatemq; iurisprudentiæ ideo eleuant, quòd ipsi iurisconsulti sæpe in causis ac rebus dissentiant. Nam cum non eadem sit omnib. naturæ indoles, non eadem ingenij præstantia, non idem etiam doctrinæ progressus, & quædam quasi artis perfectio: mirari nemo debet, si in hac ingeniorum causarumq; admirabili uarietate, etiam eruditi homines in dicendo iure causisq; definiendis nonnunquam inter se dissentiant, probabilibusq; rationibus contendant. Non enim ius ipsum, cuius ars ex consentientibus & coexercitatis præceptionibus constat, contrarium est sibi, aut incertum, etiamsi illi qui in iure dicendo inter se contendunt, diuersi ac dissentientes sint: quoniam sicut naturalis quædam hominum ad dissentiendum est facilitas, referente Vlpiano iureconsulto: [a] ita ius ipsum uariè ex facto oritur, [b] mouetq; sæpe disputationem ipsa cùm personarum & facti qualitas, tum etiam rerum circumstantiæ, ad quas respicere oportet eum qui æquabili iure ac æquitate definire cuncta uelit. Nec ideo iurisprudentia certa ars nõ est, aut sibi dissentiens ac contraria, si non eandem, qui de iure rogati respondẽt, tueantur sententiam: [c] id quod multos ingenio & doctrina prẽstantes uiros fecisse, ipsę nostræ leges passim indicant. Causa enim cum causa, ac res cum rebus componitur & confertur, non ars ipsa secum. Alioqui si quis hominum siue errore, siue opinione emetiri artium consentientẽ ac certam rationem uelit, nulla certè ars erit, nec quicquam in rerum naturam cadet, quod nõ uariari hominum disputationibus possit. [d] Manet enim ipsa ars medicina, etiamsi ea nec uno modo, nec omnib. corporibus æquè utiliter adhibeatur. Nec ideo rhetorica ars dicenda non est, etiamsi rhetores ex utraq; causæ parte actionem defensionemq; suscipiant: quemadmodũ etiam ipsa illa iurisprudentia ars certa ac sanctissima manet, licet causarum actores, quod in alijs litibus atq; causis impugnarunt, id in alijs approbent & defendãt. Hominum sunt ista, non artium uitia. Neq; iuris scientia, ut rectè Cicero asserit, [e] litigiosa est, sed eius ignoratio: qua qui laborant, efficiunt impudenti sua audacia, ut multorum cauillationi prostituatur iuris scientia. Sed ut iurisprudentia dicenda non est, quæ à uirtute, à iuris æqualitate, ab honestis uitæ actionibus seiuncta est: [f] ita eius dignitas trahi in cauillationem deprauatis ac dissentientibus hominum opinionibus non debet.

a in l. item si unus. §. princ. ff. de recep. arbitr. b l. si ex plag. §. in cliuo Capi. ff. ad l. Aquil. l. oblig. §. ex fact. ff. de act. et oblig. l. quidam. ff. de iur. codicil. c l. dicere. ff. de arbitr. l. non alios. §. 1. ff. de iudic. l. etiã. ff. de petit. hær. l. item uidend. eod. tit. l. functus. ff. de rei uend. l. qui tam. ff. quib. mod. ususfruct. amit. l. si ususfruct. eod. tit. l. cæter. ff. de usu & habit. loci sunt innumerabiles passim. d Pulcher textus in præfatione clemẽt. l. si fideiuss. §. quædã. ff. mandati. l si fund. §. si pluris cõdem. sit. ff. de pignorib. & hypoth. e in lib. 2. de Finib. bonor. f l. 1. l. iust. ff. de iust. & iur.

IVRISPERITI OFFICIA QVAE SINT, ET quales integri aduocati partes esse debeant. Cap. III.

1 *Iurisprudentiæ cum cæteris artibus collatio.*
2 *Totius operis huius scopus.*
3 *Tres ordines à prætore Romano propositos esse, eorum qui postulare prohibeantur.*
4 *Ante omnia aduocatum curare debere, ut & uir bonus sit, & habeatur.*
5 *Quod facilè consequi possit, si Deum timeat, & colat.*
6 *In omnibus uerò causis illi moderationẽ animi tenendam esse: impium enim esse, omne id quod ex affectibus procedat.*

7 Illumq;

7 *Illumq; clientes suos monere debere, ne temerè litigent.*
8 *Quod si litigandum sit, illum tunc omnes causæ circũstantias studiose perquirere debere.*



Vrisperiti officia sunt, honestè uiuere, alterum non lædere, ius
suum cuiq; tribuere.[a] Quorum omnium ut partes aliquot li-
bro secũdo enumeraui, ita nescio an cuiusq; hominis perinde,
atq; integri ac boni uiri, iuris dicendi periti, esse queant augu-
sta officia. Cæterarum ferè artium professores sua officia scho
1 lastico quodam doctrinæ genere, cõmotione animorum & delectatione,
etiam falsis sæpe demonstrationibus explicant. Iurisprudentiæ ars omnis
et cognitio, humanarum atq; diuinarum rerum noticia, iusti & iniusti scien
tia continetur. Hanc cum Vlpianus[b] ueram, non simulatam philosophiam
uocet: perniciose faciunt, qui eius usum, neglecta honestate atque utilitate
publica, ad priuati quæstus ambitionem referunt.

2 Et quanquam toto hoc nostro instituto id agamus, ut quæ boni & inte-
gri aduocati partes sint, quæ recta & legitima sit ciuiliũ legum usurpatio,
studiosæ iuuentuti describamus: non ulla certa studiorum fiducia (quam
nobis in hac ingenij doctrinæq; paupertate non sumimus) sed solo grati-
ficandi studio commoti: quanquam etiam, quales integri aduocati partes
atq; functiones esse debeant, elegantissimè describat M. Tullius Cicero,[c]
cum tamen locus, & argumenti ratio postulare uideatur, ut qui postulanti-
um ordines sint, quales esse debeant qui aduocationem suscipiũt, quæ eo-
rum functiones præcipuè commendentur, breui oratione annotentur, uo-
lui paucas has annotationes subijcere.

3 Fecit autem prætor, referente Vlpiano,[d] tres ordines eorum qui postu-
lare prohibentur. Nam sicut ille dignitatis suæ tuendæ, & decoris sui gratia
hos postulantium ordines proposuit, ne sine delectu impurissimus quisq;
iudicij maiestatem fœdaret actione parum honesta & ciuili: ita quidam à
postulatione prohibentur natura, ut surdus & mutus, & qui perpetuò fu-
riosus est, atq; iudicio caret. Quidam uerò lege prohibentur, ne pro alijs su-
scipere procurationem siue aduocationem posint: etiamsi pro se allegare,
& suam tueri causam, aut illis quos in suam tutelam & curationem maiore
quadam officij necessitudine impulsi receperunt, no prohibeantur. Cu-
iusmodi ferè sunt, turpitudine notabiles personæ: & hi qui in corpore suo
muliebria passi sunt, non ulla prædonum aut hostium uiolenta & coacta
constupratione, sed prodigiosa naturæ libidine commoti: item qui capita-
li crimine, uel calumniæ causa sunt damnati, uel operas suas turpiter loca-
uerunt, ut cum bestijs depugnarent in arena: & qui uel Iudæi sunt, uel hæ-
retici, uel ob hæresis crimen suspicionem'ue excommunicati, & planè infi-
deles:[e] uel præuaricatione usi sunt:[f] uel pendente lite, rem de qua contro-
uersia est, emerunt:[g] & eiusmodi alijs criminibus sunt implicati. Quidam
etiam moribus, & disciplinæ publicæ causa prohibentur postulare, ueluti
fœminæ & serui: & qui intemperanter agunt, omnia probris ac conuicijs
confundentes:[h] aut eius causæ procurationem suscipiunt, in cuius cogni-
tione uel assessores uel iudices fuerunt:[i] aut qui prætextu honorarij de cer
ta litis parte cum graui litigatoris detrimento pacti sunt:[k] aut quos uitæ ac
susceptæ functionis dignitas uetat pro alijs postulare, cuiusmodi sunt epi-
scopi, sacerdotes, & alij. quorum omnium rationem cum multis explicet
Speculator,[l] non est necesse eandem rem hic repetere. Cæteri uerò qui
non prohibentur, postulare possunt.[m]

Quicunque autem doctrinæ suæ usum ad ciuilium rerum usurpationem
& actiones forenses referre cupit, ut proposita iusticiæ iurisq; æquabili

a *l. iustit. ff. de iustit. & iure.*
b *l. iustit. l. 1. & ibi pulch. gl. ff. de iust. et iur.*
c *actione 1. in Verrem.*
d *in l. 1. ff. de postuland. et no tat. 2. quæst. 7. c. infam. §. Tria. & apud Spec. tit. de aduocat.*
e *Spec. in tit. de aduoc.*
f *2. quæst. 3. §. notand.*
g *l. quisquis. §. præt. C. de postulando.*
h *l. quisquis. C. de postul. 3. quæst. 7. §. tria. uers. item si quis adeò procax.*
i *l. ult. C. de assessorib. l. pen. ff. de offic. assess.*
k *d. 3. quæst. 7. §. arceantur.*
l *in d. tit. de aduocatio.*
m *Vide Abbatem in rubric. de postuland. in c. cæterum. de iuramento calum. & c. 1. de offic. iudic. Bart. in l. 1. ff. de uarijs et extraord. cognitio. & quæ notantur in l. 1. C. de aduoc. diuers. iudic. in l. moris. ff. de pœnis. & l. 2. ff. de offic. præsid.*

conseruatione suum quisque ius consequatur, dare ante omnia operam de- 4
bet, ut uir bonus sit & habeatur.[a] Incredibile enim est dictu, quantam uim ad comparandam principum uirorum gratiam, ad cōstituendam amicitiæ perpetuitatem, nominisque existimationem ac laudem habeat ipsa illa innocentiæ & probitatis significatio. Nec aliud est tam efficax ad conciliandam hominum beneuolentiam, tam stabile ad consequendam laudis ac gloriæ æternitatem, quàm propter ueram & expertectam uirtutem à cunctis coli, atque obseruari. Natura enim adfert, ut qui præclara animi innocentis uirtute cæteris egregiè antecellit, qui se in omnibus uitæ actionibus uirum bonum profitetur ac præstat, qui in reipublicæ functionibus à nulla officij ac uirtutis religione declinat, eum reliqui ciues ament, colant, atque obseruent, ad eiusque imitationem se effingant.[b] Sed hanc tamen innocentiæ laudem, 5
uirtutisque prædicationem præcipuè consequetur iurisperitus, si in eam animi cogitationem incumbat, ut Deū opt. max. religiosè ac sanctè colat:[c] ad eiusque præceptiones & mandata omnes uitæ actiones cōformet: nihil magnopere præter excellentium uirtutum pulchritudinem, et rectè factorum gloriam concupiscat: in caque consequenda omnem animi ingenijque industriam ponat: nec præsentis uitæ uoluptates lubricas, aut inuidiosas opes, sed ueram gloriam, optimorumque officiorum famam ac commendationem affectet. In republica castè integrèque uersetur, eiusque salutem fortiter propugnet.[d] In ciuilibus ac forensibus actionibus nihil iracundè aut impotenter agat, non cupidè in contentionem certamenque discedat, aut maliniosè actionem intendat: sed si ita res postulat, ut uehementius agendum sit, tamen suspiciosè ac timidè, & sine ulla uel uerborum cōtumelia, uel animi impotentia aliorum peccata atque mores corrigat: omniaque ad iudiciorū religionem ueritatemque referat.[e] Optimorum ciuium res, fortunas, causas consilio regat, modestia temperet, integritate tueatur, uirtute denique propugnet atque conseruet. Etiam in suscipiendis ac defendendis causis amicissimi hominis beneuolentiam, constantissimi amici fidem, & summam animi magnitudinem æquitatemque cunctis declaret.[f] Præcipuè uerò summam in omni re 6
animi moderationem teneat, propterea quòd nihil iustè, nihil rectè, nihil piè fit, quod affectuum temperatione uacet: semperque laudata fit illa in magnis uiris & reipublicæ præfectis animi comitas ac lenitas, quæ efficit, ut pro re, pro causa, pro loco ac tempore, nonnihil de iure nostro cōcedamus: & quod summo iure ac potestate cōfici acerbius posit, id animi lenitate ac clementia remittatur.[g] Sed hæc tamen ipsa ciuilis siue comitas, siue lenitas sic amplectenda erit, ut magnis in rebus grauitatem, animique constantiam, in humilioribus uerò mansuetudinem retinuisse uideamur.[h] Ac proinde sobrius ac rectus iurisconsultus in corrigendis aliorum moribus talem se præstet, quales sunt ipsæ leges, quæ summam in omni re temperationem æquitatemque seruant: nec odio aut gratia, sed iure ac æquitate cuncta definiunt: cohibendaque omnis maledicendi ac conuicium faciendi petulantia.[i] Nam sicut solum proponendum liberum est, sine cuiusquam laudis ac dignitatis detrectatione alterum laudare: ita soluti & fracti est animi, maledicendi petulātia ac libidine efferri. Et quoniam ibi suum quisque habere non potest, ubi nullus est iustitiæ cultus, neque ulla ciuium esse siue concordia, siue tranquillitas potest, ubi iusticia, in qua uerus uirtutis splendor lucet, nul-
la est: dare operam omnibus modis debet, ut ciues & litigatores colendæ 7
iustitiæ adsuescant: & quod sibi fieri nolint, eius iniquitate ac scelere se non constringant: moneatque, ne se temerè ac contra pietatem litibus implicent: aut irati potius animi ac uindictæ cupidi adfectum, quàm tuendi sui iuris studium

a l. cæt. ff. fam. bercisc.

b 32. q. 7. iniquū est. dist. 86. cap. 1.

c l. uelnin ff. de iust. & iur. & in catal. 11. dist. 10. c. non licet.

d Extant passim in hanc rem praecepl. in lib. ff. & C. de off. consul. præsidis, & alior.

e Vide pul. bré Spec. tit. de aduocat. et tit. de allegat. et disput.

f Horum omnium extāt præcepta, 11 q. 3. c. nol. tim. et c. nō lic. c. statut. §. in super. de rescr. libro 6. Panor. in rubr. de postul. item in clem. pastor. cura. de sententl. & re iud. c. suscep. regim. et 23. q. 5. c. reg. off. est & c. administ. ibid. et c. cū æterni. de re iud. lib. 6. apud Baldū. in l. nec quicquam. §. ubi decret. de offic. procons.

g Clem. 1. de iudic. clem. quāuis. de appel. distinct. 86. c. qui clem. cū sequē. l. respiciēd. ff. de pœnis.

h l. obseruād. ff. de off. præsid. Spec. in ti. de off. iud. ordin. §. 3. et tit. de off. omniū iud § ult. uers. 2.

i l. quisquis. C. de postul. 3. qu. 7. c. infam. §. itē si quis adeò procax.

ſtudium in iudicium adferant.[a] Si tamen res, ſi perſona, ſi cauſa poſtulet, ut lis ſuſcipienda, iure etiam ac æquitate definienda ſit, curare quoque debet diligens aduocatus, ut nullum cauſæ præſidium, quod quidem iure ac legibus ſit conceſſum, omiſiſſe uideri poſsit. Quam ipſam induſtriæ laudē quo facilius conſequi ac retinere poſſit, hoc unum agat, hoc ſpectet, hoc intueatur, ut à uitiorum ſordibus ac delictis liber, à cupiditatibus malis ſolutus, profeſſor deniq; ac cultor æqui ac boni, non arrogans, nō contumelioſus, non aſper ac intemperans in corrigēdis illis, quæ perperam ac prauè fiunt, ſed integer & rectus in omnibus uitæ actionibus ſit & habeatur.[b]

Partes atq; functiones aduocati, cum paſsim à nobis deſcribantur, non hic omnes, ſed eas tantū deſcribere uoluimus, quæ ad eius informationem pertinere uidentur: uidelicet ne cuiuſquam hominis cauſam parum probabilem contra iuſticiam, contra ſuam conſcientiam, & in fraudem alterius ſibi ſumat procurandam.[c] Et quando omnia noſtra officia atq; ſtudia referenda erunt ad conſeruandam iuris æqualitatem,[d] ius autem ex facto oriatur,[e] neq; ſine certa facti cognitione conſtitui ius poſsit,[f] hanc diligentiam præſtabit, ut ex ſuo clientulo ante omnia diſcat omnes facti ac rerum circumſtantias, ut cauſæ ſtatum,[g] ad quem omnia argumenta, omnes probationes, omnia etiam iuris præſidia referri debeant, cognoſcat: & porrò iudicet, quid rectè, quid legitimè, quid iuſtè ac piè fieri atque definiri poſsit. Nec ſatis erit ab ipſo ſiue actore, ſiue reo cauſam omnem, de qua controuerſia eſt, cognouiſſe, niſi etiam intelligat, quas adferre ad cauſæ defenſionem probationes poſsit uel actor uel reus:[h] propterea quòd nihil rectè ſuſcipitur, quod non idem uel iure, uel legibus, uel ratione defendi ac probari poteſt.[i] Prudentiæ quoq; illud erit, ſi qua ratione fieri poſsit, ut ex aduerſario cognoſcat, quibus ipſe defenſionis argumentis & probationibus nitatur: non ideo ſolum, ut hac inſtructione paratior ſit ad confutandam aduerſarij cauſam, ſed ut bona conſcientia ſuſtinere aduocationem poſsit:[k] quod tamen ita faciundum erit, ne ſui litigatoris cauſam prodat. Quod ſi maior ſit cauſæ difficultas, quàm cuius magnitudinem ipſe pro ingenij ſui tenuitate ſuſtinere poſsit, conſulat iuriſperitos, ſocioſq; aduocatos ſibi aſciſcat, ne quid malè neglectum reprehendi poſsit.[l]

SICVT IVS VNIVERSVM AD REIPVBLICAE DIGNItatem referendum erit: ita omnis noſtra diligentia atq; indulgentia, in optimorum hominum periculis propulſandis collocanda eſt. Cap. IIII.

1. *Verum honorem eum eſſe demum, qui à bonis uiris nobis deferatur.*
2. *Latiſsimè patere politici hominis officia.*
3. *Præcipuum beneficentiæ genus, in quo conſiſtat.*
4. *Duplicem eſſe aduocationis rationem.*

Vna hęc & præcipua mihi uia laudis, honoris, & dignitatis ſemper eſt uiſa, omni noſtra actione & officio id agere & conſequi, ut propter multa & egregia noſtra in rempub. officia à bonis uiris & ſapientibus laudemur ac diligamur. Solus enim uerus & ſempiternus is gloriæ eſt honos, qui à bonis uiris ingenio & uirtute præſtantibus nobis defertur: nec diuturnior aut illuſtrior amor noſtri eſſe poterit, quàm qui communi uirtutis uoluntate primū initus, præclariſsimorum pòſt operum commendatione auctus, præcipuè uerò egregiæ erga patriam uoluntatis ſignificatione eſt cōprobatus. Et quàn quā multæ ſint artes, quibus uel fortunæ amplitudo, uel nominis ac gloriæ æternitas

a 23.q.4.c.ed uindic.23.q.5.c. prod.ſeuer.ueſt. diſt. 90. per tot. c.ubi peric.de colect.lib. 6. diſt. 46.c.1. & 21

b l.1.ff. de iuſt. & iur. diſt. 43. c. diſcip. c. omnis qui iud. 11. q. 3.c. qui rectè iudic. c. ita ſæpe. c. cū uter. de re iud.lib.6. Bald. in l.nec qui: quis §. ubi decret. ff. de off. proconſ. doct. in c.1.et 2. de off. iud.

c c.1. de re iud. lib. 6.15. q.5. c. presbyter. & c. perpet. de elect. lib.6.3.q.7.c.in dic.tex.in c.ult. de uot.c.mul de iureiur. cle.1.§. ſanè.de foro cōpet. Alberic. in l.1. C.ut quæ de ſunt aduoc. par. c. n.ſi. ibi gl. de renunc.clem.dudum. §.in quib. de ſepulch. clem. quia cont. de religioſ.dom. clemēt.1.de iure patronat.

d l.ſi cum dies. § ſi is. ff. de arb. c.nou.d. iud.regul. iur. in iud. c.cū int.de exc.

e l.ſi ex plagis. §.in cliu. ff.ad l. Aquil. l.duob.§. ſi enim.ff. de inoreiur.

f l.2.ff. de iur. & fac. ignor.

g d.l quiſq;. C. de poſtul.c.proper. extr. de poſtuland.

h l. qui accuſ. C.de edēd.l.act. C.de probat.

i 24.q.3.c.ſi hab.

k Hanc ſent.cōmend.Spec.in tit. de aduoc.

l l.1.ff.de poſtul.c.1.ext.de off. iud.l.quæſ.ff. de fund.inſtr.l.ſi in ædib.ff.de dam.infect.

æternitas paratur: semper tamen hæc habita est ratio amplissimæ dignita
tis, ut qui ingenio & uirtute nobilitatem laudis aliquam consequi possent,
omnem industriæ suæ curriculum in curia, in amplissimi ordinis confes-
sione, ac in foro elaborandum sibi esse existimarent. Latissimè enim ea 2
patent officia, [a] quæ in optimorum ciuium causis uersantur: nec ulla singi
officij ratio potest uel illustrior, uel fauorabilior, quàm in grauibus cõmu-
nium temporum commotionibus non dimittere reipublicæ clauum, sed
cum multis audacibus, improbis, nonnunquam etiam potentibus acriter
summaq; animi magnitudine, fide & cõstantia pro senatus autoritate, pro
ciuium concordia ac salute, pro imperij magnitudine dimicare: ipsamq; il-
lam rempublicam pessimorum hominum factione retentam, aut nimia eo
rum & aspera dominatione diuexatam tueri atq; fulcire, tenere item animo
& scientia ciuitatis descriptionem à maioribus nostris sapientissimè consti-
tutam: complecti leges, consuetudines, senatusconsulta, plebiscita, prouin
ciarum statuta: denicq; omnem suam diligentiam atq; indulgentiam in opti
morum hominum periculis propulsandis impendere, atq; collocare. Nam
& fecisse hoc multos & graues uiros, qui in optima republica Romana, am
plissimarum rerũ laude ac gloria abundante, ingenio, honore, & autoritate
floruerunt, Pomponius refert: [b] & uere atq; prudenter à Cicerone dictum 3
est, [c] præcipuum beneficentiæ genus explicatione iuris ciuilis, hoc est ma-
lorum accusatione & bonorum defensione contineri. Et quoniã non alius
usus nostri præstantior esse poterit, quàm ut optimorum hominum, qui la-
borem & industriam, fidem ac misericordiam requirunt nostram, causas &
fortunas suscipere ac tueri uelimus: prouidendum omni diligentia, ut cer-
tam, fidelem, ac cõstantem honestorum ciuium propugnationem cunctis
polliceamur & præstemus. Semperq; hanc moderationem teneamus, nulla
ut priuatæ gloriæ aut ultionis cupiditate inducti, sed communi solum uir-
tutis uoluntate commoti, ad ciuiles & forenses actiones accessisse uidea-
mur. Est autem duplex aduocationis ratio: altera, quæ grauem sæpe & ue- 4
hementem habet accusationẽ, plena omnis solicitudinis: propterea quòd
ij qui alium accusant, non minus de suo honore atq; existimatione, quàm
illi qui accusantur de capite ac fortunis suis pertimescunt. altera uerò fauo-
rabilior est, in optimorum hominum defensione posita. [d] Vtraq; sanè, accu
sare uidelicet improbos ac nocentes, & defendere miseros, calmitosos, &
indignissimè oppressos, honesta est: quoniam malorum uindicta, ipsa inno
centia, ciuiumq; tranquillitas in tuto collocatur.

a clem. pastorales cura. de sent. & re. iud. c. suscepti regiminis de elect. in extrau. 23. qu. 5. c. reg. offic. est. et c. administr. ibid. 23. q. 4. c. si ea de quib. & tot. tit ff. de off process.

b in l. 2. ff. de orig. iur.

c in lib. Off. 1.

In hanc rationẽ scribit M. Tullius Cicero in libris Officior.

Duplex aduocationis ratio.

d Scribit in hanc rẽ pulchrè Cicer. action. 1. in Verr.

Distinct. 4. c. facta sunt leges.

AN CHRISTIANO HOMINI IVDICIO contendere liceat, & quatenus.

Cap. V.

1 *Qui loci in sacra scriptura uetare uideantur, ne in foro litigemus.*
2 *Eorundem declaratio ex alijs scripturæ locis.*
3 *Qua ratione salua conscientia litigare possimus. Et num. 4. & 10.*
5 *Declaratio uerborum Pauli Apostoli, quæ contrà facere uidebantur.*
6 *Magistratum Dei personam gerere.*
7 *Socratis singularis patientia.*
8 *Commodissima ultionis ratio secundum Diogenem.*
9 *Ethnicorum & Christianorum in ferenda iniuria collatio.*

Quæri


Vaeri forte posset, an, & quatenus iudicio contēdere, & suum
1 ius prosequi, homini pio & Christiano liceat. Dubitationē
primùm facit Paulus Apostolus, qui tuendæ atq; amplecten-
dæ communis beneuolentiæ & charitatis studio, uetat cum
fratre litigare, aut iudicio conflictari: deinde quòd idem Pau-
lus non solum prohibeat atque damnet uindictæ omnis cupiditatem, [a]sed a Ad Rom. 2.
expectandam quoq; iubeat manum Domini, qui se omnib. afflictis & in-
dignè oppressis uindicem adfuturum pollicetur: quam Dei manū siue uin
dictam iustam anteuertere, & impio scelere præoccupare uidentur, qui ad
summum strictumq; ius cupidè decurrunt, aut magistratus uindictam ani-
maduersionemq; infestissimè implorāt. Postremò, quod Christus ipse pro-
hibeat, [b]nos malo, & ijs qui nos affligunt, resistere: præcipiatq; dexteram b Apud Mat-
malam obuertendam ei esse, qui alapam in sinistram impegerit: permitten- thæum 5.
dum quoq; ei pallium, qui tunica nos spoliauerit: ac proinde lites, dissidia,
ac contentiones forēses planè oportere ab homine Christiano esse alienas.
2 Sunt qui contendant, permitti posse, etiam conscientia bona licere, ut iuris
nostri conseruandi gratia in iudicio causam agamus: ut sicut lex Domini
prohibet, ne occidamus quenquam: & tamen iudicibus permittit, ut Dei
iudicia nō ulla priuati affectus, sed honesti publiciq; sensus cupiditate exe-
quantur: [c]ita quoq; fas sit homini Christiano de uita ac fortuna in iudicio c Matth. 5.
decernere, modò nullo nocendi studio commoueatur: aut quicquam de- Exod. 20.
cerpat, ac remittat de charitate proximi. Quorū sententiā ueram & piam, Deut. 5.
etiam honestissima ratione subnixā esse iudicamus. Nam & Augustinus Esa. 11. & 65.
Macedonio scribens, [d]nihil cupiditate nocendi ac diuexandi, sed consulen- d 23. quæst. 5.
3 di charitate omnia facienda esse præcipit. Et ea est in omnibus uitæ actio- c. prodest seueri-
nibus tenenda moderatio, ne animorum percussionibus cōmoti, iniuriam tas. facit 23. q.
cupidè prosequamur: aut si ius nostrum, conseruata æqualitate, non aliter 4. c. ea uindicta.
nisi iudicio tueri queamus, ut ita litem uel inferamus, uel motam excipia-
mus, ne uel odio aliquo, aut nocendi studio, à dilectione proximi deflecta-
4 mus. Præcipuè uerò, ut publicis ac legitimis iudicijs rectè utamur. [e]Vte- e l. omnes. C.
mur autem ijs rectè, si nullam priuatæ ultionis, nullam nocendi cupiditatē, de ijs qui ætat.
nullam calumniam in iudicium adferamus: sed ab omnibus malis affecti- ue. impet. l. 1. C.
bus liberi, neq; ulla re alia nisi communi uirtutis iustitiæq; colendæ uolun- de iurisd. omniū
tate commoti, in eo consistamus, ut sine cuiusquam offensione iusta, ius no iud. c. indecorū.
strum prosequamur. Hanc sanè sententiam nostram non conuellunt, quæ extr. de ætat. &
5 ex Paulo Apostolo atq; alijs paulo antè recensuimus. Non enim Aposto- qualit.
lus ille actiones & lites forenses in uniuersum damnat, sed arguit exultan-
tem litigandi furorem in Corinthiorum ecclesia: quorum petulans maledi
cendi studium, & robusta quædam impietas, ad omnem nequitiam calum
niamq; abiecta, eò impietatis progressa fuerat, ut sacrosanctam Euangelij
maiestatem, & uniuersam religionē probro ac spurcis cauillationibus pro-
stituerent. Reprehensa igitur à Paulo non ciuilis illa ac forensis actio iuris
nostri consequendi, sed primùm litigandi illa intemperantia, qua commo-
ti Corinthij, ipsum Euangelium apud infideles traducebant. Deinde dam-
nata eorum insolentia, qui dissensionum uehementia, lacessendiq; cupidi-
tate illecti, omnem fraternam charitatem deposuissent: id quod ex uerbis
Pauli [f]intelligi facilè potest. Ad erubescentiam uestram, inquit, dico: adeò f 1. ad Cor. 6.
non est inter uos sapiens, ne unus quidem, qui possit dijudicare inter fratrē
suum, & fratrem? sed frater cum fratre litigat, idq; sub infidelibus? &c. Et
cum idem Paulus Apostolus scribat, uindictā appetēdam non esse, sed ex-
pectandam manū Domini: non magistratus publici animaduersionē, quæ

in retinenda politia planè necessaria est, damnat: sed docet ideo magistratus officium in tuendo ac cõseruando iure publico atque priuato, implorandum esse, quòd magistratus non hominis, sed Dei personam gerat. Et E- 6
a Cap. 10.
uangelista Ioannes scribit, [a]delegatum à Deo officium magistratui esse, ut muneri suo seruiat: ideoque eos qui magistratum gerunt, deos appellari. Sic enim Moses & Iosaphat suis iudicibus, quos in singulas ciuitates Iehuda constituebant, mandare uoluerunt, ut iudicium non hominis, sed Dei uice cunctis facerent. Nec aliam significationem habent Christi uerba apud
b Cap. 5. et huc pertinet Deut. 1. 2. Par. 19.
Matthæum, [b]quæ prohibent malo resistere, & obuertere maxillam dexteram illi qui sinistram inflixerit: dimittendum'que pallium ei, qui tunicam abripuisset: quàm, ut uindicandi cupiditas omnis à nobis absit, non autem ut quod iure nobis debetur, planè negligatur: quoniam Christiani hominis est, non temerè iniuria commoueri, & acceptam patienter potius sustinere, quàm uel inferre, uel cum aliquo fratris sui odio, etiã charitatis uiolatione, ius suum prosequi. Magni scio & fortis hominis hæc opera esse, non solum non commoueri iniuria, sed nocentem beneuolentia & gratificandi uoluntate deuincire posse. Sed ea tamen prompta atque facilia ei erunt, qui ex Dei uoluntate propendens, ad illius se iudicium atque mandata conformat. Nisi forte stultum dicere uelimus, summum illum philosophum So- 7
cratem, quem cum impurus homo per petulantiam calce percussisset, exteri uerò homines hac iniuriæ indignitate commoti illum monerent, ut uel iniuriam ulcisceretur, uel percussorem in ius uocaret: respondit, non minus ridiculum uideri, si acceptam hanc iniuriam quouis etiam modo uindicaret, quàm si asinum, cuius calce percussus esset, in ius uocaret: propterea quod nihil discriminis esset inter brutum hominem, nulla uirtute præditum, & asinum. Et tam esse iniuriam ferẽdam, quæ ab homine malo fit, quàm eam quæ à bruto animante nobis inferretur. Ad istum ferè modum rogatus à 8
quodã Diogenes, quo'nam modo ulcisci posset inimicũ: respondit, commodissimam esse ultionis rationem, ut nec improborum hominum iniuria facilè commoueamur, & probos nos atque honestos uiros cunctis præstemus: propterea quòd ij qui innocentiæ laude cæteris præstant, sibi maximè prosint, & inimicos uirtutis inuidia frangant. Secuti hanc moderatio- 9
nem sunt ethnici homines, non ullis diuinis atque Euangelicis literis, sed naturæ lege instituti. Nos uerò Christiani homines, exẽplo & doctrina Christi conformati, graue esse putamus, peccanti fratri ignoscere: remittere, si qua nobis inuratur, iniuriam: afflictiones moderatè ferre, & totos nos ad pietatem, ad dilectionem communem conformare: quum tamen nihil aut facilius, aut æquius sit, quàm iniuriã dissimulatione ferre, uel, quod nostrũ sit, sine odio, sine acerbitate, in iudicio ex æquo & bono persequi. Iam uerò, si Lacedæmonij, cum deos comprecarentur, rectè addere uotis suis consueuerunt, ut omnia ad honestatem referre, & iniuriam sine ulla priuata ultione sustinere possent: quanto maior nobis, qui humanam coniunctionem atque charitatem sanctè & sobriè tueri debemus, adhibenda animi cu-
c 1ot. tit. ff. & C. de postul. & de procurat.
ra, ut omnia quæ agimus, uacent nocendi cupiditate. Ergo quemadmo- 10
dum ciuiles leges, [c]etiam diuinæ institutiones permittunt, ut cum fratre in iudicio contendamus: ita semper & perpetuò tenenda hæc moderatio, nullam ut actionem uel litem, etiam necessariam & iustam, cum aliquo aduersarij odio, uel Christianæ pietatis & dilectionis iactura inferamus: cogitemusque de iure nostro decedendum prius, quàm uel perniciose contendendum, uel labefactandam esse charitatem Christianam.[d]
d Pulch. Chrysosto. in homel. 52. & 78. in hãc sententiã pleraque multa scribit.

AN CHRI-

AN CHRISTIANO HOMINI, IIS QVI IVDICIO contendunt, patrocinari liceat?

Cap. VI.

1 *Boni & integri aduocati partes, in quibus rebus consistant.*
2 *Beata ac fœlix respub. quæ sit iudicata à Platone.*
3 *Bonos aduocatos, utilissimos in repub. ciues esse.*
4 *Aduocationis approbatio Christi exemplo.*
5 *Christianum igitur hominem, aduocatum esse posse, sed certa ratione.*



VAtenus Christiano homini iudicio contendere fas sit, paulo antè diximus. Licere autem uerè politico homini, ut causæ præsertim iustæ ac legitimæ, aut probabilis saltē aduocationē procurationemq́ue suscipiat, multis rationibus, maiorū quoq; exemplis comprobari potest. Cum enim in primis pulchrum & excellēs sit, ipsam iustitiam, sine qua reliquæ uirtutes nec dignitatis suæ splendorem, nec gratiam retinere possunt, ad reipublicæ gubernacula, ad
1 fori lucem, ad ciuilia officia & honestas uitæ actiones referre: Boni autem & integri aduocati partes omnes in colenda & amplificanda iustitia, in conseruanda iuris æqualitate, in propugnandis optimorum hominum fortunis, iniurijsq́ue propellendis positæ sint: non potest non omne eius officium cum salute reipublicæ & utilitate communi esse coniunctum. Nec enim laus ulla illustrior, aut præstabilius officium, & ex quo maiores commoditates ad communem reipub. utilitatem confluant, esse, quàm eius hominis potest, qui iustitiam colit, boni & æqui notitiam profitetur, æquum, ut scribit Vlpianus, [a]ab iniquo separans, licitum ab illicito discernens, bonos non solum metu pœnarum, uerùm præmiorum quoq; exhortatione efficere cupiens. Sed aduocatus, qui rectum & liberum sensum ueræ uirtutis in omnibus ciuilibus officijs atq; hac legum usurpatione retinet, in hoc curas cogitationesq́ue confligit suas, ut seruata utilitate communi, suum cuique ius tribuatur, nullius uel dignitas, uel uita, uel fortuna lædatur. [b]Eius igitur officium in primis honestum est, & cum utilitate publica coniun-
2 ctum. Plato eam rempublicam fœlicem ac beatam esse dixit, cui regendæ præsiderent prudentes, aut saltem philosophiæ amantes. Sed cum nulli diligentius uideantur ueram philosophiam amplecti atque coli, ut idem Vlpianus autor est, [c]quàm qui boni & æqui notitiam profitentur: aduocati autem, si modò uir bonus ac integer sit, professio omnis ad colendam iustitiam seruandamq́ue iuris æqualitatem referatur: [d]consequens est, eius ope-
3 ra, fide atq; industria fœlicem ac beatum esse reipub. statum. Quòd si benè & præclarè de republica, adeoq́ue rebus humanis mereantur, qui iure, legibus, ac æquitate cuncta definire studēt: si præclarum sit ac gloriosum, tenere animo atq; memoria, naturæ, ciuile ac gentium ius, ciuitatum descriptiones, consuetudines, plebiscita ac hominum mores, eaq́ue omnia ad decus & gloriam reipublicæ referre: si nulla ex omni officiorum genere actio honestior esse queat, quàm optimorum hominum salutem atque fortunas tueri atq; propugnare, nocentissimorum hominum facinus atq; scelus legum pœna constringere, omniaq́ue ad conseruationem æquabilis iuris referre. Cuncta autem hæc quæ diximus, propria sint eius hominis qui publicarum priuatarumq́ue rerum procurationē sibi sumit: non potest non esse utilissimus reipublicæ ciuis, siue procurator is sit, siue aduocatus, qui omnes labores communis causa commodi, iurisq́ue seruandi causa subit. Iam uerò, si postulare, hoc est, definitore Vlpiano, [e]desiderium suum, uel amici sui, in iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere, uel alterius desiderio con-

[a] in l. 1. ff. de iustit. & iure.
[b] l. 1. ff. de postulando.
[c] in l. 1. ff. de iust. & iur.
[d] facit l. placeat. C. de iud. l. damn. infecti. ff. de dam. infecto. l. Cæs. ff. de pub. & uectig. l. ult. ff. rem pup. sal. fore. cum simil.
[e] in l. 1. ff. de postulando.

rio contradicere, concessum ac permissum legibus non foret, frustra certè
a in l. 1. ff. de postulando. prætor habendę rationis causa, suæq; dignitatis tuendę, ut idem ait,[a] & de-
coris sui causa, ne sine delectu passim apud se postuletur, tres ordines fecis-
set: ut quidam in totum postulare prohibeantur, quibusdam uerò pro se
tantum, alijs autem & pro certis duntaxat personis, & pro se postulare per-
b in l. 2. ff. de origine. mitteretur. Pomponius quoq; declarat,[b] multos fuisse ingenio, iuris scien-
tia, & autoritate præstantes uiros, qui publico ciuitatis bono, & magna in-
genij gloria, de iure optimè responderint, optimorumq; ciuium procura-
tionem aduocationemq; susceperint: & nos postremo in libro aliquot e-
Ab exemplis. xempla eorum recensebimus, qui totis se animis & corporibus in salutem
reipublicæ, procurationemq; atq; defensionem ciuium contulerunt. An 4
c Lucæ 7. non Christus aduocati partes sibi sumpsit,[c] cum Mariam Magdalenā pri-
mùm contra Martham, quæ in sorore sua maiorem diligentiam desidera-
bat: deinde aduersus confidentem illum Pharisæum, qui Christum à Mag-
d Lucæ 10. dalena tangi noluit:[d] postremò contra discipulos, indignè ferentes, quòd
eadem Magdalena Christi Domini sui caput & pedes precioso unguento
inunxisset, admirabili pietatis exemplo defendit? Vt prętereà mulierem
adulterij cōuictam, & lapidum iniectionibus prostitutam, quam Christus
e Ioan. cap. 8. commonitione peccati,[e] quo omnes Iudæi obstricti tenebantur, defendit,
f 1. Ioan. 2. atq; uitę supplicio exemit: & quod Ioannes Apostolus scribit,[f] habere nos
aduocatum apud patrem, Christum. Positum igitur à nobis sit, aduoca- 5
tionem Christiano & politico homini permitti: hac tamen certa & stabili
lege, ne quid sibi contra leges bonas, contra iustitiam, contra rectam men-
tis suæ conscientiam contendendum putet.

AN CAVSAE, QVAE SVSPECTA EST, PROCV-rationem uir bonus præstare debeat. Cap. VII.

1. *Iniquæ causæ defensionem à quoquam rectè suscipi non posse.*
2. *Periculosum enim esse, contra conscientiam quicquam agere.*
3. *Idq; ex sententia Iustiniani Imperatoris.*
4. *Ex qua Alberici opinio refutatur.*
5. *Laboranti subueniendum esse, sed absq; tertij detrimento.*



Quæstionis apud quosdam esse scio, an causæ, quæ suspecta est,
aduocationem, procurationemq; suscipere uir bonus debeat?
Varia & multiplex doctorum hic est opinio. mea certè bre-
uis hæc est sententia: nullius causæ, aut rei, aut personæ defen-
sionem, quæ quidem iniustitiæ aut læsionis alterius habeat su-
a l. rem nō nou. §. pat. C. de iud. Alber. in alleg. §. patroni. spicionem, suscipi rectè & legitimè posse.[a] Nam sicut uasallus domino suo
iniustè bellum gerenti operā præbere non obligatur,[b] ita nihil iniustè pro
cliente faciendum est: quoniam ueri & integri aduocati sunt partes, nullius
b 11. q. 3. cap. re qui dic. l. 5. §. sed si fideiuss. et quæ ibi not. ff. mand. causam iniustam, aut suspicionibus malis obnoxiam suscipere: commoueri
optimorum hominum indignissimis iniurijs atque diuexationibus, nullo
autem quæstus priuati studio, gratia aut odio.[c] Est enim graue & uehe- 2
c Felin. in c. pastor. ext. de iud. Bartol. in l. §. si quis apud. ff. quod quisq; iur. d. l. rem non no. §. patr. Specul. in tit. de salar. §. sequit. uersic. nota quòd si aduocatus. gloss. 11. q. 3. c. non licet. menter periculosum, quicquam contra conscientiam aut consulere, aut a-
gere, propterea quòd semper cogitandum nobis sit, quale Dei iudiciū no-
bis impēdeat: & Paulus Apostolus scribat, præcepti finem esse charitatem
ex corde puro & conscientia bona, & fide nō ficta: nulla autem ibi esse uel
charitas, uel iustificationis possit obseruatio, ubi cōscientia læsa est,[d] & mēs
sibi susceptæ causæ improbæ malè cōscia. Et cum Imperator Iustinianus 3
ad Iulianum præfectū præscribēs, aduocati ac patroni officium esse uolue-
rit, ut iurisiurandi religione ac sacramento adstrictus, nihil pro cliente fa-
ciat,

d c. liter. extr. de restit. spoliat. c. ult. de præscript. c. tua. extr. de symonia 28. quæst. 1. §. ex his.

ciat,[a]nisi quod uerum & iustum esse existimet: causamq́; quam malam esse *a in d.l.rem nō*
cognouerit, potius deserat, quàm ut contra conscientiam controuersiæ ac *nouam. ff.patro*
4 liti patrocinetur: absurda est sententia Alberici,[b]existimantis ideo aduoca- *ni. C.de iud.*
tum causam partis probabilem tueri posse, propterea quòd præsumptio sit, *b in l.si qui de- sider. num.6. C.*
iudicem rectè & cognita causa pronunciaturū: cum contrà iudex dari eru- *de suffragio.*
ditus, integer & rectus semper nō posit: & periculosum sit, cōscientia alie-
5 na niti: sed imperq; ualere illud Ambrosij consilium debeat, rectius uidelicet *Ambrosius.*
esse, si subuenire laboranti & oppresso, nisi alterius cum incommodo ac
læsione non possimus, neutrum potius iuuari, quàm grauari alterum.

IVS OMNE QVO REFERATVR. CAP. VIII.

1 *Ius omne ad tria referri.*
2 *Personarum uarias conditiones esse.*
3 *Rerum multiplicem esse differentiam.*
4 *Actiones ex obligationibus oriri.*
5 *Obligationes autem quadruplicem originem habere.*
6 *Obligationes ex contractu.*
7 *Obligationes ex quasi contractu.*
8 *Obligationes ex maleficio.*
9 *Obligationes ex quasi maleficio.*

1 Refertur autē ius omne quo utimur, ad personas, res, actiones.
2 In personis obseruari solet, liberi ne sint, an uerò serui. Seruo- *Institut. §. ult. de*
rum qui uel fiunt, uel nascuntur, eadem est conditio. In liberis *iure natur. gent.*
hominib. spectari solet, num ingenui sint, uel libertini: quorū *& ciuil. & tot.*
illi statim ut nati sunt, liberi habentur: hi uerò, quū primū ex *tit. de ingenu. de*
iusta seruitute manumissi, hoc est libertate donati sunt. Initio enim nulla e- *libertat. de statu*
rat hominū differentia: sed eius genera tria postea sunt iure gentiū consti- *hominum.*
tuta, ut essent liberi homines, serui, & libertini. Quorum rursus quidam sui
iuris sunt, quidam uerò alieno iuri subiecti. Extant in hanc rem pulchræ in
primis traditiones in libris Pandectarum, & Institutionum Iustiniani Impe
ratoris, quas tenere animo & memoria debet adolescentia. Vix enim ulla
facti aut rerum quæstio incidit, quæ non magnam adferat personarū diffe-
rentiam. Et cum ciuiles actiones, etiam criminales in personis ac reb. uer- *tot. tit. ff & C.*
sentur, & in propositionibus quibus argumenta accommodātur, personæ *etiam institut. de*
ponantur, non potest non utilissima esse earum cognitio, uel ad res iure ac *de actionib.*
legibus definiendas, uel ad rectum animi iudicium parandum.

3 Rerum multiplex est & differentia & diuisio. Quædā enim naturali iure *tot. tit. ff. & in-*
cōmunia sunt omniū, quædā publicæ, quædā uniuersitatis, quædā nullius, *stitut. de rer. di-*
quædā singulorū. Rursus res quædā corporales sunt, quædā incorporales. *uis. qual. & diff.*
Prioris generis sunt, quæ tāgi possunt, ueluti fundus, homo, uestis, aurū, ar-
gentū, &c. Posterioris, quæ tāgi non possunt: & in solo iure cōsistūt, ut hæ-
reditas, ususfructus, obligationes, &c. Hinc enim uaria illa seruitutū & rerū
dominij acquirendi genera, apud iurisconsultos constituuntur, ut præter
Pandectarum libros indicant Institutionum liber secundus & tertius.

4 Actiones præcedūt certæ quędā obligationes, tanq̃ iuris uincula, quib. *Instit. §. 1. de ob-*
necessitate adstringimur, alicuius rei soluendæ, secundū Romanæ ciuitatis *lig. ff. tot. tit. de*
iura. Hæ aūt sunt uel ciuiles, id est legib. ac ciuili iure approbatæ, uel prGto- *action. & obli-*
riæ, quæ & honorariæ dicuntur, quas ex sua iurisdictione prætor cōstituit. *gat. & tot. tit. C. eod. tit.*

Nasci eas Paulus putat uel
- ex contractu,
- quasi contractu.
- ex maleficio,
- quasi malefico.

in l. 1. ff. de act. & obligat.

Earum sanè obligationum, quæ ex contractu constituuntur, quatuor 6
sunt species. Aut enim re contrahuntur, ueluti mutui donatione, commodato, deposito, pignore, &c. Aut uerbis obligatio cõtrahitur ex interrogatione & responsione, cum quid dari fieri'ue nobis stipulamur, cuiusmodi sunt condictiones certi, & ex stipulatu: aut literis siue scripturis, quib. quis se debere scribit. Aut denique consensu fiunt obligationes, ut in emptionib. uenditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis, &c.

l. consensu. ff. de action. & obligatio.

Ex quasi contractu obligationes nasci dicuntur, quotiens quis sine man 7
dato alienis negotijs gerendis se offert, aut tutelam suscipit, aut cõmunionem rerum sortitur. Nam etsi contractus hic nullus est, quia tamen reipub. interest, absentium negotia geri, & res minorum conseruari, fit ut qui absentis negotia utiliter gesserit, habeat dominum sibi obligatum, cogaturque uicissim administrationis reddere rationem: quemadmodum tutores quoque, etiamsi nullum inter ipsos & pupillos negotium contrahatur, tutelæ iudicio continentur.

Institut. tot. tit. de obligat. quæ ex quasi. contra. nasc. & ff. de negot. gest. de tutel. & ratio. di.

Ex maleficijs Caius scribit nasci obligationes, ueluti ex facto, damno, ra 8
pina, iniuria, &c. Quorum omnium ratio miro & fœlici compendio explicatur libro Institutionum quarto: nec aliud rectius fingi compendium potest. Quare in eo uelim adolescentiam primis annis diligenter exerceri. Magnam enim ciuilis iuris cognitionem consecutus est, qui in illis se diligenti studio, cura & lectione exercuerit.

In l. ex malefic. ff. de act. & obligat.

Institutiones iuris ciuilis mirè utiles adolescentiæ.

Ex quasi maleficijs siue delicto nascuntur, quotiens quis aliquid per im- 9
prudentiam peccasse intelligitur, neque tamen uel ex maleficio, uel ex contractu obligatus est: ueluti si iudex litem suam fecerit, aut ex cœnaculo nostro quid deiectum effusum'ue fuerit: in quibus sanè rebus iudex pro sui officij religione, & uariè ex rerum circumstantijs pœnam irrogabit.

Institut. §. 1. de oblig. quæ quasi ex delic. nascun. & tot. tit. ff. de act. & oblig.

ACTIONVM DIVISIO.

Cap. IX.

1 *Iurisperitos duodecim actionum diuisiones facere.*

2 *Actio quid sit.*



Ctionum omniũ etsi summa diuisio in duo genera ducatur, 1
ut sint uel in rem, uel in personam: tamen bona pars iurisperitorum earum diuisiones duodecim facit, quarũ primam iam diximus. Secunda est, quod quædam ciuiles, quædã prætoriæ sunt.[a] Tertia, quod quædam actiones rei prosequendæ gratia cõparatæ sunt, quædã pœnæ persequẽdæ: quædã uerò mixtæ sunt.[b] Quarta, quod actiones omnes uel in simplũ cõceptæ sunt, uel in duplũ, uel in triplũ, uel in quadruplũ.[c] Quinta, quod actiones quædã bonæ fidei sunt, quædã stricti iuris.[d] Sexta, quod aliæ temporales, aliæ uerò perpetuæ sunt.[e] Septima, quod aliæ sunt trãsitoriæ ad hæredes, aliæ non.[f] Octaua, quod aliæ sunt famosæ, aliæ uerò non.[g] Nona, quod aliæ sunt directæ, aliæ utiles.[h] Decima, quòd aliæ directæ, aliæ contrariæ.[i] Vndecima, quod aliæ sunt uniuersales, aliæ generales.[k] Duodecima, quod aliæ sunt simplices, aliæ duplices: quales sunt finium regundorum, cõmuni diuidundo, & alia quædam interdicta.[l] Porrò actio est ius persequendi, quod cuique debetur. 2 Vniuersa aũt hæc res plena est ingenij & inuentionis, & quæ præcipuã iuris partem complectatur.

a ut in §. sed istæ action. institut. de actionib.
b ut in §. sequens alia diuisio est. eod. tit.
c ut in §. sed istæ action. eod. tit.
d ut in §. actionũ quædã sunt. eod tit.
e tot. tit. instit. de perpetuis & tempor. action.
f ut institut. tit. de perpetuis & temp. action.
g ut instit. tit. de pœn. temerè litigantis. *h ut l. ult. ff. si quadrup. paup. fecisse dic.* *i ut instit. de obligat. quæ ex quasi contract. §. 1. & 2.* *k l. pro socio arbit. ff. pro socio.* *l ut institut. de interdict. §. tertia diuisio.*

DE PARTIBVS IVRISPRVDENTIAE.

Cap. X.

1 *Iurisprudentiæ præcipuas partes quatuor esse, quibus omnibus iudicium sit coniunctum.*

Iuris

1 
Vrisprudentiæ partes præcipuæ sunt, Inuẽtio, dispositio, memoria, & actio. Nam iudiciũ partem eius non facimus, quòd sicut sanguis in corpore humano, ita iudicium in omnibus iurisprudentiæ partibus inest: planeq; impertinens est & absurdum, quicquid iudicio caret. Si quid etiam in hominum congressionibus, in publicis consultationibus, in grauioribus iudicijs pro reipub. dignitate ac salute ciuium, aut de officiorũ ratione aut neglectione dicendum sit uehementius, utendumq; oratione illustri ac illuminata, aut cõmouendi audientium animi in iram, fletum, indignationem, & alios affectus, petenda à rhetoribus erit elocutio: cuius ut uis maxima est in omnibus rebus ac causis, ita eius præcepta alio in libro tradidimus.

DE INVENTIONE.
Cap. XI.

1 *Inuentionis usus.*
2 *Eiusdem uim in duabus rebus consistere.*
3 *Quæstio infinita, siue* θέσις, *quæ dicatur.*
4 *Finitam quæstionem à Latinis specialem uocari.*

1 
Nuentio solidam ingenij laudem ac doctrinæ facilitatẽ complectitur. Nam & ea quæ personarum, quæ rerum, quæ actionum, in quibus ius uniuersum uertitur, formæ, cognationes, differentiæ ac circunstantiæ sint, indicat atq; ostendit: & declarat, quam uim optimarum rerum præpotens illa & gloriosa reipub. gerendæ domina iurisprudentia contineat, pars studij ut maximè necessaria, ita sanè omnium utilissima.

2 Vis huius uersatur in quæstione aut { infinita. / finita. }

3 Infinita quæstio, quæ Græcis θέσις dicitur, positio seu consultatio, quædam tanquam uniuersalis quæstio est, quæ sine personæ, loci, temporis, & horum similium designatione in utramq; partem tractatur, hoc modo: An mulier pårere eodem tempore quatuor liberos possit.[a] An partibus commutatis res eadem sit existimanda?[b] An fas sit adulterum occidere? An qui uirginem affectet, teneatur crimine stupri. Sunt enim eiusmodi infinitæ quæstiones uniuersales, siue, ut dialectici dicunt, categoricę propositiones, quæ sine certa aliqua designatione ad inuestigandas personarum ac rerum qualitates tractantur. cuiusmodi ferè sunt illæ cõmunes regulæ iuris: Commodum cuiusq; rei eum sequi, quem sequantur incommoda. Præter fidem bonam esse, ut idem bis exigatur. Consilium in alterius iniuriam mutandum non esse. Non oportere quenquam cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.

a l. antiqui. ff. si pars hær. pet. l. Arethusa. ff. de statu hominum. b l. propon. ff. de iudic.

4 Finita quæstio, quæ Græcis ὑπόθεσις, Latinis specialis quæstio uocatur, ex complexu siue designatione personarum, rerum, loci, temporis, & eiusmodi circumstantiarum ducitur, hoc modo: An Penelopi iura omnia integra in tempus nascendi reseruari debuerint? quoniam quinquies quaternos liberos enixa est? An iudicium illud idem maneat, ex quo singulorum iudicum mutatio facta? An diuus Adrianus iurè eum in insulam deportari iusserit, qui filium suum, à quo nouercam adulteratam esse agnouerat, in uenatione necauisset? quando locus suspicionem insidiarum gignit. An rectè Brutus cædi ac securi percuti suos liberos iusserit, quòd conscij fuerint coniurationis Tarquinij, contra libertatem Romanam susceptæ.

d. l. antiqui. d. l. proponebãt. l. diuus Adrian. ff. ad Pomp. de parricid. l. utrũ qu. ff. eod. tit.

QVAESTIONIS VTRIVSQVE VSVS. Cap. XII.

1 *Quæstionis tam finitæ, quàm infinitæ, necessarium planè, ac permagnum in iure ciuili usum esse.*
2 *Ad finitam quæstionem decidendam, prius infinitam excutiendam esse.*
3 *Infinitarum quæstionum alias theoricas esse, alias practicas.*



VTriusq; sanè quæstionis amplissimus & planè necessarius est
in ciuili & forensi disceptatione usus. Neq; enim optimarum
legum ac iudiciorum uim unquam consequetur, aut rectè de
magnis causis, de officiorum gradibus, de hominum institu-
tis, moribus ac uitijs iudicare poterit, qui non plurimum dili-
gentiæ & operæ in his quæstionibus excutiendis posuerit: quoniã ad cau- 2
sam ipsam, siue finitam quæstionẽ, de qua iudicium faciendum est, ueluti,
l. Gracchus. C. ad l. Iuliam, de adult. an Mumius noctu adulterio deprehensum Gracchũ iure interfecerit? per-
uenirí nõ potest, nisi prius excussa quæstione illa infinita, nempe, An fas sit
adulterum occidere. Et sicut omnium rerum magnarum uis atque natura,
quarum nobis necessaria est cognitio, perspici citra harum quæstionũ tra-
ctationem non potest: ita etiam in contexendis syllogismis à thesi siue in-
finita quæstione, quasi communi aliquo loco exordimur, & consequentiæ
l. 2. ff. ad l. Iuliam. de adult. et stup. conclusionem ex hypothesi inferre cogimur. ut in illo, Qui stuprum in-
fert, pœna legis Iuliæ de adulterijs & stupro confligitur: hæc Thesis, Tar-
quinius stuprum Lucretiæ intulit: hæc hypothesis, Confligi igitur illum
pœna legis Iuliæ de adulterijs & stupro oportet. Hæc consequentiæ con-
clusio est.

Sunt autem θέσεις, siue infinitæ quæstiones { θεωρητικαὶ καὶ πρακτικαί. 3

Θεωρητικαὶ ideo appellantur, quòd in sola rei cognitione scientiaq; uer-
l. septimo mense. ff. de statu hominum. sentur: ueluti, An nasci perfectus partus septimo mẽse possit? Quemadmo-
dum πρακτικαὶ θέσεις ideo sic uocantur, quòd in actione atq; officij discepta-
tione uersentur, contineanturq; cohortationibus, obiurgationibus, conso-
lationib. & eiusmodi alijs: ut si quæratur, Sint'ne studia nostra, omnia offi-
cia, atq; uitę actiones referendæ ad publicam omnium utilitatem, neglecta
priuata? Vt enim priores illæ cognitionis cuiusdam ac solum scientiæ sunt,
ita hæ in actione aliqua atq; officio sunt positæ.

THEORICAE QVAESTIONES QVOMODO excuti soleant. Cap. XIII.

1 *Omnia quæ in quæstionem ueniant, ad tria referri posse.*
2 *Tria rhetorum excusandi criminis præsidia esse.*



POrrò Theoricæ illæ quæstiones, siue infinitæ cõsultationes,
non una simplici aliqua ratione, sed uel coniectura, uel defi-
nitione, uel consecutione siue qualitate excuti solent. Nam 1
in omni quæstione quæri solet, an sit, quid sit, quale sit: quo-
niam ad has quæstionum formas cuncta quæ in controuer-
siam ueniunt, referri solent.

Coniectura exquirimus, sit'ne in rerum natura res ea, de qua quærimus:
deinde quæ eius origo, causa ac immutatio. ut, Sit'ne animæ immortalitas:
Sit'ne ius gentium, quæ eius origo, qua causa à iure naturali dissentiat.

Definitio, quid res sit, quam uim habeat, quæ eius forma, quod genus,
quod cuiusq; propriũ est, ostendit: ut, Sit'ne ius ars boni & æqui. Ad hunc
modum

modum etiam definiendum erit, quid mutuum, quid depositum, quid societas, quid stuprum?

Consecutio, quę & qualitas dicitur, quid quamque rem sequatur, et quale id sit, demonstrat. ueluti, An Gracchus adulter iure occisus sit? *l. Gracch. C. ad l. Iul. de adult.*

Hinc sibi rhetores sumunt tria illa defensionis excusandique criminis,
2 quod obijcitur, præsidia, quorum primum & tutissimum est, ut quod obijcitur, negemus, transferamusque omnem probationem in actorem: quoniam, ut Paulus ait, ei incũbit probatio qui dicit, non ei qui negat. Alterum, ut si quod obijcitur, negari non possit, non tamen concedamus id esse, id rectè definiri, quod aduersarius intendit. Tertium, quod ipsum honestissimum est, ut quod factum est, iure factum esse dicamus. Sic enim Opimius fatetur à se Gracchum iure occisum esse, quòd seditiosis legibus reipub. tranquillitatem turbare conatus esset: cum tamen leges uetent, hominem indicta causa necare. Et Numius impunè & iure interfecit Gracchum, in adulterio noctu deprehensum. *in l. 2. ff. de probat. fac. l. act. C. eod. tit. l. qui accus. C. de edend.* *l. 1. ff. ad l. Corn. de sicar. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult.*

Hinc quoque rhetores tres status faciunt, ut sit coniecturalis, definitiuus, qualitatis. Quorum unum aliquem in una causa tractari necesse est. Velim autem in omnibus his diligenter exerceri iuuentutem. Nam incredibile est dictu, quantam ingenij lucem, iudicijque magnitudinem adferant hæ præceptiones rhetorum, si non in scholis consenescant, sed ad usum forensem & reipub. lucem referantur.

STATVS VNDE NASCATVR. CAP. XIIII.

1 *Status coniecturalis unde nascatur.*
2 *Qualitatis statum ex quatuor oriri.*
3 *Duplicem qualitatem facere rhetores.*
4 *Referre an casu aliquo peccatum sit, an consultò.*



T quoniam hanc studij partem, ut in forensibus actionib. maximè necessariam, sic usu & cognitione dignissimam, uideo à iurisconſ. neglectam ferè, planeque ad solos rhetores esse remissam, cum tamẽ exiguus eius usus, nisi ad fori lucẽ referat. esse queat: putaui officij mei esse, paucis hic eam rẽ tractare.

1 Status cõiecturalis, ubi factũ negatur, ex prima intentionis & inficiationis conflictione, hoc est, autore Azone, ex exceptione intẽtionis siue facti, qua id qđ obijcitur, factũ negamus, nascit: ut si actor depositũ repetat, reus neget apud se quicquam depositum, oritur quæstio & status cõiecturalis, fuerit'ne depositum? Nihil enim præter hanc cõiecturalem quæstionem amplius excutitur. Nam ubi crimen, quod intenditur, inficiatione depellitur, nihil quæri amplius potest, quàm, sit'ne crimen cõmissum: quoniam qui factum negat, nulla naturali ratione ad probationem, quæ actori incumbit, [a]impellit: nisi fortè euidens[b] præsumptio aut casus hũc ordinẽ interuertat.[c] *a l. frust. C. de probat. l. ei incum. ff. de prob. l. act. C. eo. tit. l. qui accus. C. ed.* *b l. siue possid. C. de probat.*

Vbi autem facti causa tractatur, status emergit ex his quatuor: intentio-
2 ne, depulsione, ratione, quæ depellendi criminis causa adfertur, & firmamento, quo ratio labefactatur, idque Græcis συνέχον appellatur. Exemplum tale est, quod de sententia Diui Adriani Martianus refert:[d] *c Extant in hãc rationẽ pulchræ in primis præception. apud Bartol. et Cyn. in l. act. C. de proba.*

Intentio, Occidisti filium Tuberine.

Depulsio: Occidi, sed iure. estque hic quæstio.

Ratio, quæ αἰτία Græcis dicitur: Iusto enim animi dolore atque impetu tactus eum occidi, propterea quòd nouercam adulterauit.

Firmamentum ad labefactandam rationem: Etsi nouercam adulterauerit,

p

Bal. in l. hoc ampl. C. de fideicom. & in l. hi qui ad ciuil. C. de appel. Abbas in c. bonæ memor. el. 2. de elect. & doct. in l. in illa stipul. ff. de uerb. oblig. & Bart. in l. i. C. de can. frum. urb. Ro. lib. 11. Cod. d in l. diuus Adrian. ff. ad. l. Iuliam de parricid.

rit, non tamē fas tibi patri fuit in uenatione filium necare, & sic latronis ma
gis, quàm patris iure illum interficere: præsertim cum patris potestas in pie
tate, non autem in atrocitate consistere debeat.

Ex hoc concursu τ̃ αἰτίας ϗ τ̃ συνέχου, oritur ζήτημα et status qualitatis: iu
re'ne Tuberinus filium suum occiderit? Simile exemplū ferè est in l. si adul-
terium. §. Imperatores. ff. ad l. Iuliam de adulter. Estq; similis omnino ratio
status definitiui, quotiens non conuenit id quod definitur.

Sed rationum atq; firmamentorum lata est contentio, & subinde alia at-
que alia firmamenta cùm ab actore, tum etiam à reo adferuntur. Nam sicut
a in l. 1. §. illud. ff. de except.
exceptio siue αἰτία actoris intentionem, ita replicatio siue firmamētum rei
defensionem excludit: & contra replicationem, ut[a] Vlpian. ait, datur du-
plicatio, contra duplicationem triplicatio, & deinceps multiplicantur no-
mina, dum aut reus aut actor obijcit.

Quando autem huius generis omnia defenduntur, uel quòd fieri neces
Duplex qualitas, absoluta, assumptiua.
se fuerit, uel quòd infesto casu aliquo & imprudentia, id quod in crimina-
tionem trahitur, factum sit, uoluerunt rhetores, ut duplex esset qualitas. Ab 3
soluta uidelicet, quæ legibus & constitutionibus, naturali quadam pieta-
te, fide, religione, æquo & bono contineretur. Assumptiua, qua factum in-
firmum & parum probabile externis siue commendationibus siue proba-
tionibus cōprobaretur. Huius loci sunt, concessio, quæ peccati confessio-
nem habet, ad cōmouendum iudicis animum misericordia: idq; uel excu-
b in l. absentē. §. refert. et in l. respiciendum. §. delinquūt. ff. de pœnis.
satione, uel deprecatione culpæ. Quoniam ut[b] Vlpian. existimat, in om- 4
nibus delictis refert consultò aliquid, an uerò casu sit admissum: ac proinde
Paulus[c] putat, in pœnalibus iudicijs ætati & imprudentiæ succurrendum
c in l. ferè. & l. fact. §. in pœn. ff. de re iud.
esse. Item translatio & remotio criminis. Sed rarò assumptiua qualitas in iu
dicio, frequenter uerò in senatu, & ubicunque uel principis, uel iudicis cle-
mentia est, tractari solet. Sunt & alij legales status quatuor, quos Cicero[d]
d in Topicis.
legitimas disceptationes uocat. De quibus pòst amplius, in præceptioni-
bus οἰκονομίας dicemus.

BONI ET RECTI IVRISCONSVLTI ESSE, ANTE-
quam aduocationem suscipiat, uniuersæ causæ genus, quò
omnia consilia atq; argumenta referenda erunt,
animo percursum habere. Cap. XV.

1 *Antequam agatur quicquam, nostrum esse ut diligenter nos ipsos præparemus.*
2 *Propterea aduocati esse, ut curet, ut rectè à reo instruatur.*



Nteger & iurisdicendi peritus uir, causæ genus, in quo uersan-
dum sit, ante omnia habere animo percursum debet: quò re-
ctius ex ipsius natura & circumstantijs, tanquam neruis & ui-
sceribus, omnē probationis defensionisq; uim atq; copiā du-
Lib. Offic. 1.
cere queat. Nam ut Cicero præcipit, in omnib. negocijs prius- 1
q; aggrediamur, adhibendam esse diligentē præparationē: ita nobis, qui iu
diciū rectum in causis ac reb. definiēdis facere cupimus, causæ genus ac sta
tus, ipsiusq; litis cardo planè erit cognoscēdus: nō ideo solū, qđ tamē ipsū
permagnū est, qđ hæc præparatio magnā argumentorū defensionisq; uim
Vide in hanc sententiam, quæ Spec. trad. tit. de aduoc. §. nūc tractemus qualiter aduocatus se habere debeat cū clientulo.
suppeditat: sed q nemo, ut ait Quintil. ita reperiat̃ ingenio tenui, qui cū om
nia quæ sunt in causa, diligenter cognouerit, ad docendū certè iudicē non
sufficiat. Optima aūt cognoscēdæ causæ ratio ea fortasse fuerit, ut quemad 2
modū sobrij faciunt medici, qui ægrotantis ualetudinē, non solū ex corpo-
ris habitu atq; signis, uerumetiā familiæ obseruatione discūt: ita rectus ad-
uocatus magna cum fide & diligentia causę, cuius procurationē sibi sumit,
circūstantias oēs ex reo inquirat, cōpellatq; eū fateri ac detegere, quęcunq;
uel

uel prodeſſe uel obeſſe cauſæ poterunt. etiam moneat, ne quid diſsimulet, ne falſi quippiam, aut odium, aut iniquitatē in iudicium adferat: ſed recordetur Dei, non hominis ſe iudicium ſubiturum: etiam ferendum ſibi quiduis potius, quàm deponendam Chriſtianam dilectionem eſſe. Deinde, cognita iam cauſa, perſonam aduerſarij ſibi induat, conetur[que] contrarijs rationib. & probabili aliqua diſceptatione ea refellere, quæ à litigatore pro cauſæ ſuæ confirmatione ſunt dicta: ita futurū, ut probè fideliter[que] inſtructus ad cauſam accedere poſsit. Poſtremò ſi cauſa iuſta & legitima ſit, quā obrem actio iuris perſequendi ſine iuſta cuiuſquam indignatione, ſine impia læſione fraternæ charitatis proponi poſsit, hanc diligentiam adhibeat, ut omnibus rebus ac argumētis, certiſsimis[que] probationibus ſuſceptā cauſam tueatur: & quibus rebus iudicem ipſum permoueri præcipuè poſſe exiſtimet, earum firmamento utatur: ſemper[que] cogitet, quàm grauem functionem ſuſtineat, in cuius fidem atq[ue] tutelam innocētiſsimi cuiuſq[ue] dignitas, res & fortunæ committantur. Pudet enim dicere, quantam omnis ueræ diſciplinæ, morum & uitæ deprauationem adferat hæc cura neglecta.

ACTIONIS VIM NATVRAM'QVE INquirendam eſſe. Cap. XVI.

1 *Neminem ſine actione iudicio rectè experiri.*
2 *In rem actionem, uendicationem dici, & quæ illa ſit.*
3 *Vt illa detur alicui, quæ interuenire oporteat. Et num. 5.*
4 *Directum atq; utile dominium differre.*
6 *In rem actio in quem competat. Et num. 7.*
8 *Mendacij conuicti poſſeſsionem in actorem transferri, etiam nihil probantem.*
9 *Pro rebus incorporalibus, hoc eſt, iuribus nobis cōpetentibus, ut ſeruitutibus, duas actiones dari, confeſſoriam ſcilicet, & negatoriam. Et num. 12.*
10 *Vrbani atq; ruſtici prædij explicatio.*
11 *Certæ regulæ, ad ſeruitutum differentiam cognoſcendam.*
13 *Diuerſa natura actionis confeſſ. & negat. quàm cæterarū in rem actionū, quòd etiam poßidenti dentur.*
14 *Actionem in perſonam condictionem appellari, & quæ illa ſit.*
15 *Actionum in rem aliàs ciuiles, aliàs prætorias eſſe.*
16 *Publicianæ actionis, quæ prætoria eſt, deſcriptio.*
17 *Circa Publicianam doctorum iur. ciuil. & canoniſtarum diſcrepans opinio.*
18 *Actio reſciſſoria.*
19 *Libellos reſtitutionem in integrum petentes, prudenter formandos eſſe.*
20 *Reuocatoriæ actiones, Pauliana, Fauiana, & Caluiſiana.*
21 *Bonorum in fraudem creditorū alienatorū poſſeſſoribus, ius retētionis quando cōpetat.*
22 *Legibus inimicam eſſe fraudem.*
23 *Actio Seruiana & quaſi, & Saluianum interdictum.*
24 *Tutius eſſe in pignus ſeu hypothecam agere, quàm in perſonam.*
25 *Tres tantum actiones perſonales, prætorias eſſe.*
26 *Pactum nudum fomentum accipere ex lege prætoria.*
27 *Quatenus hodie pater, & quando, pro filio teneatur.*
28 *Actionem de peculio hodie rectè poße referri ad monachos & abbates.*
29 *Actiones nōnullas pœnales, prætorias eſſe: eaſq; plerūq; annales, neq; in hæredes dari.*
30 *Præiudicialium actionum alias ciuiles, alias prætorias eße.*
31 *Per minorem cauſam maiori præiudicium fieri non oportere.*
32 *Omnem actionem perſonalem, uel rei perſequendæ gratia, uel pœnæ, comparatam eße.*
33 *Actiones mixtæ tres, hoc eſt, tam in rem, quàm in perſonam competentes.*
34 *Arbitrariæ actiones.*

p 2 35 Multi-

35 *Multiplicem eſse actionum diuiſionem.*
36 *Litigandi temeritatem impunitam eſse non oportere.*
37 *Iuſtinianus æquitatis ſtudioſus.*



Qvando plerūq; ſemper fit, ut ſine actione nemo in iudicio ex-
periatur, uidere ante omnia bonus & integer aduocatus, aut
quicunq; is ſit qui litem inferre conatur, debet, quam habere
poſsit actionem. Omnis enim ſiue actionis ſiue defenſionis 1
uis atq; poteſtas, omnis labor pro optimorū hominum cauſa,
pro reipub. dignitate ac ciuium ſalute ſuſceptus, prorſus cōcidit, niſi actio-
nem,[a] qua quod nobis debetur, in iudicio proſequimur, probè & longa ſtu
dij tractatione cognoſcamus. Et quemadmodum uiator, qui uiam perue-
niendi, quò ſumma itineris contentione progreditur, ignorat, in graui ſæ-
pe ac difficili erratione hæret, & uix ſerò ſperatam metam conſequitur: ita
qui actionem iuris ſui perſequendi ignorant, infœliciter cauſarum procura
tionem ſuſcipiunt. Ac proinde danda in primis opera, ut actionis, qua ex
periri uolumus, uis naturaq; nobis ſit planè cognita atq; perſpecta.

Quemadmodum autem ius uniuerſum referri diximus uel ad perſonas,
uel res, uel actiones: ita actio omnis, qua inter iudices arbitros'ue quæritur,
aut in rem eſt, aut in perſonam. In rem actio,[b] inquit Vlpian. per quam rem 2
noſtram, quæ ab alio poſsidetur, petimus, & ſemper aduerſus eum eſt qui
poſsidet: eaq; uocatur, definitore eodem Vlpiano,[c] uendicatio.

Vt autem in rem[d] actio detur, regulariter interuenire ſolet uel dominiū 3
rectum, ad inducēdam directam rei uendicationem: uel domininum utile,
quale eſt, quod emphyteota & ſuperficiarius in re habent: daturq; eo caſu
utilis rei uendicatio. Hoc enim inter directum & utile dominiū intereſt, 4
quòd qui directum dominiū habet, nō agnoſcit ſuperiorē in iure dominij,
aliter atq; ſi utile[e] dominium habeat. Aut uerò, ut quaſi dominium in re,
quæ pentur, habeamus: cuiuſmodi eſt illud, q bonæ fidei emptor, qui non-
dum uſucæpit, habere ſolet. Quo caſu competit Publiciana actio, ut mul-
tis declarat Imperator:[f] uel deniq;, ut ius aliquod in re habeamus, ueluti
ſeruitute, quo modo nobis competit Seruiana ſiue hypothecaria, aut qua-
ſi[g] Seruiana actio. Semper enim ut actio nobis in rem cōpetat, unum ex 5
his quatuor interueniat neceſſe eſt: quod non negligēter obſeruabit iuuen-
tus, quoniam certa quædam huius rei cognitio Methodum & uiam quan-
dam præparat ad inueſtigandam & conſequendam actionē, ad quam om-
nes rationum, argumentorum & probationum loci referri queant.

Quod aūt diximus in rem actionē contra eum ſemper dari, qui eam poſ- 6
ſidet, hanc ſignificationē habet, ut etiam in eum detur, qui rem poſt factam
litis conteſtationē poſsidere dolo deſierit,[h] quoniā quaſi poſsidere dicit̄. Si
uerò ante litis cōteſtationē dolo fecerit, quo minus poſſideat, rectè in eum
actio in factum dabitur, ad conſequendum quod noſtrum intereſt, ut inge-
nioſe tradit[i] Panormitanus. Nam & eum qui poſt primam citationē, rem
quæ petitur poſsidere deſinit, in dolo eſſe, Bald.[k] & Felynus ſcribunt. Mul
to uerò magis tenebitur, qui lata aliqua culpa rem poſsidere deſijt, referēte
Caio iureconſulto.[l] Sed & in nudū detentatorē, ueluti colonū depoſitariū,
& eiuſmodi alios, & eum qui naturaliter tantū poſsidet, ut in emphyteotā,
uſufructuariū, & eius generis alios, in rem actio ſiue rei uendicatio datur.

Sicut autē actio in rem in eū datur, qui uel naturaliter uel ciuiliter poſsi 7
det, uel poſsidet naturaliter tantū, uel detinet iuxta formā in l. ij. C. ubi in rē
actio detur, præſcriptā: ita prudenter conſulit ac monet Caius iureconſul-
tus,[m] ut petitorio iudicio uſurus, ante omnia, & ne fruſtra experiat̄, diligen-

a l. ſi pup. §. uideam. ff. de neg. geſt. l. quot. §. itē ſi temp. ff. de adminis. tut.
b l. action. ff. de act. & oblig.
c in l. act. ff. de act. & oblig.
d l. 1. C. de alien. iudic. mut. cauſ. fact. & §. omn. inſtit. de act. l. in rē. ff. de rei uēd.
e l. 1. §. ult. ff. ſi ager uectig. uel emp. pet. l. 1. §. & quod aut. ff. de ſuperfic.
f in §. ſed iſta. inſtit. de act. & probat. amplius to tit. ff. de pub. in rem act.
Actio Publiciana.
Seruiana, hypothecaria.
g in §. itē Seruia. inſt. de act.
h l. is qui dolo. l. fin autē. §. ſed ſi quis. ff. de rei uend. l. qui dolo. l. par. ff. de reg. iu. Bart. amp. in l. uni. C. de alie. ind. mut. cauſ. fa.
i in c. 1. de alie. iud. mut. cauſ. fa.
k hic in c. ult. de iud. ille in c. aduerſ. tuo. extr. de except.
l in l. qui petit. uerſ. qui rem. ff. de rei uendicat.
m in l. qui petitor. ff. de rei uendicat.

ter

ter inquirat, an is, cum quo actionē instituere cupit, possessor rei, quæ uendicari debet, sit, uel dolo desijt possidere: quoniã qui se rem possidere falsò negat, quã tamen reuera possidet,[a] is mendacij cõuictus, possessionē amittit, debetq; ea possessio in actorē[b] transferri etiã nihil probantē: nec si fortè postea mendacij illũ pœniteat, iuuandus erit exceptione illa Hodie[c] constat, hodie agatur. Idq; odio mendacij. Ac proinde, quod attinet ad iudicis religionem, si reus rem, quæ petitur, à se possideri neget, actorem petentem in eius possessionem, tanquam uacantem mittere, autore[d] Angelo, debet.

9 Porrò sicut pro rebus corporalibus, ita quoq; pro incorporalibus proditæ sunt in rem actiones: quarũ altera confessoria appellatur, quæ ei datur, qui ait ius sibi esse in fundo fortè, uel ædibus utendi, fruendi, per fundum uicini eundi, uel ex fundo uicini aquã ducendi: item ædes altius tollendi, prospiciendi'ue, uel proijciendi aliquid, uel immittēdi tigna in uicini ædes,
10 siue ius illud nobis in urbanis, siue rusticis prædijs nobis competat. Vocamus autem urbanum prædium, quodcunq; ædificium, siue in urbe, siue in pago aut uilla quadam positum sit. Rusticum uerò prædiũ illud, quod cunq; ædificio caret: quoniam hanc differentiam non locus, sed natura facit,[e] ut ait Vlpianus. Altera uerò negatoria dicitur, quæ ei datur, qui negat ullam seruitutem deberi: ueluti ius[f] utendi, fruendi, ædificandi, agendi, &c. Vocantur autem eiusmodi incorporalia iura seruitutes, quarum differentiam iurisconsulti faciunt, ut aliæ sint meræ personales, ipsis personis inhærentes, qualis est seruorum: aliæ personales, non tamen meræ: cuiusmodi sunt, quas res ipsa, ueluti habitatio, usus fructus personæ defert, & simul [g] cum persona extinguitur. Aliæ uerò meræ reales, propterea quòd rei perpetuò inhæreant, nec constitui sine re possunt: ut si tuum prædium ius agendi prædio meo debeat. Vocaueruntq; ideo iureconsulti prædium dominans, cui ipsa seruitus debeatur:[h] & prædium seruiens, cui seruitus imponatur. Et harum quidem realium seruitutum quasdam causam continuam, alias uerò quasi continuam habere, docet alicubi glossa.[i]

11 Sed ut magnus est usus harum seruitutum: ita diligenter obseruanda erit earum differentia, propterea quòd maximarum rerum momenta in his uerti, grauissimasq; contentiones hinc exoriri sæpe uidemus: dum hic personalem, ille uerò realem seruitutem esse contendit, hoc ipsum quod petitur. Regula igitur prima cognoscendæ seruitutis hæc sit.

1 Quotiens seruitus simpliciter & nullo interposito pacto personæ cuipiã ex mera liberalitate concessa est, nulla facta mentione hæredum uel rei, cui prodesse seruitus eiusmodi possit, ea seruitus[k] personalis dicẽda est: ut si Titio pro mea in illum uoluntate amica & perpetua, usum communionemq; horti, aut bibliothecæ, aut fundi mei faciam.

2 Altera est, ubi in rem seruitus constituta est, neq; tamen ex ea seruitute quicq; utilitatis ad rem ipsam peruenit, ueluti, ut Sempronius usum æstuarij mei habeat, balneis ac thermis meis utatur, in dubio eiusmodi seruitus [l] personalis dicenda erit, aliter atq; si in utilitatem rei constituta uideatur: ut si constitutus sit aquæ ductus ad irrigandum fundum Caij.

3 Tertia est, seruitus pacto uel stipulatione cõcessa, in dubio censet[m] realis.

Quas autem hic regulas, siue differentias seruitutum tradimus, easdem, spectandas esse putamus in principum priuilegijs,[n] rescriptis, sententijs iudicum, impositis muneribus, & eius generis alijs: in quibus locus, persona, res, dignitas, facilè arguunt differentiam.

P 3 Nec

a l. off. ff. de rei uend. l. si uent. §. in bon. ff. de prio uil. cred. Bald. in l. 2. C. ubi in rem act. det. Bart. in l. Pomp. §. is qui precar. ff. de acquir. poss. doct. ferè om. in d. §. om. instit. §. act.

b l. ult. ff. de rei uẽd. Panor. in c. pen. in 6. de iur. calum.

Vrbanum et Rusticum prædiũ.

c d. l. ult. ff. de rei uend. in gl.

d in d. l. ult. ff. de rei uend.

e in l. urban. ff. de uerb. & rer. signific.

f inst. in §. æq. si æg. tit. de act. l. 2. ff. si seruitus uendic.

g l. sicuti. §. ult. ff. quib. mod. ususfr. amit. l. non sol. §. tale. ff. de libert. leg.

Vtiles regulæ cognoscendæ seruitutis.

h l. uia constit. §. si fund. l. cum fund. ff. de seru. rust. præd. l. act. gen. ff. de act. et oblig. l. quot. ff. de seruit.

i gl. mag. in l. seru. ff. de seruit.

k l. stipul. ista. §. si quis ita. ff. apud iulium. §. si quis alicu. ff. de leg. 1. l. non solum. §. tale. ff. de lib. legat.

l l. Lucius. ff. de seru. rust. prædior. l. Aquil. ff. de donat.

m l. si pactum. ff. de probatio. Io. an. Fabri pulchrè in §. æquè. uersic. porrò. instit. de action. n Vide C. cum uenissent. de instit. l. forduor. C. de excus. muner. lib. 10. & l. quamuis. ff. de recept. arbitr.

Nec tamen hæ, quas diximus, duæ actiones pro seruitutibus tantū, sed 12
pro omni re incorporali, cuiusmodi sunt decimæ, [a] iurisdictio, ius præsen-
tandi, & eiusmodi alijs dari solent: & quod obseruari cura præcipua de 13
bet, quòd hæ etiam dentur possidenti: cum tamen in alijs actionibus non
idem fiat. [b] Sed hæ tantum actiones, & si quæ eis sunt similes, ex legitimis
& ciuilibus causis descendunt.

In personam actio est, quæ & condictio appellatur, qua cum eo agimus, 14
qui nobis obligatus est ad aliquid faciendū, uel dandum, & semper aduer-
sus eundem locum habet. Cuius generis sunt actiones omnes ex cōtractu,
uel quasi, ex maleficio uel quasi natæ. Ita enim eas ex uarijs causarum figu-
ris oriri, Vlpianus scribit. [c] De quibus infrà dicemus: nunc enim inchoa-
tum ordinem prosequi malumus.

Actiones illæ tres, quas diximus, sicut ciuiles in rem actiones sunt, ita 15
quædam in rem proditæ sunt actiones prætoriæ. Quarum rursus quędam
sunt reales, personales, prętudiciales. Sic enim ait Imperator: [d] Aliæ autem
sunt actiones, quas prætor ex sua iurisdictione comparatas habet, tam in
rem, quàm in personam, &c. ut Publiciana, & aliæ.

Publicianæ descriptio ex ijs quæ paulo antè commemorata sunt, satis 16
apparet, etiamsi officiosam admodum eius definitionem faciant plerique le-
gum præceptores. Datur enim ea actio ex æquitate [e] prætoria ei qui rem
nactus est, iusto quidem titulo, sed tamen à non domino, quasi rem usuce-
perit. Necessaria igitur in hac Publiciana tria hæc, titulus uidelicet, bona fi-
des, traditio uel quasi. Magna sanè cognatio & quædā similitudo est actio
nis [f] Publicianæ cum rei uendicatione, siue in rem actione. Omnia enim ea
dem esse putat Marcellus [g] in Publiciana actione, quæ in rei uendicatione
insunt: & quibus in casibus constitui posit usucapio, in ijsdem quoque Pu-
bliciana esse locum: cum hac tamen distinctione, quòd Publiciana actio
etiam ad [h] res incorporales referatur: neque contra eum qui titulo [i] posidet,
datur, nisi fortè illum titulum à fure & illegitimo actore habeat. In hac Pu- 17
bliciana actione præstantes legū interpretes putant, autoris malam fidem
non nocere bonæ fidei successori. qua in sententia sunt Bart. [k] Bald. Angel.
& Marcellus refert, [l] me bonæ fidei emptorem fuisse, quamuis à non domi
no emerim: licet ille callido consilio uendiderit. Alioqui enim uix locus
esse posit actioni Publicianæ. Diuersum tamen ius canonicum statuit, ne
scilicet contra malam fidem præscribi posit. [m]

Ex eadem prætoria æquitate descendit actio, quæ rescissoria [n] Vlpiano 18
dicitur, & contra absentem, qui rem præsentis usucepit, rescissa usucapione
datur: per quam petitur, id quod erat usucaptum, perinde ac si usucaptum
id non fuisset.

Rursus ex diuerso, inquit Iustinianus, [o] si quis cum reipub. causa abesset,
uel in hostium potestate esset, rem eius qui in ciuitate esset, usuceperit, per-
mittitur domino (si possessor reipub. causa abesse desierit) tunc intra annū,
rescissa usucapione, eam petere: id est, ita petere, ut dicat, possessorē usu non
cepisse: & ob id suam esse rem, &c. Propriæ huius restitutoriæ actionis par-
tes erunt: Primùm, ut non nisi iusta de causa detur: quoniā Marcellus scri-
bit, prætorē dicere solere, Si qua alia causa mihi iusta uidebitur, in integrum
restituam. estque huius clausulæ uis maxima: referente Bartol. [p] Deinde com
munis est iurisprudentium sententia in d. §. Rursus ex diuerso, ut actio re-
scissoria competat, necesse est, [q] ut prius in integrum restitutio detur: hoc
est, inter-

a Ioan. Fab. in §. æque. instit. de act. doc. in c. ius. & in c. probib. de deci. Bald. in rubric. de usufr. Innocent. in c. de quarta. de præscript.
b text. est in l. si fortè. §. scīd. ff. si seruit. uend. & in l. uti frui. §. utr. autem. ubi Bart. ff si usufr. petat.
Prætoriæ actiones.
c in l. 1. ff. de action. & oblig. instit. de act. in §. superest.
d in §. aliæ aūt. sunt. insti. de act.
e Io. Fab. in §. sed istæ. instit. de action.
f in d. §. sed istæ. & in l. siue aūt empt. §. 1. & 2. ff. de public. in rem action.
g in l. eum qui à fur. uers. in public. ff. de publ. in rem actione.
h l. si ego emi. uersic. 1. & 2. ff. de public. in rem actione.
i l. siue aūt emptori. §. si duob. ff. eod. tit. Bald. in l. uiciuilem. C. de furtis.
k in l. eum qui à fur. §. prætor ait. ff. de public. in rem act.
l d. l. eum qui à furioso.
m in c. uigil. ibi Fely. & c. ult. de præscript. & in reg. poss. malæ fid. in 6. pulchrè Auth. malæ fidei. C. de præscript. lōg. temp.

n in l. nec nō. §. excēpt. ff. ex quib. caus. ma. in integ. rest. o in §. rursus ex diuers. instit. de act. p in l. sed et si per præt. in §. item inquit. ff. ex quib. caus. mai. in integ. Bart. in l. seru. inuit. §. cum præt. ff. ad senat. Trebel. q doct. pler. omn. in d. §. rurs. ex diuerso. per l. quamuis. §. si cum ess. ff. ad senatusc. Velleia. & l. si quis Titio. ff. ex quib. caus. maior. in integ. restit.

est, interprete Iustiniano, rescissa sit usucapio, siue ea immobiliũ siue mobi-
lium rerum sit. Postremò, ut loco utilis anni hodie quadrienniũ[a] ad impe-
trandam restitutionem detur: sic tamen, ut hoc quadriennium à tempore
19 scientiæ incipiat, neq; obsit probabiliter ignoranti. Prudentiæ igitur erit,
uidere, & in libelli[b] expositione diligenter obseruare, quatenus petatur in
integrum restitutio, propterea quòd ea ad læsionis qualitatẽ referri perpe-
tuò debeat: ut si possessio solum læsa ac turbata sit, eius restitutionem tan
tum petamus. Si dominium, uel eius cõpetens actio læsa sit, idipsum quod
læsum est, utili præscriptione restituatur. Si & possessioni & proprietati il-
lata sit læsio, utriusq; restitutio ut petatur. Quatenus etiam officium iudicis
rescindentis, & actio rescissoria coniunctim inseri libello[c] possint, pluribus
uerbis docet Ias. in d. §. rursus ex diuerso.
20 Hinc quoq; descendunt prætoriæ illæ actiones in factum, quæ reuoca-
toriæ dicũtur: cuiusmodi est Pauliana, quæ datur aduersus eum qui in frau-
dem creditorum rem suam alicui tradiderit, bonis eius à creditoribus pos-
sessis, ut ex sententia præsidis permittatur ipsis creditoribus rescissa tradi-
tione eam rẽ petere: id est, interprete Iustiniano,[d] dicere, eam rem traditam
non esse, & ob id in bonis debitoris mansisse. Item Fauiana, quæ soli patro-
no datur, ad reuocanda ea quæ libertus in fraudem patroni alienauit inter
uiuos, uel ultima uoluntate, quo minus patronus habeat tertiã: & quæ tam
creditori quàm patrono datur, à iurisconsultis[e] Caluisiana dicta. Paulus in
l. uideamus. ff. de usuris, putat in Fauiana actione & Pauliana fructus quo
que restitui: propterea quòd emptor id agat, ut perinde sint omnia, atq; si
nihil alienatum esset. Et siue corporalia, siue incorporalia sint, quæ reuocan
tur; non est necesse, ut precium restituatur, nisi illud fortè adhuc extet, aut
in debitoris utilitatem sit[f] conuersum, aut patroni persona discrimen hic fa
21 ciat. Quod si bonorum possessores, in quos alienatio in fraudem credito
rum facta per debitorem est, ante institutam litẽm conuenti, soluere credi-
toribus quod ipsis debetur uelint, habebunt ius retentionis: quia hic nul-
lum præiudicium alijs creditoribus adfertur.[g] Qua in re obseruandum, ut
si res una duobus uendatur, potior sit in rei uendicatione,[h] & Publiciana
actione, cui res prius sit tradita. Aliter atq; si uni in fraudem & participan-
ti prius esset tradita, aut si extra fraudem prior illa traditio facta esset ex cau
sa donationis, & sic titulo lucratiuo. Nam in utroq; casu ipsa traditio infrin-
geretur per hanc reuocatoriam actionẽ, ut tradit Iason.[i] Sed & nominum
cessio à debitore in fraudem facta[l], poterit per cessionarium hac reuocato-
ria actione repeti, ut idem Iason commemorat. Et quemamodum potio-
res sunt creditores, qui hypothecam habent, etiamsi tempore sint poste-
riores: tamen si fraude aliorum creditorum eam hypothecam acceperint,
nihil ea ipsis proderit: quoniam hac actione reuocari per cæteros credi-
22 tores, qui nullam hypothecam habent, poterit. Est enim legibus &
omnibus moribus bonis inimica fraus, ut Iason scribit in §. Item si quis
in fraudem. Institut. de actionibus. qui plerasq; alias præceptiones in
hanc rem tradit.
23 Ex prætoris iurisdictione substantiam capiunt duæ illæ actiones: Ser-
uiana,[k] qua quis de reb. coloni, siue etiam inquilini, qui pignoris iure pro
mercedibus fundi tenentur, experitur. Quasi Seruiana, quę & Hypotheca
ria dicitur, qua creditores pignora hypothecasq; prosequunt͠:[l] idq; nõ so-
lum propensione debita, et q; fundus factus sit deterior, sed etiam alia qua-
uis obligatione. Sed ea tamen bona tacitè sunt oppignorata, quæ per colo-
num eo sunt animo in fundum, siue rusticũ, siue urbanũ prædium inuecta,
ut isthic

a gl. in d. §. rursus ex diuerso. et in l. in crim. C. de iurisdic. omn. iud. l. ult. C. de in integ. rest.

b Baldus in l. fals. C. si ex fals. instrum. Paulus de Castr. in l. ult. C. de dolo malo.

c l. ait præt. §. item ei. ff. ex quibus caus. mai. Iason in d. §. rurs. num. 76.

d in §. itẽ si quis in fraud. inst. de act. Iac. l. uideamus. §. in Fauiana. ff. de usur.

e l. 1. §. 1. ff. si quis in frau. credito. l. 1. C. si in fraud. patroni.

f l. ex his. l. si debit. l. ait præt. §. ult. ff. de ijs qui in fraud. cred. i. Cyn. in l. 1. C. de præscript. 30. uel 40. anno. Iason in §. item si quis in fraudem. num. 89. & numer. 116. instit. de action.

g Fab. Dyn. Iason, in d. §. item si quis. Bar. in d. l. ait præt. §. il.

h l. quot. C. de rei uendic. l. siue autẽ. §. si duob. ff. de public.

i in d. §. item si quis in fraud. numer. 116.

k in §. itẽ Seruiana. instit. de actionib.

l Angel. in d. §. itẽ Seruia. Bartol. in l. solut. §. solutam. ff. de pignor. act. et amplius in l. si filio. ff. soluto matrimon. quon. dos.

ut ifthic perpetuò maneant. Ac proinde debitorum nomina, chirographa, [a] instrumenta, merces, & aliæ res uenales propter frequentẽ & necessarium usum eximuntur. Porrò & emphyteotæ, & qui eiusmodi hypothecam habent, etiamsi tempore sint posteriores, cæteris tamen creditoribus enã antiquioribus præferuntur. [b] Sed & minorum quoq; res pro tutelæ administratione tacitè pignorant tutoribus, uel curatoribus. [c] Magnam cum his actionibus cognationem habet Saluianum interdictum, ad idemq; compe-

24 tit.[d] Vsus harum actionum hinc satis apparet, quòd tutius semper est in pignus uel hypothecam, quàm in personam agere. ut est text. in §. furti. Institut. de obligat. quæ ex delicto. & in §. ult. Institut. Quibus modis re contraha. obligat.

25 In personam quoq; prætor has tres actiones proposuit: [e] ueluti actionem de constituta pecunia, item de peculio seruorum filiorum'ue familias, & eam ex qua quæritur, An actor iurauerit? Actione de pecunia [f] constituta cum omnibus agitur, quicunq; pro se uel pro alio soluturos se constituerint, nulla scilicet stipulatione interposita. Nam alioqui si quis stipulanti promiserit, iure ciuili tenetur. Hæc igitur ut detur, fieri debet nudo pacto, hoc est sine aliqua aut interrogatione aut stipulatione, uel per nũcium,

26 uel per epistolas: [g] quoniam hæc actio ideo ex nudo pacto proditur, quòd fomentum à lege prætoria pactum nudum accipiat. Deinde ut detur, necesse est ut debitum præcedat, ut tradunt doctor. legum in §. in personam. institut. de actionibus. Postremò quoniam hæc actio est prodita in subsidium deficientis actionis, consentaneum est, nunquam eam competere nobis posse, quoties uel pactum, uel constitutum in eum conceptum dicitur, qui alioquin eo nobis obligatus est, ex ipsius uel contractus uel legis dispositione. Scribit in hanc sententiam pleraq; multa Iason, [h] quem studiosa iuuentus diligenter legat.

Iure ciuili cauetur, ne uel pater [i] ex contractu filij, uel dominus ex contractu serui obligetur: propterea quòd iniquum sit, alieno contractu aut quasi, aut etiam delicto uel quasi quem teneri. [k] Sed prætor tamen naturalem æquitatem secutus, actionem de peculio comparauit, [l] ut pater dominus'ue peculio tenus obligarentur, siue peculium illud aduentitiũ, siue pro-

27 fectitium foret: quoniam iure antiquo nulla hic facta distinctio. Sed hodie pater, [m] quotiens filij sui res siue peculium tam aduentitium quàm castrense occupat, tanquam hæres obligatur non peculio tenus, sed in soli-

28 dum tanquam legitimus filij administrator. Quod autem ueteres de filio & seruo in hac actione constituerunt, [n] id Ioan. Fab. Bald. Innoc. Ias. & alij rectè referunt ad religiosos uiros siue monachos, ut eorum contractu obligentur ij in quorum potestate & obedientia sunt monachi. Iurisprudentes huius actionis certas aliquot qualitates siue descriptiones faciũt, ueluti de in rem uerso: hoc est, quatenus peculium in rem patris uel domini uersum est. Item quod iussu, quotiens uel filius, uel seruus patris domini'ue iussu contraxit. Item exercitoriam, qua nauis dominus tenetur ex cõtractu eius, quem ipse naui præfecit. Item institoriam, in eum qui seruum tabernæ proposuisset. Quemadmodum tributoriam, qua & dominus serui causa in tributum uocatur: ut multis docent gloss. & doctor. in §. actiones autem de peculio. Instit. de actionibus.

Exceptio autem senatusconsulti Macedoniani efficit, [o] ut nec pater, nec filius contractu mutui teneatur, ne inde expectandæ mortis parentum occasio captetur. Qui tamen filiofamilias laboranti & inopi nulla re alia, nisi communis beneuolentiæ uoluntate commotus, mutuum dedisset, ei rectè

subue-

a doct. in d. §. itẽ Seruiana. et in l. cert. iur. C. loc. & in l. si ab eo. ff. de pig. Angel. & Ias. Fab. et alij. in d. §. itẽ Seruiana.
b l. interdũ. cũ l. sequ. ubi Bar. ff. qui potior. in pign.
c l. pro off. C. de administ. tut.
d l. 1. ff. de Saluia. interdict. et in §. interdict. instit. de interdict.
e in §. in personã. inst. de act.
f l. quod aũt. §. ul. ibi Bart. ff. de const. pec. Bald. in rub. C. de const. pecu. doct. in d. §. in personã. instit. de action.
g l. 1. ff. de const. pecu.
h in d. §. in person. instit. de act.

ACTIO DE PECVLIO.

i to. tit. C. ne filius pro pat. l. dominiũ. C. quod cum eo qui. l. filiusfam. ff. de action. & oblig.
k l. nõ debet. de reg. iur.
l in §. act. de pecul. instit. de ac.
m l. 1. C. de bo. mat. gl. in l. pat. qui. ff. de pecul. castrens.
n in d. §. act. aũt de pecul. Bald. in l. terminis. C. quod cũ eo qui. & in l. seru. C. commun. de succ. & in l. interposita. C. de transact.
o l. 1. C. ad senatusc. Maced. ff. eo. tit. per om.

ſubuenitur[a] tam contra patrem, quàm contra filium. Et ſicut certi aliquot
caſus, in quibus exceptio Macedoniani ſenatuſconſ. locũ non habet, com-
prehenduntur: [b]ita nec in filiofamilias mercatore, nec in eo pro quo pater
contractum mutuum ſoluere conſueuerit, locum habet.[c] Quæ ſententia
ſummam habet æquitatem.

Actionem uerò in factum, qua quæritur, an actor iurauerit,[d] prætor ei
iuſtiſsimè accommodat, qui poſtulanti aduerſario iurauerit, deberi ſibi pe-
cuniam, quam petit. Cuius rei cauſa præcipua eſt, quòd iureiurando dato
inferri debeat executio.[e] De iuramenti formis pòſt amplius dicemus.

29 Quemadmodum aũt hæ, quas diximus, actiones prætoriæ omnes ſunt
perſequendæ eius rei cauſa quæ apud noſtrum aduerſariũ eſſe dicitur: ita
quoq; prætor actiones aliquot pœnales proſequendæ pœnæ cauſa ex ſua
iuriſdictione introduxit, ueluti aduerſus eum qui ex albo eius quid corru
piſſet:[f] & in eum qui patronum uel parentem in ius uocaſſet, cum id non
impetraſſet. Item aduerſus eum, qui, ut Imperator ait, ui exemerit eum qui
in ius uocatus eſt, cuius'ue dolo alius exemerit, &c. Aut ſi publica edicta
ciuitatum ualuis affixa, aut etiam ſtatuas temerè & petulanter auulſerit, ut
Angel. Aretinus tradit.[g] Sunt autẽ pœnales actiones prætoriæ (excepta
actione furti) plerumq; annales, odioſæ & rei perſecutoriæ: neque dantur
contra hæredes, niſi aliquid ad eos peruenerit. Cum alioqui perſecutoriæ
actiones perpetuæ & temporales, etiam ad hæredes tranſeuntes actiones
ſint,[h] non eſt difficilis harum actionum ratio, & paſsim tradita. Sed adhi-
benda hæc, quam ſuprà diximus, in iure noſtro perſequendo moderatio le
nitasq; animi, ne uel dilectionem proximi offendamus, uel abijciamus re-
uerentiam parentibus ac magiſtratibus debitam.

30 Sunt & prętoriæ actiones in rem præiudiciales, quarum alię prętoriæ,[i]
aliæ ciuiles ſunt, per quas, inquit Imperator, quæritur, an aliquis liber ſit,
an ſeruus: an uerò libertus, uel de partu agnoſcendo ad conſequendam pa
ternã hæreditatẽ, uel alimenta. Appellantur aũt pręiudiciales, ꝙ cognitis
cauſis præiudiciũ & quoddã ueluti exemplum prębeant iudicaturis quod
ſequantur, & quem ordinem cognitionis ſeruare debeant. Exemplum ta-
le eſt apud Africanum:[k] Fundum, inquit, Titianũ poſsides, de cuius pro-
prietate inter te & me cõtrouorſia eſt: & dico, propterea uiam ad cum per
fundum Sempronianum, quem tuum eſſe conſtet, deberi. Si à te uiam pe-
tam, exceptionem, quod præiudicium prædio non fiat, utilem tibi fore pu
taui: uidelicet quòd non aliter mihi uiã deberi probaturus ſim, quàm pro-
bauerim prius fundum Titianũ meum eſſe. Tale quoq; eiuſdem eſt:[l] Fun-
di, quem tuum proprium eſſe dicis, partem à te peto, & uolo ſimul iudicio
quoq; cõmuni diuidundo agere ſub eodem iudice: & ego propriũ meum
eſſe dicam, fructus tibi concedere uelim. quęſitũ eſt, an exceptio, quod prę
iudicium fundo parti'ue eius non fiat, obſtet, an deneganda ſit? & utrobi-
que putat interuenire prætorẽ debere, nec permittere petitori, priuſquam
de proprietate conſtet, huiuſmodi iudicijs experiri. Rationem huius ordi-
31 nis, præiudicationis, & æquitatis, Paulus hanc adfert,[m] quòd per minorem
cauſam maiori cognitioni præiudicium fieri nõ oporteat, quoniam maior
quæſtio minorem ad ſe trahit. Neq; enim rectè & ſine graui pręiudicio po
teſt per fundum Sempronianum uia mihi deberi ad fundum Titianum, cu
ius controuerſa adhuc ſit proprietas, nec mihi adiudicata. Neq; iudicium
conſtitui in perſonam prius poteſt, quàm de eius ſtatu prius cognitum fu-
erit, ut ex euentu iudicij præiudicium fiat. Nam ut Imperator ſcriptum reli
quit, ſi crimen aliquod inferatur ei quam ingenuam eſſe dicis, antè libera-

a Innoc. in c. quia plerįq. extr. de immunit. eccl. fac. l. Macedon. ad ſenatuſc. Macedon.
b in l. 2. et 3. C. ad ſenatuſc. Macedon. & in gl. §. illud in uerb. Macedon. inſtit. quod cũ eo qui.
c Bar. in l. Macedon. Bald. in l. Zenodor. C. ad ſenatuſc. Macedon. per text. in l. Titia. ff. quod cum eo.
d in §. item ſi quis poſtul. inſt. & ibi. gl. de act.
e §. item ſi quis poſtul. ibi Iaſ. l. minor 25. annis. cui fideicom. ff. de minori. Bart. in l. 2. ff. de iureiurand.
f l. 1. & 2. ff. de albo ſcript. et l. ſi quis id. de iuriſd. om. iud.
gl. in uerb. pœn. inſtit. de act.
g in d. §. pœn. inſtit. de act.
h glo. in uerbo pœnal. inſtit. de actionib.
i in d. §. pœn.
k in l. fund. ff. de except.
l in l. fund. partem. ff. de excep.
m in l. per minor. ff. de iud.
in l. ſi crimen. C. de ordin. cognit.

lis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam præside præbente, quam necesse est ante scire, si delictum probatum fuerit, utrũ ut in liberam & ingenuam, an ut in ancillam constitui oporteat iudicium. De his pleraq; scribit Bald. & alij legum interpretes.

Rectè autem Imperator hanc quoq; actionum diuisionem facit,[b] ut existimet omnem actionem, quæ uel ex contractu, uel maleficio nascitur, esse uel rei, uel pœnę persequendæ causa cõparatam. Prioris generis ferè sunt actiones ex mutuo, stipulatu, commodato, deposito, mandato, pro socio, exempto, uendito, locato, cõducto, negotio gesto, tutela, pignore, præscriptis uerbis, permutatione rerum, & eiusmodi: quas actiones bonæ fidei esse Imperator existimat, cum aliæ actiones plerumq; sint stricti iuris.[c] Posterioris uerò generis sunt illæ actiones ex maleficijs proditæ: quarum aliæ pœnæ, aliæ rei, aliæ tam pœnæ quàm rei persequendæ comparatæ sunt, & ob id mixtæ appellatæ: cuiusmodi sunt actio furti, ui bonorum raptorum, item legis Aquiliæ de damno, iniuriæ, & aduersus eos qui relicta sacrosanctis ecclesijs, uel alijs uenerabilibus locis legati aut fideicommissi nomine, dare distulerunt. 32

a in l. 2. C. quibus rebus iudic. non nocet. & in l. sæpe. ff. de re iudic. l. ingenuũ. ff. de statu hominum.

b in §. sequens alia diuisio. inst. de action.

c pulchrè tas. in §. fuerat. institut. de action.

Mixtam quoq; causam tam in rem, quàm in personã habent, & illæ tres bonæ fidei actiones, qualis est familiæ herciscundæ actio,[d] eius iudicium non solum inter hæredes de hæreditate diuidenda, uerumetiam, ut Vlpianus ait,[e] inter bonorum possessores, & eum cui restituta est hæreditas, ex Trebelliano senatusconsulto, cæterosq; successores locũ habet: item actio communi diuidundo, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, ut id diuidatur: & actio finium regundorum, qua inter eos agitur, qui confines agros habent. In quibus tribus, ut etiam cæteris bonæ fidei iudicijs, permittitur iudici, referenre Imperatore, rem alicui ex litigatoribus ex bono & ęquo adiudicare,[f] & æstimare, quantum actori restitui debeat. In quo, inquit, & illud continetur, ut si quid inuicem pręstare actorẽ oporteat, eo compensato, in reliquum is cum quo actum est, debeat condemnari. Ac proinde idem Imperator Iustinianus,[g] quasdam actiones arbitrarias appellat, quòd ex iudicis arbitrio propẽdeant, quotiens is ex bono et æquo officij sui religionem interponit, ad rem uidelicet restituendam, uel exhibendam, uel soluendã, uel quod ex noxali causa dedi condemnari ue conuenit. Ad quas priores tres actiones proximè accedit petitio hæreditatis, quæ ipsa quoq; mixta [h] est. Dictæ autem sunt hæ actiones mixtæ, quòd par sit omnium qui his actionibus experiuntur, causa: uel ut Caius asserit in l. ij. ff. communi diuidundo. l. iudicium finium regundorum. ff. finium regundorum. l. in tribus, cum sequenti. ff. de iudicijs. pulcher tex. in l. item Labeo. §. familiæ herciscundæ. ff. eod. tit. in hoc iudicio is actor sit, qui primùm prouocasset: uel deniq; quod ex duobus constent, id est rebus atque præstationibus, quæ sunt actiones personales. 33 34

d in §. quædam act. instit. de act.

e in l. sed et eius rei. ff. fam. herciscund.

f in §. bonæ fidei. institut. de actionib.

g in §. præterea. institut. de action.

h l. sed etsi lege commis. §. petit. hæred. ff. de petit. hæred. l. hæred. C. eod. tit.

Non est simplex & una quædam diuisio actionum. nam & harum omnium quædam in simplum conceptę sunt, ut actio ex mutui datione, stipulatione, empto, uendito, locato, conducto, mandato, & eiusmodi alijs: quędam uerò, ut actio furti nec manifesti, damni iniuriæ ex l. Aquilia, depositi ex quibusdam casibus, legati suppressi, & serui corrupti in duplum dantur, &c. Et quia Vlpianus existimat magnopere nostra referre, ne liberorũ nostrorum, aut familiæ mores corrumpantur, edita quoq; actio de seruo corrupto.[i] Sed & quædam in triplum atq; quadruplum sunt cõceptæ, quarum tractationem atq; exempla pulchrè describit Iustinianus.[k] 35

Porrò ne impunita foret litigandi temeritas,[l] rectè præceptum est, ut actor,

i l. 1. ff. de seruo corrupto. instit. §. in duplum. de action.

k instit. lib. 4. tit. de action. §. tripli. et §. quadrupli.

l in § si quis agens. institu. de action.

actor, qui intentione sua plus complexus fuerit, quàm ad eum pertineat, idq́ tempore, ueluti ante diem, & ante conditionem, puniatur, ita ut temporis, intra quod soluendũ fuerat, induciæ reo duplicẽtur, cogaturq́ actor omnes litis impensas aduersario suo inferre. Qui uerò re, loco, aut causa,
37 plus petijsset, tripli damnaretur eius sumptus, quem reus fecisset. Qua tamen in re Imperator[a] admirabilem æquitatis, quæ omnis recti iudicij amica est, rationem secutus non fuit, ut si actor in sua intentione minus complexus, ut ille ait, fuerit, quàm ad eum pertinet: ueluti si cum ei decem aurei debeantur, quinque sibi dari oportere intenderit: aut si, cum totus fundus eius esset, partem dimidiam esse suam putauerit, sine periculo ageret. In reliquum uerò nihilominus iudex aduersariũ in eo iudicio condemnaret. Et si quis aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari placeret: sed in eodem iudicio, cognita ueritate, errorẽ suum corrigere ei permitteretur.

[a] *In §. si minus in intent. inst. de actio.*

Qui fideliorem actionum omnium cognitionem sibi deposcit, legere diligenter debet iurisprudentium commentarios, quos hic recensete noluimus: contẽti saltem indicasse ac commonuisse, qui in fori lucem ingenij sui studijq́ fructum conferre uelit, &, ut Cicero ait, ad respondẽdum, & agendum, etiam ad cauendũ peritus, ciuitatis regendæ scientissimus, egregius in procuratione ciuitatis haberi & esse cupiat, eum oportere scientia & memoria pertractatas habete actionum omnium certas aliquot formas, ad quas, quotiens de rebus arduis faciũdum sit iudicium, referre ingenij consilijq́ uim possit.

Quare etiam in primis proderit iuuentutem statim adsuescere, ex ipsis legum fontibus certos quosdam locos actionis uniuscuiusq́ comparare: qua informata, instructior ad omnes causas, earumq́ extemporales actiones esse possint.

BREVIS ET SIMPLEX INTERDICTORVM ratio. Cap. XVII.

1 *Interdictorum alia diuini, alia humani iuris esse.*
2 *Ea uerò quæ humani iuris sint, rursus duplicia esse.*
3 *Interdicta, quæ ad priuatam cuiusq; utilitatem pertineant, esse triplicia.*
4 *Interdictum quorum bonorum.*
5 *Interdictum quorum legatorum.*
6 *Aequum non esse, ut sibi ipsi quisq; ius dicat.*
7 *Interdictum Saluianum.*
8 *Quomodo hoc ab actione Seruiana differat.*
9 *Vsus quis sit interdictorum retinendæ possessionis.*
10 *Interdictum uti possidetis.*
11 *Hoc, quando seruitutis nomine competat.*
12 *Huius proponendi quæ fuerit causa, ex Vlp.*
13 *Idem pro rebus, quæ possideri nequeant, non competere.*
14 *Quando possidens cogatur suæ possessionis modum & æqualitatem indicare.*
15 *Possessionem titulo comprobatam, præferri ei quæ titulo sit destituta.*
16 *Antiquiorem possessionem præsumi continuatam, licet non probetur.*
17 *Longissimam possessionem nunquam præsumi clandestinam.*
18 *Bonam fidem ex titulo regulariter præsumi.*
19 *Antiquiorem possessionem cum titulo, uincere iuniorem cum titulo, quòd illa iustior hæc censeatur.*
20 *Solum titulum contrà possessionem antiquiorem parum facere, idq; propter singularem antiquioris possessionis autoritatem.*
21 *Possessionem titulo comprobatam præsumi antiquiorem.*

22 Prioritatem possessionis solam sæpe sufficere ad uictoriam in interdicto uti possidetis.
23 Pari existente cùm rei, tum actoris possessionis iure, diuersæ doctorum opiniones.
24 Communem uerò opinionem æquiorem esse.
25 Interdictum utrobi, cum uti possidetis interdicto exæquatum esse.
26 Interdicta recuperandæ possessionis.
27 Interdictum unde ui, quare sit à prætore propositum, & quãdo competat. Et num. 28.
29 Interdictũ unde ui nõ solũ pro deiectione, sed etiã pro reb. propter illã amissis, cõpetere.
30 In hoc interdicto quæ uis intelligenda sit.
31 Illud non solum in deijcientem, sed & in mandantem dari, & in eum qui ratum habeat: quòd ratihabitio in maleficijs mandato comparetur.
32 Idem hæredib. quidem cõpetere, sed in hæredes nõ dari, nisi in id quod ad ipsos peruenit.
33 Idem in parentes liberis non dari, nec liberto in patronum, idq; propter facinoris atrocitatem, etsi iuris infamiam non irroget.
34 Actio, seu interdictum, ui bonorum raptorum.
35 Huius tria capita à prætore constitui.
36 Idem ad res mobiles propriè referri.
37 Hodie nemini licere, etiam suam rem, aut putatiuè suam, uiolenter auferre.
38 Vi bonorum raptorum edictum, cui competat.
39 Grauissimè à Cæsaribus animaduersum in eos esse, qui aliorum bona ui raperent.
40 Vsucap. reintegranda.
41 Qui etiam ad res profanas recuperandas rectè accommodetur, ex sententia doctorum.
42 Vi deiectum, uel cõtra deijcientẽ, uel contra possessorẽ agere posse, sed diuersis remedijs.
43 Neminem indicta causa rerum suarum possessione spoliari debere.
44 An iudex interdicto possessorio conueniri possit.
45 Quæstionis huius declaratio.
46 Iudicis factum ferè semper iustum præsumi, obseruato scilicet iudicij ordine.
47 Quo non obseruato, secus esse.
48 Tum enim iudicem iniquitatis suspicione premi, etiam in ijs 50. casibus, in quibus nonnunquam extra iudicialiter procedatur.
51 Conclusio prædictorum regularis.


Vemadmodũ ius aliud publicũ est, in sacris, sacerdotibus, &
magistratib. consistens: aliud uerò priuatũ, ex naturalib. præ-
ceptis aut gentiũ, aut ciuilibus constitutũ, referente Vlp. [a] ita
idẽ scribit, Interdicta aut de diuinis rebus, aut de humanis cõ- 1
petere. Diuini iuris sunt quatuor hęc interdicta, ficut, ne quid
in loco sacro fiat: uel quod factũ est, restituatur: & de mortuo inferẽdo, uel
sepulchro ædificando: [b] ad quæ accedere Azo existimat, ne quid in loco pu
blico fiat. [c] Humani uerò iuris causa interdicta competunt, uel ad publi-
cam utilitatem, uel priuatam pertinentia. Prioris generis sunt, ut uia publi- 2
ca uti liceat, & flumine publico: & ne quid in uia publica fiat. [d] Posterioris
sunt, quorum quædam iuris sui tuendi causa sunt prodita: ut de liberis ex- 3
hibendis, in quos & ius patriæ potestatis habemus, uel uxore, uel liberto
exhibendo. [f] Quædam uerò officij causa introducta sunt, ut de homine li-
bero exhibendo: propterea quòd Papinian. scribat, [g] hominis magnopere
interesse, beneficio hominẽ affici, & cõmunem uitæ societatẽ mutuis offi-
cijs retineri. Reliqua uerò interdicta rei familiaris causa dantur: [h] eaq; pro-
ponuntur uel adipiscendæ eius uidelicet possessionis, quã nacti nõ sumus:
uel recuperãdæ, quæ nobis ablata est: uel retinendæ, eius in qua uersamur. [i]

Adi-

a in l. 1. §. huius stud. ff. de iust. et iure. & ibi pulchrè gl. in uerb. in sacris.
b l. interdict. §. interdict. aũt cõpet. ff. de interd. l. 1. ff. ne quid in loco sacro. l. 2. §. loc. ff. ne quid in loco publ. l. 1. in princ. & §. prætor ait. ff. de morte inferend.
c Azo in sum. tit. de interdict. per l. prat. ait. respons. 1. & §. locor. & §. prætor ait, quod in uia. ff. ne quid in loco pub.
d d. l. interdict. §. interdict. l. 2. §. ult. ff. ne quid in loc. pub. & l. 1. ff. ut in flum. pub. nauig. lice. l. 2. § . præt. ait in uia. ff. ne quid in loc. pub.
f d. l. interdict. § iur. sui tuendi. ibi quoq; gl. in uerb. liber. Azo in loco præalleg.
g in l. seru. ea. lege uenit. ff. de seru. export. & probat. per l. 1. uersic. lic. aũt. ff. de peric. & commod. rei uendit. & l. emptor. ff. de act. empto. & uend. & l. in fundo. ff. de rei uendic.
h l. 2. §. hominum causa. ff. de interdict.
i d. l. interdict. §. hæc autem.

Adipiſcendæ poſſeſsionis eius, quàm nos antè non ſumus nacti, interdictum complectitur, Quorum bonorum, quorũ legatorum, Saluianum interdictum, quod eſt de pignoribus.

Interdictum quorum bonorum datur bonorum poſſeſſori, & hæredibus
4 ad adipiſcendas res hæreditarias, easq́; corporales tantum.[a] Nam bonorum ſucceſſor dicitur, qui ſuccedit de iure prætorio:[b] daturq́; hoc interdictum in eum, qui poſsidet pro hęrede, uel pro poſſeſſore: ſicut & hæreditatis petitio. Sed tamen interdictum hoc quod uniuerſale eſt, directum ei datur, qui eſt bonorum ſucceſſor: utile uerò ei, qui ſuccedit iure ciuili ex teſtamento, uel ab inteſtato. Nam ut Vlpianus,[c] de prætoris ſententia ait, quorum bonorum ex edicto meo illi poſſeſsio data eſt, quod de his bonis pro hærede aut pro poſſeſſore poſsides, poſsideres'ue ſi nihil uſucaptum eſſet: quodq́; dolo malo feciſti, ut deſineres poſsidere, id illi reſtituas, &c. Ad eundem modum & directa hæreditatis petitio hæredi datur, utilis uerò bonorum poſſeſſori:[d] habetq́; ea quandam cum hoc interdicto cognationem, niſi quòd hoc nõ ita exquiſitas probationes requirat, ut aſſerit P. Philipp. Corn. conſi. 1. cuius initium eſt, in præſent. in litera ff. ta. 2. in parte 3.
5 Quorum legatorum interdictũ hanc cauſam, referente Vlp.[e] cõtinet, ut q̃d quiſq; legatorũ nomine, nõ ex uoluntate hæredis occupauerit, id reſti-
6 tuat hæredi. Etenim æquiſsimũ prętori uiſum eſt, unumquemq; nõ ſibijpſi ius dicere, occupatis legatis: ſed hoc ab hęrede petere. ac proinde quoq; legatarius aduerſus hoc edictũ tueri ſe exceptione, q̃d occupatum legatũ incontinenti reſtituere paratus ſit, nõ poteſt:[f] idq́; uel maximè, cũ hæres detrahere uult Falcidiã,[g] aut ſatiſdare de legato, uel fideicõmiſſo ipſi legatario reſtituendo, cũ alioquin prędicta exceptione legatarius iuuare ſe poterit.[h] Quod de legatarijs dictũ eſt, idẽ obſeruatur in ijs quib. mortis cauſa facta donatio eſt,[i] niſi fortè poſſeſsio per defunctũ ſit tradita. nam eo caſu diuerſa eſt ratio,[k] propterea q̃d hęredi nocet, ſi uoluntatẽ ſuam accõmodauerit legatario poſt aditã hęreditatẽ, uel in ipſa apprehẽſione, uel poſtea, uel antè: ſic tamẽ, ut ſi ante aditam hæreditatẽ, uoluntatem ſuam accommodauerit, non noceat hæredi: & ſi ſint plures hæredes, non autẽ omnes cõſenſerint, non ob futurũ ſit ei qui conſenſum ſuũ non adhibuit.[l] Vt igitur hæres ſine maiore cõtrouerſia hoc interdicto iuuari queat, utile eſt ut ſatiſdet, uel ſatiſdare paratus ſit: quando ſi quis legatorũ ſeruandorũ cauſa in poſſeſsionem miſſus ſit, rectè tamen in eum hoc interdictũ detur: ſi uidelicet legatorum nomine ſatiſdatum ſit.[m] Hæres tamen, ut Paulus aſſerit,[n] non debet ſatiſdationem offerre, ſed ſatis eſt illum legatario petẽti moram non facere: nam interpellatio requiritur.[o] Itaq; ſi legatarius repromiſsone cõtentus fuerit, dandum eſt interdictum. Idem, inquit[p] ille, dicendum eſt, ſi legatarius pignoribus uoluit ſibi caueri. Si per legatarium factum ſit, quo minus ſatiſdetur, licet cautum nõ ſit, tenetur interdicto, &c. Datur autem & hoc interdictum in eum qui titulo poſsidet, ſcilicet pro legato: cum tamen is qui pro hærede, uel pro poſſeſſore poſsidet, conueniri ſoleat hæreditatis petitione, uel interdicto, quorum bonorum.[q] In hoc interdicto ueniunt tam corporales, quàm incorporales, ueluti ſeruitutes, uſusfructus, uſus[r] item & fructus à tempore litis conteſtationis factæ,[s] item id quod intereſt[t]. Extant & alię quędam præceptiones in hanc rem apud Specul. tit. de teſtam. §. ij. & quæ doct. notant. tot. tit. C. & ff. quorum legatorum.
7 Saluianum interdictum directum datur locatori fundi ruſtici contra colonum & eius hæredem: utile uerò, contra extraneum poſſeſſorem, pro adipiſcenda poſſeſsione eorum quæ tacitè ſunt locatori obligata.[u] Huius

a inſtit. de interdic. §. adipiſ. l. 1. et 2 ff. quo. bon.
b Pan. in c. paſt. num. 12. de cauſ. poſſ. et proprie.
c in l. 1. ff quorum bonor.
d l. 1. ff. de hær. pet. Azo in ſum. tit. quor. bon.
e in l. 1. ff. quorum legat.
f l. 1. ff. et Cod. quor. leg. & ibi doctor.
g gl. & Bart. in d. l. 1.
h l. 1. C. eod tit. & ibi doct.
i Azo in ſumma huius tit.
k Bar. in l. 1. §. ſi quis ex mort. ff. quor. legat.
l l. 1. §. quod ait præt. §. prodeſt autem poſſidere. ff. eod. tit.
m d. l. 1. §. quæſitum eſt.
n in l. ult. §. 1. ff. eod tit.
o gl. in d. §. in uerb. ſed pet. per l. cum patr. ff. de oper. libert. Bartol. in d. §.
p Paulus in d. l. ult. §. 1.
q Azo in ſum. hu tit. uerſ. item notand. eſt.
r d. l. 1. § quod ait præt. uerſic. unde quæſit. eſt.
s l. antepen. ff. interdic. Azo in loco præalleg.
t d. l. ult. §. ult. uerſ. ex hoc int.
u l. 1. C. de prec. et Salui. interdi. et l. 1. reſpõſ. 1. ff. e. t. et l. 2. §. hoc aũt. ff. de interd. Pan. in c. paſto. num. 12. de cauſ. poſ. et prop. Spe. in §. ult. de loca.

partes aliquot & libelli formam describit Speculator[a] & Alexander.
Differt autem hoc interdictum, ab actione Seruiana: quia in illo satis est, 8
si probemus colonum possedisse: in hac uerò probandum erit, ipsum colonum
fuisse dominum.[b] Prudenter tamen Iulianus scriptum reliquit,[c] si
colonus res in fundum duorum pignoris nomine intulerit, ita ut utrisque
in solidum obligatæ essent, singuli aduersus extraneos Saluiano interdicto
rectè experiētur. Inter ipsos uerò si reddatur hoc interdictum, propter
parem scilicet causam, posidētis conditio melior erit. Aut si id actum fuerit,
ut pro partibus res obligaretur, utilis actio & aduersus extraneos, & inter
ipsos dari debebit: per quā dimidias partes possessionis singuli apprehendent.
Idem seruari conuenit, & si colonus rem quam cum alio colono
communem habeat, pignoris nomine induxerit, scilicet ut pro parte dimidia
pignoris persecutio detur. Sintq; hæc breuiter & simpliciter nobis dicta
de interdictis adipiscendæ possessionis.[d]

Retinendæ autem possessionis causa comparata sunt interdicta, uti possidetis,
& utrobi.

Horum usus est, ut Imperator scribit,[e] cum ab utraq; parte de proprietate 9
alicuius rei controuersia est: & quæritur, uter ex ligatoribus possidere, &
uter petere debeat. Nam nisi antè exploratū fuerit, utrius eorum possessio
sit, non potest petitoris actio institui: quia & ciuilis & naturalis ratio facit,
ut alius possideat, & alius à possidente petat.

Interdictum uti possidetis, de soli possessore scriptum est, referente VL- 10
piano,[f] quem potiorem prętor in possessione habeat: & est prohibitorium
ad retinendam possessionem, hoc est, ut Bartolus interpretatur,[g] pro omni
re corporali immobili redditur. & ut Paulus ait,[h] etiam reddendum hoc
interdictum erit, si alter usumfructū, alter possessionē sibi defendat: quando
idem probandum erit, etsi usufructus defensionem quis sibi defendat
aut alter usum, alter sibi usumfructum tueatur. Nam ut Bartolus[i] simpliciter
dicit, interdictum hoc etiam directum ei, qui uel usumfructum, uel usum
habet, nō solum datur ad retinendam possessionem, quam nactus est,
uerum etiam proponitur ad reliquas seruitutes retinendas: ut uidelicet pro
ijs seruitutibus quæ causam habent continuā, interdictum hoc utile:[k] quæ
uerò causam habent discontinuam, pro ijs actionis præsidium de itinere actuq;
priuato detur.[l] Quod idem præcedit in iurisdictione & seruitute in
quosdam homines uasallos concepta: quorum si quasi possessione turbemur,
experiemur interdicto hoc utili, ut idem Bartolus refert.[m] Sed tamen 11
seruitutem ut eius causa hoc interdictū reddatur, esse oportet soli iure constitutā,
propterea quòd nō sufficiat, ut in ea ius nobis ueluti pignoris competat.
Nam Paulus tradit,[n] creditores missos in possessionem rei seruandæ
causa, interdicto hoc, uti possidetis, uti non posse, propterea quòd non possideāt:
idemq; & in cæteris omnibus, qui custodiæ causa missi sunt in possessionem,
dicendum esse. Vlpianus[o] amplius scribit, huius interdicti pro 12
ponendi causam hanc fuisse, quòd separata debeat esse possessio à proprietate.[p]
Fieri enim potest, inquit, ut alter possessor sit, dominus non sit: alter
quidem dominus sit, possessor uerò non sit: fieri etiam potest, ut possessor
idem & dominus sit. Inter litigatores ergo, quotiens est proprietatis controuersia,
aut conuenit inter litigatores, uter possessor sit, uter petitor, aut
non conuenit. Si conuenit, absolutum est: ille possessoris commodo, quem
conuenit possidere: ille petitoris onere fungetur. Sed si inter ipsos contendatur,
uter possideat, quia alteruter se magis possidere affirmat, tūc si res
soli sit, de cuius possessione contenditur, ad hoc interdictum remittentur.

Sed

a in §. ult. uersic. ad hoc si colon. tit. de locat. & Alex. in l. rem alienam. ff. de pignor. act.
b l. & quæ nō dum. ff. de pign. & l. 1. ff. de Saluiano interdict.
c in d. l. 1. uersic. si colonus.
d Speculator in loco præalleg.
e Institutio. de interdict. §. retinendæ.
f in l. 1. ff. uti posidetis.
g in d. l. 1. ff. uti posidetis.
h in l. in summa puto. ff. eod. tit.
i in d. l. 1. ff. uti posidetus. uers. quæro an pro rebus incorporal. et probatur per glo. in l. pen. ff. eod. tit.
k l. quot. ff. de seruitut. l. 2. ff. si seruit. uendic.
l Bart. in loco præallegat. per l. 2. ff. de itiner. actusq; priuat.
m in loco iam not. uersic. quæro, ego habeo iurisdict.
n in l. si duo. §. cred. ff. uti poss.
o in d. l. 1. §. huius autem interdict. ff. uti possi.
p institut. §. retinendæ. de interdic. l. inter litigant. ff. de ind.

Sed idem interdictum hoc locum habere aſſerit,[a] ſiue quis totum fundum
ſe poſsidere dicat, ſiue pro certa parte, ſiue pro indiuiſo poſsideat: adeoq́;
in omnibus etiam poſſeſsionibus, quæ ſunt ſoli, dummodo poſsideri poſ-
13 ſint: quãdo receptum eſt pro eccleſia, foro, baſilica, theatro, re ſacra, uel re-
ligioſa, quòd ea poſsideri nequeant,[b] interdictum hoc non proponi. Suffi
cit & hoc interdictũ ei qui ędificare in ſuo prohibetur. Etenim, ut ille ait,[c]
uideris mihi poſſeſsionis controuerſiam facere, qui prohibes me uti mea
poſſeſsione. Adfert in eam rem pulchra aliquot exẽpla Paulus Iuriſconſ.[d]
Et quando huic interdicto perpetuò hæc inſunt, quod nec ui, nec clam,
nec precario ab alio poſsides,[e] obſeruari hodie ſolet, ut ille uincat, qui poſ-
ſeſsionem nec ui, nec clam, nec precario ab aduerſario litis conteſtatę tem-
pore detinet.[f] Probationis aũt partes propriæ ſunt huius interdicti, poſ-
14 ſeſsio ſcilicet ex parte agentis, & turbatio ex parte rei conuenti.[g] Qui ta-
men poſsidet, non ſemper cogitur poſſeſsionis ſuę qualitatem & modum
dicere,[h] niſi fortè actor dominium ſuum probet: uel iuuetur iuris præſum-
ptione, quòd ipſius uidelicet parentes prius rem, de cuius poſſeſsione lis
mota eſt, poſſederint bona fide ac titulo, & ipſi nunc hæredes eandem na-
cti ſint atq; poſsideant.[i] Eo enim caſu neceſſe habet poſſeſſor, qui conueni
tur, probare poſſeſsionis ſuæ titulum & qualitatem, alioquin poſſeſsionis
ſuæ cauſa cadet.[k] Præſumitur aũt titulus ſiue dominium ex longiſsima, ſed
15 tamẽ præſenti poſſeſsione.[l] Poſſeſsio autem ea quæ titulo comprobatur,
non immerito ei præfertur quæ nullo titulo adiuuatur:[m] eſtq́; hæc commu
nis ſententia Baldi in l. data opera. ad fin. C. qui accuſare non poſſunt. et in
c. ſi diligenti. de præſcript. & conſil. 397. ad fin. cuius initium eſt: Compara-
uerunt. lib. 2. Ioan. Fab. in §. retinendę. uerſic. quid ſi alter probet titulum.
inſtitut. de interdict. Sozini conſil. 98. num. 15. uolum. 4. Philippi Decij con
ſil. 56. col. ultim. uerſicul. 5. & ult. & Barbar. conſil. 11. num. 27. uolum. 1. Niſi
fortè is qui tantum poſsidet, poſſeſsionem habeat antiquiorem, ut aſſerunt
Bartol. Imol. & Alexand. in l. ſi de eo fundo. §. ſi circa. uerſic. ex quo habes.
ff. de acquir. poſſ. & Bart. in l. ſi duo. ff. uti poſsidet. & Felin. in c. licet cau-
ſam. colum. 7. de probationibus: tueaturq́; ſe exceptione contra eum qui
titulum habet, quod clam poſſederit reſpectu maximè poſſeſsionis, aliter
atq; ſi diceret ſimpliciter ipſum clam poſſediſſe. Nam eo modo intelligere
tur in dubio poſſediſſe, reſpectu proprietatis.[n]
16 Eius tamen poſſeſsio, quæ antiquior eſſe probatur, licet non probetur
continua, præſumitur continuata: propterea quòd is qui ſe poſsidere alle-
gat, præſumatur poſsidere, probando uidelicetueterẽ antiquioremq́; ſuã
poſſeſsionem: idq́; maximè, ſi antiquior poſſeſſor ſciens paſſus non ſit ſuã
poſſeſsionem interrumpi: aut ſi ea per aduerſarij turbationem interrupta
fortè ſit, ille tamen non obſtante eiuſmodi interruptione, ſua poſſeſsione
uetere ſit uſus, turbantemq́; quibus modis potuerit, eiecerit, propulerit, im
pediueritq́; ad continuandam ueterem ſuam poſſeſsionem, ut multis do-
17 cent Bartol. & alij.[o] Cuius ſententię ratio adfertur, quòd ſicut longiſsima
poſſeſsio nunquam præſumitur clandeſtina, quamuis alius alio antiquiori
tempore poſſederit, propterea quòd eiuſmodi poſſeſsio antiquior, etiam
iuſta, abolita uideatur:[p] ita poſterior alterius poſſeſsio cenſetur uitioſa &
improba.[q]
18 Regulariter tamen, qui titulo poſsidet, bona fide poſsidere intelligitur.[r]
quando

a in d. l. 1. §. hoc interdict.
b l. 1. §. ul. l. qui uniuerſas. §. 1. ff. de acquir. poſſ. gl. in d. §. hoc interdict. in uerbo poßint.
c Paulus in l. ſi duo. §. hoc interdic. ff. uti poßid.
d in d. l. ſi duo. § hoc interdict. §. cum inquil. §. item uideam. & alijs ibidẽ. ff. uti poßidetis.
e d. l. 1. §. perpet. uti poßid.
f Inſtit. de interdict. §. hodie tamen.
g l. 1. §. eſt igitur. & §. huius. et ibi gl. l. ſi duo. §. itẽ uideam. ff. uti poßid. gl. & doctor. in l. clam poßid. §. ult. ff. de acquir. poſſ.
h l. cogi. ibi gl. & doct. C. de petit. hæred.
i doct. & gl. in l. ſiue poßide. ff. de probat. Bart. in l. 1. ff. de iure fiſc. lib. 10. Cyn. in l. edita. C. de edend. Innocent. in c. nouit. de iudic. Abb. in c. cũ ad ſedem. de reſtitut. ſpoliator.
k gl. et doctor. in d. l. cogi. C. de petit. hæred.
l l. ult. ff. de rei uendic.
m Bal. in l. qui accuſ. C. de edendo. Sozinus in l. natural. §. nihil cõmune. uerſic. quarta concluſ. ff. de acquirend. poſſeſſ.
n gloſſ. Bartol. & doct. in d. l. ſi duo ff. uti poßidetis.
o in l. Celſ. & ibi omnes moder. & Franciſc. Balb. ff. de uſucap. Bald. in l. nõ ignorat. C. ad exhib. & in l. ſiue poßid. C. de probat. doct. mod. in c. cum ad ſedem. & c. olim. de reſtit. ſpoliat.
p l. ſiert. §. 1. ff. de uſucapioni.
q l. improb. C. de acquir. poſſ.
r l. penult. de euict.

quando etiā bona fides ex titulo uero, uel putatiuo, iusto tamen errore constituto, præsumi soleat. Hanc enim sententiam in hæc uerba probat Iulianus:[a] Quod uulgò, inquit, respōdetur, ipsum sibi causam possessionis mutare non posse, totiens uerum est, quotiens quis sciret se bona fide ab initio nō possidere, & lucri faciendi causa inciperet possidere: idq; per hoc quoque probari posse, si quis emerit fundum sciens ab eo, cuius non erat, possidebit pro possessore. Sed si eundem à domino emerit, incipiet pro emptore possidere, nec uidebitur sibi ipsi causam possessionis mutasse. Idemq; iuris erit, etiāsi à non domino emerit, cum existimaret eum dominū esse, etc.[b]

Porrò qui titulum habet cum antiquiore possessione, uincere in interdi 19
cto uti possidetis, & ei præferri debet, qui recentiorem siue posteriorē cum titulo possessionē habet: idq; ea maximè ratione, quòd prior antiquiorq; possessio iustior, posterior uerò clandestina, etiā possessor ipse inuasor cen
seatur.[c] Contra uerò solus titulus uim non magnam habet, quando alterius 20
possessio est antiquior.[d] Adeò enim magna uis, magna potestas, magna autoritas est possessionis antiquæ, ut plerumq; semper ea iusta, & nullo rapinæ uitio acquisita præsumatur:[e] quæ tamen præsumptio cōtra illū non cōsistit, qui possessionem antiquiorē probat.[f] Alioquin enim qualiscunq; possessor sit, hoc ipso quòd possessor est, plus iuris habet, quàm is qui non possidet.[g] Semperq; iuuatur ipsa illa iuris præsumptione, qui possessionē antiquam probat:[h] propterea quod uetus, siue longa possessio, pro ueritate habeatur,[i] præsumaturq; solennis & titulo iustificata.[k] Quotiens etiam dubiū est, uter possessor sit antiquior, is uincere in interdicto uti possidetis debet, qui iustiorem possessionis causam habet: idq; propter possessionis declaratam qualitatem, & quòd eo iustior & potior sit possessio, quo magis causam proprietatis complectitur.[l]

Quod si antiquior & iunior possessor ambo habuerint titulum, à diuersis tamē autoribus nihilominus attenditur ille, qui ad præsens possidet cū titulo, etiam recentiore, quæsito tamen ante litem motam, & præfertur antiquiori.[m]

Sed cum duo rem eandem simul & in solidum eodem modo possidere nequeant,[n] casus tamen & causa sæpe ferant, ut duo in solidum se possidere contendant, uidendum uter in hoc interdicto uincat? & receptum est,
hic primùm spectari tituli siue dominij probationem meliorem, propterea 21
quòd possessio, quæ ipso titulo iustificetur, siue comprobetur, semper præsumatur antiquior, anteferaturq; in hoc uti possidetis interdicto. In quam sententiam pleraque multa scribunt doct. in c. licet causam, ibi text. extr. de probatio. Bart. in l. natural. §. nihil commune. ff. de acquir. posses. & l. si de eo. §. ult. ff. eod. tit. & l. si duo. ff. uti possidet. & l. unica. C. uti possid. Bald. in l. post sententiam, col. 2. de sentent. & l. ordinarij. C. de rei uendicatione. & l. unica. C. uti possidet. ibi quoq; Salicetus & Cynus. & l. mouent. C. qui legit. person. in iudic. stand. hab. & l. sine. §. duobus. ff. de publ. & l. qui accusare. C. de edendo. Ioan. de Imol. in c. 1. de restitut. spoliat. & d. l. si de eo. §. ultim. ff. de acquirend. posses. Ias. in l. natur. §. nihil commune, num. 37. 38. ff. de acquirend. possessio. Deinde haberi solere diligentem rationem, & animaduersionem possessionis antiquioris, propterea quòd Panormit. Innocent.

a in l. non solum § quod uulgò respondet. ff. de usucap.
b Probatur amplius in l. Celsus. ibi Bart. & doctor. ff. de usuc. l. penult. C. de euict. l. igitur. §. postl. ubi text. notab. ff. de liberal. caus. glo. & canon. in c. si diligenti de præscrip.
c doct. in c. lic. caus. de probat. & in l. ult. C. unde ui. & in l. unica. C. uti possid. Alber. in l. si de ui. ff. de iudic. et pass. in suis cons.
d Alex. consil. 110. col. 2. uersi. porrò ubi quis. uolum. 1. & consil. 88. libro 3. et consil. 76. col. 2. uersic. fortius etiam uult. uol. 2. Philip. Dec. consi. 302. colum. 2. num. 8. uers. & ista conclus. Baldi in l data opera. uersic. apparet. C. qui accus. non poss.
e Alexand. post Bart. in l. communi diuidundo. §. inter prædon. ff. cōmuni diuid. gl. in c. si duo. de pac. tenendo.
f Bart. in l. Celsus. ff. de usucap. Angel. in l. sup. longi. C. de præscript. longi tempor. Angel. de Butri. in c. si dilig. de præscrip.

g l. 2. ff. uti possidet. l. ult. C. eod. tit. instit. de interd. §. commod. h c. cum ecclesi. Vulterana. de elect. i l. 2. C. de seruit. Bald. in l. 1. quæst. 6. C. de testam. k Angel. in d. l. qui aliena. l Ias. in l. natur. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. numer. 39. Bald. in l. data oper. ad finem. C. qui accus. non possunt. m text. & ibi Bart. in l. si ut cert. §. si duob. ff. com. & idem Bart. in l. 3. §. opus. ff. de alienat. iudicij mutand. caus. fiat. Bald. in l. quotiens. C. de rei uendicat. et §. public. actio. iudicij petitorij. n l. possid. §. ex contrar. ff. de acquir. poss. doct. in l. licet caus. ext. de probat. l. si duo. ff. uti possid. l. si ut certo. §. si duob. ff. commodati. Bart. & Alex. de Imola in d. l. si duo. & idem Alexand. in l. 2. §. siue autem. ff. de ui & ui armata.

Innocent. & alij scribant, [a] possessionis prioritatem non rarò, uel solam, ut
12 quis in interdicto, uti posidetis, uincat, sufficere: & à nobis iam dictũ est, quam uim habeat possessio antiquior. Tertiò spectari solere testium & dignitatem, & pluralitatem. [b] Postremò confessionis qualitatem. [c] Harum enim quatuor probationum unamquamq; distributiuè sufficere: fortius autem, ut idem Panormit. [d] asserit, si concurrant simul omnes ad obtinendum in hoc interdicto, probata uidelicet ab utraq; parte ipsa possessione. Ad hunc etiam modum, cum duo possessionem suam in solidum, & bona fide acquisitam docent; potior is erit, quem ius commune tuetur, propterea q̃ is iuris adminiculo iuuatur: [e] adeò ut Bald. scribat, [f] etiam inter prædones eum uincere & superiorem esse debere in interdicto hoc, uti posidetis, qui possessionis suæ titulum adferre potest.

13 Quæstionis tamen esse poterit, si possessionis controuersia moueatur, & par sit cùm actoris, tum rei ipsius possessio, tempore uidelicet, titulo, testium confessione, dignitate, atq; numero, uter in hoc interdicto, quod uulgò uti posidetis appellatur, uincere debeat? Varia sanè hic est, & multiplex, nec satis ratione aliqua, atq; legitima recepta iurisprudentium sententia, ut uidere licet in gloss. in l. unica. C. uti posidet. & in c. licet causam. de probat. Nam pleriq; in eiusmodi paritate possessionis iudicandum putant confusè: ueluti, uti posidetis, ita posideatis, cum præstatione cautionis de non turbando in posterum. quorum opinio ideo recepta non est, quia hæc possessionis confusio facilè posidentes ad arma atq; rixas commouet. contra l. æquissimum. ff. de usufructu. l. si quis ingenuum. §. quæ in ciuilibus. ff. de capt. & postlim. reuers. Alij tradunt, si neuter possessor suam possessionem magis quàm alter probauerit, ipsam illam controuersam possessionẽ tanquam uacantem defendendam esse, manu regia, donec extet actor, qui uincat, uel uincatur. Quorum sententia ideo recipiẽda non est, quòd cum iure scripto pugnet. Nam actore in hoc interdicto non probante, reus uenit absoluendus. §. retinendæ. Institu. de interdict. l. ult. C. de rei uendicatio. Alij uolebant cõtrouersam possessionem in sequestrationẽ dedi. quorum opinio ideo quoq; mihi improbatur, quòd iniquum est, per sequestrationem possessori adimi suam possessionem, quam naturaliter habet: quin ea si iniusta & illegitima sit, adimi ipsi debet iudicio prætorio, non autem sequestratione, ut scribit Innocent. in c. in præsent. de probat. & Bald. consil. ccccxlv. cuius initium est, Modo tangendo. uolum. 1. Perinde inepta eorum est sententia, qui hic asserunt controuersam possessionẽ sorte dirimendam fore: idq; de sententia gl. & Ioan. Andr. in c. licet causam. de probatio. propterea quòd res dubia & incerta, sorte dirimẽda non sit, ut in loco præallegato tradunt iuris interpretes. Speculator in §. 1. uersic. nota. tit. de petitor. & possessor. suadet ut possessor ui atq; armis suam possessionẽ ad deijciendum aduersariũ retineat: quæ ipsa assertio cum damnetur ipsa illa constitutione l. si quis in tantam. C. unde ui. satis apparet, eam recipi non oportere. Et idem scribit Albericus de Rosato in l. unica. C. uti posidetis. Porrò Dyni & Alberici de Rosato opinio fuit in l. Titiæ text. ff. de legat. 1. & per text. in l. si duo. ff. uti posidetis. & ibi quoq; Bart. & eiusdem in d. l. unica. C. uti posidetis. ibi quoque Saliceti, & in l. ult. ff. uti posidetis. quòd controuersa possessio diuidi æqualiter debeat, quando idem hoc fit in fundo testamento dato, siue legato duobus. argum. l. si pluribus. ff. de legat. 1. Quorum sententia etsi multis uiris comprobetur, ut Baldo in l. si pater. ff. de hered. instituend. & Alexand. in l. si Titius. ff. ad senatusconsf. Trebell. Petro de Anchora, in consil. ccx. incipiente, inter contraria ut uaria: tamen nec ea

a in d. c. lic. causa. extr. de probat. Rar. & plerique alij interpr. iur. in l. Cels. ff. de usucap. & l. si duo. ff. uti posidet. Hostiensis, Alex. de imo. in l. 1. §. fine autẽ. ff. de ui & ui armata. Innoc. & Hostiens. in c. sæpe. de restit. spoliat. & plerique alij alijs in locis.

b c. in nost. de testib. doct. in c. licet causam.

c Panor. in d. c. lic. caus. de probat. & c. præterea. de testib.

d in loco iam annotato.

e ut not. Bald. in c. si dilig. colum. ult. de præscript. & in ca. lic. caus. ibi quoq; Panorm. de probat.

f in loco iam notato.

ab omnibus est recepta, & multas habet limitationes. Nam primò fallit in libertate, pro qua est, in quadam probationis æqualitate, iudicandum. l. si inter pares. ibi pulchrè Iason. ff. de re iudicat. Secundò, in querela inofficiosi testamenti, quia pro testamento iudicandum est. l. si pars iudicantium. ff. de inofficiosi. testament. & cap. ultima uoluntas. xiiij. quæstio. ij. & in cap. ult. de re iudic. Item in dote & etiam matrimonio, ut in dicto cap. ultim. dicitur. Tertiò in eo possessore, cui ius commune fauet: ut asserit Innocentius & omnes canonistæ. in cap. auditis. de præscript. & Bald. in Authent. omnes peregrini. C. communia. de succes. & in c. j. de controuers. inuest. & in l. si quis diuturno. ff. si seruitus uendicetur. cum alijs allegat. per Franciscum de Curte. in consil. 24. xxiiij. colum. j. & Andr. Barba. in consilio v. num. ij. uolum. ij. & in consil. clxviij. colum. vij. ante finem. uersic. iiij. casu. uolum. iij. & Iacob. de Sancto Georg. in d. l. si de ui. ff. de iudicijs. uersic. vij. fallit. Maior tamen pars asserit, rectiusque atque æquius iudicat, quòd actore non probante, reus debeat absolui, & hanc iudicij formã rationemque 24
retinet Curia Franciæ, referente Ioan. Fab. in §. qui autem. Institutionib. de interdictis. & §. retinendæ. eod. tit. & Paris de puteo in syndicatu, in uerbo probatio, in principio, secutus sententiam Rofred. in libellis ipsius, titu. de bonor. possess. secund. tabul. & Andr. de Isernia in c. si inter duos. de prohib. feud. alienat. per Fridericum. & Tindarus in tractatu de testib. ad finẽ, uersic. si autem sunt probationes pares.

Abbas sanè in c. ex literis. de probatio. scribit, si par & æqualis sit actoris atque rei probatio, absolui possessorem propter naturalem quandam possessionis præsumptionem debere.

Non tamen semper refertur possessionis controuersia, sed interdum opponitur seruitutis exceptio: qua in re Azo obseruandum esse monet,[a] ut si negem seruitutẽ me debere, proponã actionẽ negatoriã: aut si pars aduersaria in seruitutis possessione sit, interdictũ uti possidetis, utile proponatur: si in possessione non sit, tuear me interdicto uti possidetis: si cõuicium faciat, aut iniuriam inferat, experiar iniuriarum actione.[b]

Interdictum utrobi etsi de possessione rerum mobilium locum habeat, 25
tamen hodie obseruatur, ut uis eius exæquata sit, uti possidetis interdicto: [c] quod de rebus soli competit, referente Vlpiano: [d] ut is in hoc interdicto uincat, qui nec ui, nec clam, nec precario, dum super hoc ab aduersario inquietatur, possessionem habet. Et quoniam breuem & simplicẽ quandam rationem, & cõmunes quasdam tanquam præceptiones interdicti, uti possidetis, qui cum hoc, utrobi interdictum cõfertur, explicare conati sumus, non est uisum hic amplius immorari.

Recuperandæ possessionis interdictum duplex est, nempe unde ui, & 26
ui bonorum raptorum.

Illud ad recuperãdas res immobiles amissas: hoc uerò ex causa furti, uel ui bonorum raptorũ proponitur, redditurque pro rebus mobilibus recuperandis: etiam agi potest & ad exhibendum.[e] Aequissimũ enim prætori 27
uisum est, ui deiecto subueniri: propter quod ad recuperandam possessionem hoc interdictum proponitur. Sicut autem legibus Iulijs publicorum & priuatorum iudiciorum, etiam principum cõstitutionibus prospectum est, ne quid per uim admittatur, ut l. si quis in tantam. C. unde ui. l. si cõstiterit. C. finium regundorum, & huiusmodi alijs titulis: [f] ita hoc interdictum non ad omnem uim pertinet, uerùm ad eos tantum, qui de possessione deijciuntur, utputa de fundo, de ædificio, de superficiaria insula, de ligneis ædibus, de area, siue de quacunque alia re solo cohærenti, aut qualiscunque etiam

a in sum. tit. uti possidetis.
b l. sed qui pen dẽt. de act. empt. l. iniuriar. §. ult. ff. de usur. Bart. in l. 1. §. huius autem interdict. ff. uti possidetis.
c l. 1. §. hoc interdict. ff. utrobi institut.
d de interdict. §. hodie. in d. l. 1. §. hoc interdict.
e l. 1. §. illud utique in dub. non uen. ff. de ui et ui arm. gl. in d. l. 1. uers. ne quid per uim. in uerb. constitut. & d. l. 1. §. si fundus. uersic. planè. ff. de ui et ui armat.
f d. l. 1. §. ne quid autem. ibi quoque gl. in uerbo constitutio.

etiam locus is fuerit, unde quis est ui deiectus.[a] Nam interdictum hoc nulli competit nisi ei qui tunc, cum deijceretur, possidebat.[b] nec alius deijci uisus est, quàm qui possidet. Siue autem, inquit Vlpianus,[c] corpore, siue animo possidēs quis deiectus est, palàm est eum ui deiectum uideri. Idcircoq; si quis de agro suo, uel de domo processisset, nemine seruorū relicto, mox reuertens prohibitus sit ingredi idipsum prædiū: uel si quis eum in medio itinere detinuerit, & ipse possederit, ui deiectus uidetur. Ademisti enim ei ui possessionem, quam animo retinebat, etsi non corpore. Et quando à Papiniano dictum est,[d] non uideri eum rem amittere, cuius propria non fuit,
28 omnino ad probandam hanc deiectionem, & ut interdictum hoc unde ui competere possit, duo requiruntur: primùm, ut is qui deiectus dicitur, tunc cū deijceretur, uerè uel corpore, uel animo possederit: ut statim diximus.[e] Alterum, ut uerè possessionem amiserit, quando nihil necesse est quærere, an is qui deiecit, possessionem acquisierit: cum etiam de eo quod ad illum non peruenit, intra annum hoc iudicium reddatur.[f] Itaque is qui neq; animo, neq; corpore possidebat, ingredi autem, & incipere possidere prohibeatur, non uidetur ui deiectus. Nam ut Vlpianus ait,[g] deijcitur, qui amittit possessionem, non qui non accipit. Et si quis me ui deiecerit, meos autē non deiecerit, non posse me hoc interdicto experiri, idem Vlpian. tradit:[h] quia per eos retineo possessionē, qui ui deiecti non sunt. Retinet enim colonus naturalem, dominus uerò ciuilem possessionem: quæ cum socia sit naturalis possessionis, non potest altera ab altera separari. Colono tamen expulso, utraq; amittitur possessio: uel quod ciuilis possessio comitetur naturalem amissam tanquam digniorem, uel quòd colonus domini personam repræsentet.[i]

29 Non tamen solum hoc edicto succurritur, ui expulso, siue deiecto, uerū etiam earum rerum nomine datur, quæ uel in fundo, uel ædibus, unde quis deiectus est, repertæ sunt, siue propriæ illius qui possedit, siue apud eum depositæ, uel ei commodatę uel pignoratę sint: uel quarū usum, siue usumfructum, siue custodiam habuit, uel si quæ ei locatæ sint:[k] quoniam cum prætor edicto suo iudicium se daturum pollicetur de eo, quod ille tunc ibi habuit: sic accipiendum est, interprete Vlpian.[l] ut omnes res contineantur. Ac proinde, ut idem ait,[m] Si fundus, à quo ui expulsus sum, mihi restitutus esset: cæteræ uerò res, quæ ablatæ sunt, non restituantur: hic dicēdum est, interdictum nihilominus tenere. Nam qui ui deiectus est, quicquid damni senserit ob hoc quòd ui deiectus est, recuperare debet, propterea quòd pristina causa restitui ei debet, quam habiturus erat, si non fuisset ui deiectus.[n] Atq; hac etiam de causa, si quid postea desijt illic esse, dicendum erit in hoc interdicto uenire: ueluti si homines aut pecora post deiectionem demortua sint,[o] etiam si nulla eius qui deiecit, culpa interuenerit:[p] aut si uillæ atq; ædes incendio consumptæ sint, quia æstimatio eius quod desijt, restituetur:[q] nec solum fructuū in hoc interdicto ratio habetur, uerùm cæterarum etiam utilitatum, omniumq; eorum quæ uel habiturus, uel consecuturus erat is qui ui deiectus est.[r]

30 Vis autem non omnis accipienda est, sed ea quæ atrox,[s] quæ contra bonos mores,[t] quæ dolo & petulanti quadam temeritate, nullo iudicis decreto aut edicto admissa est:[u] cui quatenus resistere, & uim ui cum moderatione repellere queamus, annotauimus lib. ij. cap. ult. & in Commentarijs nostris in orationem Ciceronis pro A. Cecinna scriptis.

31 Datur hoc interdictum in eum qui mandauit, uel iussit, ut aliquis deij-

 ceretur,

a d. l. 1. §. 1. per om. ff. de ui et ui armata.
b l. 1. §. si quis tamen neg. uersic. interdict. ff. e t.
c in loc. iā dict.
d in l. non uidetur rem amit. ff. de reg. iur.
e d. l. 1. §. si quis tam. uers. interd. et uers. siue aūt. ff. de ui & ui armat. ibi pulchra gl. in uerb. poss.
f l. 1. in init. ff. eod. tit.
g in d. l. 1. §. eū qui neq.
h in d. l. 1. §. nō alij autem.
i l. pereg. §. quibus. ff. de acquir. poss. l. quod seruus. e. t. gl. in l. 1. §. pen. in uerb. retin. ff. de ui & ui armata. Azo in sum. eo. tit. uers. illud etiam necessarium est.
k d. l. 1. §. quod aūt ait prat. ff. de ui & ui arm.
l in d. l. 1. §. quod autem.
m in d. l. 1. §. si fund. à quo. ff. de ui & ui armat.
n d. l. 1. §. cum qui neq. uersic. qui autem ui. ff. de ui & ui arm.
o d. l. 1. §. quod aūt ait præt. uersic. rectiss.
p in prædict. §. quod aūt. uersic. deniq; Iulianus.
q d. uers. deniq.
r d. §. quod aūt. uersic. non solū.
s d. l. 1. §. 1. uersic. ad solam aūt atrocem.
t gl. in d. uersic. ad solam. in uerbo, uel atrox. l. si rerū. ff. de ui & ui armat. & d. l. 1. §. hoc interdict.
u l. si quis in tant. C. unde ui. & l. 1. §. hoc interd. ff. de ui & ui armat.

ceretur,[a] uel ratam habuit deiectionem ab alio ipsius nomine factam: propterea quòd Sabino & Cassio placuit, ratihabitionem in maleficijs mandato comparari:[b] & parui refert, suis manibus quis deijciat, an uerò per aliũ, hoc est, per suam familiam, aut procuratorem.[c] Sic tamen, ut si uerus procurator deiecerit, cum utrolibet eorũ, id est, siue cum domino, siue cum procuratore agi possit.[d] Sed & in eũ utile datur, cuius uel familia, uel mercenarij deiecerunt in id, quod ad ipsos peruenit.[e] Nam si iussit, ui deiecit ipse, idq; propter legis interpretationem.[f] Si non iussit, nec grauari quidem debet: sed tamen seruorum suorũ factum præstare, etiam si non iussu eius deiecerunt: ac proinde, quod ad ipsum peruenit, id restituere cogetur: quod uerò non peruenit, eius nomine seruos ipsos maleficij causa noxæ dedendo, indemnis erit.[g]
Ad eundem modum idem interdictum hæredi & cæ- 32
teris successoribus cõpetit,[h] sed in hæredes tantum in id redditur, quod ad
ipsos peruenit.[i] Et quanquam personale hoc sit interdictum,[k] neque in- 33
famiam irroget, sicut nec quodlibet aliud interdictum:[l] quia tamen non iuris, sed facti indignitatem atque infamiam irrogat,[m] hoc est, Vlpiano interprete,[n] atrocitatem facinoris in se continet: receptum est, nec in parentes liberis dandum esse, nec in patronum liberto: sed melius esse, ut in factum actio detur: aliter, atq; si ui armata usus sit aduersus libertum patronus, uel aduersus liberos parens. nam & hic interdictum hoc competit.[o] Annale item interdictum hoc est, estq; annus utilis: ac proinde ex quo die quis deiectus est, fructuum, qui uel percepti sunt, uel percipiẽdi erunt,[p] ratio habetur: quamuis in cæteris interdictis, ex quo edita sunt, non computentur: idq; præcipuè, si nulli fructus ad eum qui deiecit, peruenerunt: aliter atq;, si is perceperit. nam tunc interdictum hoc perpetuum est, ad recuperandum id quod perceptum fuerit.[q]

DE VI BONORVM RAPTORVM.

Vi bonorum raptorum edicto, contra ea quæ ui cõmittuntur consuluit 34
prætor.[r] Nam etsi, qui res alienas rapuit, teneatur etiam furti, nec manifestè in duplum, si præsertim in furto deprehensus non sit:[f] propterea quòd nemo magis alienam rem inuito domino contractat, quàm qui rapit:[s] prætor tamen propriam actionẽ eius delicti introduxit, quæ appellatur ui bonorum raptorum: ut esset intra annum uidelicet utilem[t] quadrupli, post an-
num simpli.[u] Huius interdicti prætor tria capita facit:[x] quorum primum 35
intra annum utilem in quadruplum, non etiam quod interest:[y] post annum uero in simplũ in eos proponitur, qui dolo malo hominibus collectis damnum dederit.[z] Nam ut ex primo capite detur, necesse est, ut homines præcedente consilio ut damnum darent, fuerint collecti, & damnum tantũ dederint.[a] Secundum uerò in eum datur, qui aduentu suo turbam concitauit, uel cõtraxit: uel ut Vlpianus ait,[b] clamore uel facto aliquo, uel dum criminatur aliquem, uel dum in iram prouocat, damnum dolo eius malo datum uel raptum sit, etiam si nullum cogendæ turbæ habuerit cõsilium. Nam sicut primum caput ad damnum dolo malo, hominibus coactis datum refertur: ita secundum competit, ubi quid in turba raptum est per dolũ malum, etiam non coactis hominibus.[c] Ac proinde illud quidem edictum propter atroci-

a l.1.§.deiec.et l.idem est.§.cũ procur.ff.e.tit.
b d.l.1.§.sed etsi cũ quis aliũ.ff.eod.tit.l.ulti.C.ad senatuscõs.Macedon.l.uero.ff.de solutio.
c d.l.1.§.deiec.uers.quotiẽs.& uersic.cum autẽ falsus.
d d.§.deiecisse.uersic.quot.& facit l.non solũ.§.si mandat.& qui sequit.ff.de iniurijs.
e d.l.1.§.si filiusfam.
f gloss.in d.l.§.deiecisse.uersic.quod ergo adijcitur.in uerbo, deiecit ipse.
g locus statim annotatus est.
h l.1.§.interdictum hoc.uersi.hoc interdict.ff.de ui & ui arm.
i d.iam uersic.hoc interdictũ.ibi gl.in uerbo.competit.
k l.1.§.pen.ff.de interdic.Azo e.tit.in summa.
l l.neq; unde ui.ff.de ui & ui armat.
m gl.in d.l.neque unde ui.
n in d.l.1.§.interdict.hoc.
o institutio.de perpet.& tempor.actio.§.sed hæredib.& facit in hanc sent.l.licet.ff.de obsequijs.& l.cessat.ff.de act.& oblig.

p d.l.1.§.quod aũt præt.uersic.annus.& ibi gl.in uerbo fructuũ. q d.l.1.§.annus.Azo ibi in sum. r l.prætor ait.§.hoc edict.ff.ui bonor.rapt. f l.1.ibi gl.in uerb.nec manifestè.ff.ui bon.rapt.& institut.§.1.ibi quoq; gl.eod.tit. s d.§.1.instit.ui bon.rapt.l.si cum except.§.qui uim.ff.quod metus causa. t l.ult.C.ui bonor.rapt.& l.si res.eod.tit.& l.pen.C.de noxalib.actio. u d.l.1.& institut.§.1.ui bonor.rapt. x in l.2.respons.1.& l.præt.ait.ff.ui bon.rapt. y d.l.2.§.doli mali.uersic.in hac act.l.1.C.eod.tit.& instit.eo.tit.§.1.& l.præt.§.hæc autem act.ff.eod.tit.l.in furti act.l.etsi uendid.§.1.ff.de furt. z l.2.ff.ui bon.rap.in princ. a gl.in d.l.2.in uerb.hominib.& in §.dolo autem malo. b in l.præt.ait.uers.si quis aduentu.ff.ui bon.rapt.gl.ibi in uer.rap. c d.uers.si quis aduen.ibi gl.in uerbo, dat.est.& uerbo, uel raptum.

atrocitatem facti, quadrupli pœnam comminatur, hoc uerò dupli. Vtrumque tamen intra annum tribuit experiundi facultatem: post annum uerò in simplum competit.[a] Tertium huius edicti caput ad eum refertur, cuius dolo malo in turba damnum datum, aut amissum, aut scissum, corruptum aut fractum quid dicitur:[b] idq; in anno eo quo primùm de ea reexperiundi potestas fuerit, in duplum, post annum uerò in simplum. Nec solum hoc edicto tenetur, qui damnum in turba dedit: sed etiam is qui dolo malo fecit,[c] ut in turba damni quid daretur, siue illò uenerit, siue non fuerit præsens: quando, ut idem Vlpianus ait,[d] etiam absentis dolus malus esse potest.

36 Refertur autem propriè hoc interdictum ad res mobiles, quæ rapi possunt: etiam inuasiones, quę circa res soli fiunt, ut ex hac causa ab omni rapina homines se abstineant.[e] ac proinde cum olim is qui aliquo errore ductus rem suam esse existimans, & imprudens iuris eo animo rapuerit, quasi si ipsi domino liceat etiam per uim rem suam auferre à possessoribus, absol-

37 ueretur huius edicti pœna:[f] melius diualibus constitutionibus[g] pro hac parte prospectum est, ut nemini liceat ui rapere, uel rem mobilem, uel se mouentem, licet suam eandem rem existimet.

38 Edictum hoc ei competit, ex cuius bonis res est rapta, siue ea commodata, siue locata, siue pignorata, siue deposita, uel usufructus, uel alterius iuris nomine concessa fuerit, siue illius intersit eam non rapi: ut in eo intra annum utilem, uerum precium rei quadruplicetur, non etiam quod interest.[h] Non solum ei qui rapinam passus est, uerumetiã hæredi cæterisq; eius successoribus datur. Aduersus hæredes autem & cæteros successores non dabitur: quia pœnalem actionem in eos non dari, Vlpianus scribit.[i] Persona le autem est, & ex maleficio constitutum, continetq; & rei & pœnæ persecutionem.[k] Possent in hanc rationem multæ aliæ præceptiones tradi, quarum ideo neglecta à nobis est ratio, ne in ipso studiorum exordio nimium oneremus iuuentutem, cui hanc operam damus.

39 Et quando multa sunt recuperandæ possesionis edicta proposita, propterea quòd Cæsares grauissimè in eos animaduertere uoluerũt, qui ui ac rapinis aliorum possessiones uiolassent: prudentiæ est uidere, quam actionem proponere uelimus. Nam plerunq; semper prodest actionem siue interdictum proponere ex c. reintegranda, iij. quæst. i. propterea quòd is generalis sit: deturq; antiquioribus possessoribus, etiamsi sint malæ fidei, uel nudi detentores, contra possessores iuniores, siue posteriores possessores, siue sint bonæ fidei, siue malæ fidei, siue cum titulo, siue sine titulo possessores.[l]

40 Vsus d. c. Reintegranda est, quod is qui ex c. reintegranda agit, probare duntaxat cogetur priorem & antiquiorem possessionem: qua probata, restitutio dari ante omnia debet, etiamsi nec spoliatio probetur aliter, aut amissa possessio in multorum potestatem peruenerit: nisi posterior possessor probet, quòd primus huiusmodi possessionem iustè amiserit,[m] adeò iniusta amissio, siue spoliatio probetur prçsumptiuè ex eo, quòd alius nõ probet contrarium, scilicet agentem iustè amisisse.[n] quam ipsam sententiã iisdem propè uerbis comprobat Bald. in l. si de proprietate. C. si non à competenti. iudic. in colum. ult. Bart. in l. Cels. ff. de usucapionib. Panorm. in c. si diligenti. de præscript. Anth. de Rosar. in d. c. reintegranda. iij. quæst. i. Ioan. Andr. in d. c. sæpe. eod. tit. Bart. in l. si coloni. C. de agricol. & cens. libro xj. Paul. de Cast. in l. & ideo. §. Neratius. ff. de condict. furt. Ludouicus Roman. & Alexander de Imol. in l. rem quę nobis. ff. de acquirend. possess.

a dict. uers. si quis aduentum.
b l. præt. ait. ibi quoq; glo. i. ff. ui bon. rapt. l. Marcel. ff. de uerb. et rer. signific.
c l. si uendid. §. cum rapt. ff. de furtis.
d in d. l. præt. ait. uers hoc autem edicto.
e l. i. ff. & instit. §. quia tamẽ ui bon. rapt.
f dicto §. quia tamẽ. & argu. est l. com. §. ult. ff. de public. & uectigal.
g ut l. si quis in tãtũ. C. unde ui.
h d. l. præt. ait. §. do. mal. uers. in hac actio. ff. ui bon. rap. Azo in sua sum. e. t.
i in d. l. prætor ait. §. ult.
k §. quadrup. institut. e. t. Azo in sum. e. t. ad fi.
l tex. in d. c. reintegr. Ang. et Aret. notab. instit. de act. §. quadrupli. col. 10. uers. 7. princi. Nicol. Cardin. in c. saepe. de restit. spol. Anth. de Resell. in d. c. reinteg. Panor. in c. cum ad sedẽ. de restit. spol. in recitatione tertiæ lectur. dicens hanc esse communem opinionẽ, quã et Io. Caldrin. Anton. de Butr. Ioan. de lig. & ferè om. in d. c. reinteg. comprobant.
m Innoc. in c. sæpe. de restitut. spol. Ant. de Butri. & Pan. in c. cum ad sedẽ. e. t.
n Pan. in d. c. cum ad sedem.

Angel. Aretin. in §. quadrupli. uersic. vij. princip. institut. de actio. Alexander de Imola, in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. possess.

Qui omnes asserunt, hunc c. reintegranda, non solum in territorio eccle- 41
siastico, ad recuperandas res ecclesiasticas amissas, sed etiam in foro ciuili, & rebus profanis ex identitate rationis, ad ulciscendum scilicet spoliationis uitium procedere: etiam si in diuersa, sed tamen absurda opinione sint Ioan. Caldr. Ioan. de ligna. Panor. in d. c. cum ad sedem. & Anton. de Rosel. in d. c. reintegranda.

Condictio, c. sæpe. de restitutio. spoliatorum, datur cōtra singularē successorem rei uiolenter ablatæ: in eaq; probādum erit, quòd successor in uitium scienter successerit, hoc est, sciens rem alienam occupauerit.[a]

Interdictū uerò, unde ui, non competit, ut antè diximus, nisi contra spoliantem, spoliare mandantem, uel factam spoliationem ratam habētem, & illorum successores utiles, non autem singulares.[b]

Remedium l. si coloni. C. de agricolis & censit. ut locum habere pòssit, necesse est, ut probemus eam rem, quæ ablata est, affectam fuisse uitio reali. Nam ita text. in d. l. si coloni. casum ponit in seruo fugitiuo, qui aufugiendo facit sui ipsius furtum.

In remedio l. si me & Titium. ff. si certum petatur. rèquiritur titulus lucratiuus, quod scilicet res mea ad te peruenerit titulo lucratiuo, nec sit causa quare apud te remanere debeat: quare eam repeto condictione certi, uel sine causa: aliter atq; si titulo oneroso, uel si ego mala fide posiderem, quia tunc cessat æquitas. d. l. si me & Titium.[c]

In condictione Triticaria, seu indebiti, oportet etiā probare aliquid inualidè gestum, seu pro gesto habitū, per quod posessio mea translata est, ut quia per minorem uel ecclesiam factus est aliquis contractus inualidus, cuius ui possessio transfertur, quæ condici potest per condictionem indebiti, remedio l. indebiti. §. sed si nummi. ff. de condictio. indebiti. & in l. 1. ff. de condictio. triticar. Sintq; hæc nobis breuissimè & simplicissimè de quibusdam interdictis commemorata.

Enarrauimus breuem quēdam & simplicem interdictorum tractatum, ut hac laboris parte prodesse possimus iuuentuti, quando tam multa sunt in iure prodita restitutionis auxilia ad recuperandum id quod ui amissum
est.[d] Certiq; iuris est, eum qui se spoliatum esse contendit, interdicto recu- 42
perandæ possessionis agere, suamq; actionem proponere posse uel contra eum qui ui deiecit ac spoliauit: licet is rem non possideat, ad consequēdam uidelicet rei æstimationem, & quod interest. Aut contra possessorem, condictione uidelicet ex cap. sæpe, de restitut. spoliat. uel cap. reintegranda. iij. quæst. 1 propterea quod utrumq; positum sit in actoris arbitrio ac uoluntate, referente Panor.[e] Neq; dubitationem ullam haberet, quin is qui sua possessione deiectus, ante omnia, & quidem in pristinam causam restitui
debeat:[f] idq; hac potissimum ratione, quæ summā æquitatem habet, quod 43
nemo sine rationabili, aut notoria, aut manifesta culpa, causa etiam indicta & iudicij ordine neglecto, rerum suarum possessione spoliari debet.[g] Adhibenda enim hic causæ cognitio, & legitimus iudicij ordo, ne quis temerè sua possessione deijciatur: ne'ue inde iniuriarum occasio nascatur, ut ille ait,[h] unde iura nascuntur. quando etiam is qui autore prętore posidet, non potest iustè posidere uideri,[i] nisi parte aduersaria citata, cognitione etiam causæ facta, iudicij ordo seruetur.[k]

Quæ-

a text. & gl. 3. eiusdem. in d. c. sæpe. & ibi doctor. om.

b ut in d. c. cum ad sedem. ibi Innocent. de restitutione spol. l. cum à te. ff. de ui & ui arm.

c Bart. in d. l. si coloni.

d Specul. tit. de restitut. spoliator. §. 1. item gl. & ibi per modernos, in c. cum ad sedem. c. sæpe. de restit. spoliat. & c. remittē. grād. 3. quæst. 1. Ang. inst. de act. §. quadr. & instit. de interdict. Bart. in l. si coloni. C. de agric. et censit. lib. 11.

e in c. conquer. & c. sæpe. de restitut. spol. doct. in l. 1. ff. de ui & ui arm.

f l. 1. §. qui autē ui. ff. de ui & ui armat. text. in c. grau. extr. de restit. spol. l. in interdict. l. si plur. §. deiect. ff. de ui et ui arm. l. si de poss. C. unde ui.

g pulch. text. in c. uenerab. ibi quoq; gl. in uerbo. plen. ext. de offic. & potest. iudic. deleg. c. in liter. de restitut. spol. doct. in l. si quis ad se fund. C. ad l. Iul. de ui pub.

h Imper. in l. meminerint. C. unde ui.

i l. iustè posid. ff. de acquir. possess.

k Bart. in d. l. meminer. C. unde ui. gl. ordin. in d. l. iustè posid. ff. de acquir. poss.

Quæstionis tamen esse poterit, an contra iudicem, qui uel ui deiecisse,
aut spolium commisisse dicitur, perinde agi possit interdicto possessorio
recuperandæ, atque contra priuatum: quando hoc fieri posse, textus arguit
in d.c. conquerente. extrà, de restitutione spoliator.

45 Et sanè hæc res distinctionem recipit: primùm, sit ne quis rei suæ posses-
sione spoliatus autoritate iudicis, an uerò hominis priuati temeritate. De-
inde ut iudex spoliasse dicatur, an hæc spoliatio facta sit in iudicio & iuris
ordine seruato, an uerò extra iudicium sine causæ cognitione.

Nam spoliatus à iudice, non perinde atque is qui cuiusdam priuati inso-
lentia de possessione sua deiectus dicitur, restituitur, sed ipsam restitutionẽ
46 præcedere debet causæ cognitio: idque hac potissimum ratione, quòd iudi-
cis factũ ferè semper præsumatur iustũ. Estque hæc regula recepta, si ordine
iudicij, parte aduersaria uocata, & cũ causæ cognitione fuerit processum.[a]

Deinde etiam si iudex seruato iudicij ordine ac solennitate processerit,
& tamen eius sententia dicatur iniusta, non tamen competit contra iudi-
cem interdictum hoc possessorium recuperandæ: propterea quòd, ut di-
ctum est, pro eius facto, seruato uidelicet iudicij ordine, plerunque semper
47 præsumatur. Cuius ea est cùm obseruantia, tum maior quædam reueren-
tia, ut quæ à iudice, seruato iudicij ordine, gesta sunt, ea ferè rectè & legiti-
mè gesta esse præsumantur: neque in dubio, iudex arguatur uiolentiam com
misisse: ac proinde qui se ui deiectum ac possessione sua turbatũ dicit, ne-
cesse habet in huiusmodi casu, appellationis prouocationisque beneficio se
tueri ac contra iniquas iudicis actiones se tueri: alioquin enim ipsa illa sen
tentia quantũuis iniquè & illegitimè dicta, in rem iudicatã transiret, neque
amplius audiretur reus, propterea quòd sententia inter partes ius faciat.[b]

48 Aliter atque si iudex, quem possessione sua extra iudicium, & sine causæ
cognitione spoliauerit. Nam in hac extraiudiciali spoliatione receptũ est,
ut spoliatus à iudice, siue quouis alio extra iudicium, hoc est sine causæ co-
gnitione, sine ordine iudicij, parte non legitimè non citata, nec exaudita,
sed planè indefensa, restitui ante omnia debeat.[c] Quam sententiam appro-
bat Io. Andr. & hunc secutus Panormitanus, ut scilicet contra iudicis actũ
præsumatur, quotiens sententia & spoliatio fit extra iudicium.

Nam æquissimũ est, ut quotiens possessori competat retinẽdæ suæ pos-
sessionis defensio, prius ipse citetur, quàm indicta causa spolietur.[d] Et iu-
49 dex, qui iuris ordine neglecto, extraque iudicium possessorem spoliauit, &
per consequens iniustè processit, grauissima iniquitatis suspicione premi-
tur: neque potest propter hanc facti indignationem, qua alterius possessio
turbata est, ad impediendã restitutionem amplius iudicialiter agere:[e] quan
do, ut Panor. amplius scribit,[f] si iudex offerre se liti uelit, eo sanè casu ipse co
gendus erit probationis solicitudinem atque onus in se recipere, & probare,
causam factæ spoliationis legitimam esse, ne eius iniquitas & factum iniu-
stum nocere possit spoliato, ad consequendam restitutionem eius, quod
ui ablatum est.

Nam quemadmodum præsumptio iniquitatis & iniustitiæ contra iudi
cem exurgit, qui extra iudicij formam atque solennitatẽ, etiam in ijs casibus
procedit, in quibus extrà iudicialiter procedi aliquando soleat, propterea
quòd

a Panor. in d. c. conquer. Abbas in c. licet ex suscepto. de for. competẽt. pulch. gl. cum concordant. in c. præsent. 7. quæst. 1. text. & ibi gl. in uerbo restitu. in c. not. sit. 2. q. 1. Felinus, qui multos alios addu. in c. cum causa. de offic. iudic. deleg. Ang. in l. si quis ad se fund. C. ad l. Iul. de ui publ. Bald. in l. pen. §. pen. C. de præscr. 30. uel 40. an. Bart. pulch. in l. memin. uersic. secundò dicitur. & uers. sed contra hanc. uersic. opp. pars 1. ibi, si facit legit. C. unde ui. b c. cum inter. extr. de re iudic. l. res iudic. ff. de reg. iur. l. ingen. ff. de statu hom. gl. in c. 1. de concess. præb. estque d. c. præsent. 7. q. 1. ad hunc intellec. ui Panor. recens. in c. conquer. de restitut. spol. referend. et intell. c d. c. uener. de off. & potest. iud. deleg. & c. not. sit. 2. q. 1. ibi Abb. archidiac. Domic. & alij tex. & ibi Panor. in d. c. conquer. de restit. spol. & ibi quoque Ioan. Andr. doct. in d. l. si quis ad se fund. C. ad l. Iul. de ui publ. Bart. in l. memin. C. unde ui. & l. si quis in tantã. c. t. d c. licet episc. de præbend. lib. 6. Bar. & doct. in d. l. si quis ad se fund. C. ad l. Iul. de ui pub. & d. l. memin. C. unde ui. & l. si quis in tantam. C. c. t. asser. cõmun. hanc esse om. doct. sentent. quã tamen præcipuè tradit & Azo. c. t. & gloss. ordin. in l. iustè possid. ff. de acquir. uel amit. poss. e Pulchrè Panor. in d. c. conquer. in uersic. nota bene hanc glos. num. 11. & docet gl. in ca. statut. de rescript. lib. 6. f in d. c. conquer. uersic. animaduertendum tamen est.

quòd speciales eiusmodi siue excepti casus non præsumuntur rectè extra iudicialiter definiti esse, nisi hoc ipsum allegetur & probetur: ita fortior & uehementior suspicio gignitur contra iudicem, si in ijs casibus qui iuris solennitate definiri debeant, procedat extraiudicialiter.[a]

Postremò, quòd in hanc iudicis iniquitatē uel ideo maximè prospiciendum est, ne si neglecto iuris ac iudicij ordine, temerè ac pro sua libidine facere uelit omnia, inde iniuriarum occasio, ut Imperator ait, nascatur, unde iura nascuntur: quando, ut diximus, is qui autoritate superioris temerè impetrata, possessionem alterius inuadit: aut eam occupat uigore sententiæ illegitimè, nullo iudicij ordine seruato, nulla causæ cognitione proposita, latæ, non solum eum restituere cogitur, sed etiam proprietatis iure, si quod habet, cadit.[b] neque potest dici autore prætore possidere tanquam iustè: nisi ea possessio iusto ac legitimo iudicis decreto, cum causæ cognitione, & iudicij ordine legitimè instituto, acquisita siue data sit.[c] nam ita demum iustè possidet, ut ait Paulus,[d] qui autore prætore possidet, si prætor suam autoritatem siue decretum legitimè & conseruato iudicij ordine, cum plena causæ cognitione interposuerit.[e] 51

Vera igitur est regula, ut gloss. in c. quidam episcop. iij. quæst. i. refert, quòd spoliatus ab alio, quàm à iudice, uel etiam à iudice, non tamen iuris ordine, ac processus solennitate seruata, restitui ante omnia debeat. Quod ideo subieci, q̃d nuper in hāc ratione magnū iudicis errorem deprehendi.

AD FACILITATEM HVIVS STVDII CONSEQVENdam proderit, certum catalogum eorum habere, qui in leges commentarios scripserunt. Cap. XVIII.



Bi iuuentus in perdiscendo iuris ciuilis studio, maiorem aliquem doctrinæ progressum fecerit, incipiatq; ad fori lucem, & reipublicæ splendorem doctrinæ suæ usum referre, ualde proderit, cùm ad alleuiationē magni laboris, qui in euoluendis iuris interpretum commentarijs maximus faciendus est: tum etiam ad consequendam huius studij, quod uarium & multiplex est, facilitatem aliquam, ut certum catalogum eorum habeamus, quorum in ius utrumq; extant eruditi aliquot commentarij. Nam hunc morem uideo Italis peculiarem esse, & à multis obseruatū. Quare ut hac in parte, & quodam imitationis exemplo iuuentutis diligentiam excitemus, subiecimus hanc breuem catalogi annotationem, in uoluminis tantum primi ff. ueteris partem aliquam, cuius imitatione informata iuuentus, quid studiorum usus, & ratio, & facilitas postulet, colligere ipsa possit. Nam cum hæc scriberemus, non magna librorū copia adiuti sumus: & in toto hoc opere studio nobis fuit, ne prima iuuentutis studia prolixis commentarijs oneraremus. Ante omnia autem diligenter in hanc rationem legi uelim, quæ magnum illud iurisprudentiæ lumen Andreas Alciatus, Vdalricus Zasius, Viglius Zuichemius, & pleriq; alij scripserunt: quorum cum commentarij non eundem ordinem habeant, nolui eos hic annotare.

TITVLI FF. VETERIS.

De iustitia & iure.

Bart. fol. 5. Bald. fol. 5. Paul. de Cast. 1. Angel. 2. Ias. 1. Alberic. 9. Claud. de Sysell. 1. Decius. 2. Bud. 1. Repet. in l. omnes populi. per Ioan. Repet. l. ut uim. per Clau. de Sysell. quæ est & repet. in lib. 10. repeti. Marius Salom. in l. 1. & l. ut uim. & l. omnes populi, Bud, in l. 1, fol. 1, & alias. Marius Salomonius fol. 7. & fol. 19.

a Probatur in c. quoniam. ext. de probat. & d. c. conquer. et ibi Panor. sub fin. extr. de restitut. spol.

b in l. meminerint. C. unde ui. ibi quoq; Bart. l. si non cogn. C. si contra ius utilitatemq; publicā. Azo pulchrè in summa. C. unde ui.

c Bart. & reli qui pulch. in d. l. meminer. & l. si quis in tantā. C. unde ui. asserens, cōmunem omnium opinionem hanc esse.

d idem Barto. in d. l. meminer. per l. unusfor. et ibi gl. magnam. C. unde ui. idq; de cōmuni quoque omnium sententia.

e in l. iustè possidet. ff. de acquirend. uel amit. poss.

f gl. ordinar. in d. l. iustè possid. per d. l. meminerint. & l. ult. C. si per uim aut alio mo. Azo quoque in summa.

De origine iuris ciuilis, & omnium magistratuum, &c.

Bald. fol. xliij. Azo çcxcviij. Angel. vi. Alber. f. xxv. Hieron. Lagicola fol. xvi. Zas. in l. ij. in lib. sing. Cutell. adiunct. f. ij. Zas. schol. in l. ij. adiūct. lib sing. intel. fol. i. Ioan. Reignandi, fol. clxviij. Bud. fol. xvi. Marius Salamo. fol. xvi.

De legibus & senatusconsultis, & longa consuetudine.

Bart. fol. xv. Bald. fol. xv. Azo. ccxcviij. Paul. de Castr. viij. Angel vi. Iason xvij. Alber. f. xxvij. Claud. de Sysello. xxiij. Bud. fol. xxxvi, Marius Salam. xxxv.

De constitutionibus principum.

Bart. f. xxiij. Bald. f. xxv. Pau. de Cast. xij. Angel. xi. Ias. xxiij. Alber. xlv. Marius Salam. xli.

De statu hominum.

Bart. f. xxiiij. Bald. xxvi. Azo. ccxcviij. Angel. xij. Alber. f. xlvi. Budæus xlij. Marius Salam. xlij. Bud. fol. xlij.

De his qui sunt sui uel alieni iuris.

Bart. xxv. Bald. f. xxxv. Angel. xiiij. Iason. xxvi. Alber. liiij. Marius Salam. xlij.

De adoptionibus & emancipationibus.

Bart. fol. xxvij. Bald. fol. xxxv. Angel. xvi. Iason xxviij. Alberic. fol. lvi. Bud. fol. xliij.

De rerum diuisione & qualitate.

Bart. fol. xxxiij. Bald. xli. Angel. xix. Albert. fol. lxiiij. Bud. xliij.

De Senatoribus.

Bart. fol. xxxiiij. Bald. xlvij. Azo. ccxcviij. Angel. xix. Alber. fol. lxvij. Bud. xliij. Salam. xliij.

De officio Consulis.

Bart. f. xxxiiij. Bald. f. xlviij. Azo ccxcviij. Angel. xix. Alber. lxviij.

De officio præfecti prætorio.

Bart. fol. xxxv. Bald. xlix. Angel. xix. Alber. lxix. Bud. lxiij. Marius Salamon. xlv.

De officio præfecti urbis.

Bart. xxxv. Bald. xlix. Angel. xix. Alber. lxix. Bud. lxviij. Mar. Sala. xlv.

De officio quæstoris.

Bart. f. xxxvi. Bald. li. Ang. xix. Alb. lxxi. Bud. lxviij.

De officio prætoris.

Bart. f. xxxvi. Bald. li. Angel. xix. Ias. xxxiij. Alber. lxxi.

De officio præfecti uigilum.

Bart. f. xxxix. Bal. lvij. Ang. xx. Alb. lxxiiij.

De officio proconsulis & legati.

Bart. fol. xl. Bald. lvij. Ang. xx. Ias. xxxvij. Alber. lxxiij. Alciatus in l. nec quicquam. §. decretum. lib. ij. Paradox. cap. iij. Bud. lxij. Idem fol. lxxi. Marius Salam. xlvi.

De officio præfecti Augustalis.

Bart. f. xliij. Bald. lxv. Angel. xx. Alber. lxxx.

De officio præsidis.

Bart. f. xliij. Bald. lxvi. Angel. xx. Alber. lxxx. Bud. lxxvij.

De officio procuratoris Cæsaris.

Bart. f. xliij. Bald. lxviij. Azo ccxcix. Angel. xxi. Ias. xl. Alber. lxxxv.

De officio iuridici. Alexandriæ.

Azo. ccxcix.

De officio eius cui mandata est iurisdictio.

Bart.fol.l.Bald.f.lxviij.Azo ccxcix.Paul.de Castr. xij.Angel. xxi. Iason xli.Alber.lxxxvij.Claud.de Sysell. xxviij.Dec.v.Alc.lib. ij.Paradox. cap.Mar.Salam.xlviij.

De officio assessorum.

Bar.fol.li.Bald.lxviij. Paul.de Cast.xiiij.Angel.xxij.Ias.xlix.Alber.xc. Claudius de Sysello xxxi.Hieron.Cagic.xli.Dec.xiiij.Budęus lxxvij.Marius Salam.li.

LIBRI II.

De iurisdictione omnium iudicum.

Bar.fol.lij.Bal.f.lxix.Paulus de Cast.xv.Angel. xxij.Ias.liij. Alber.xci. Claud.de Sysell.xxxiij.Dec.xviij.Alciat.iij.l.si familia.lib.Parad.ij. f.xxi. cap.xvi.Idem Alciat.in l. si conuenerit. lib.ij.Paradox.cap.xvij.

Quod quisq; iuris in alium statuit, ipse eodem iure utatur.

Bart.lx.Bald.f.lxxxi.Azo ccxcix.Paul.de Castr.xx.Angel.xxix.Iason lxxvij.Alber.cv.Claud.de Sysell.xlviij. Dec.xxxij.

Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

Bart.f.lxi.Bald.f.lxxxiij.Azo ccxcix.Paul.de Castr.xxij.Ang.xxx.Iason lxxxij.Alb.cix.Clau.de Sysel.xlviij.Zas.in l.i. & fi.lib.sing.intel.lxij.

De in ius uocando.

Bart.f.lxiiij.Bald.lxxxv. Azo ccxcix.Paul.de Castr.xxiij.Angel.xxxi. Iaso.lxxxvij.Alber.cxiij.Bud.lxxvij.

Si quis in ius uocatus non ierit, &c.

Bart.f.lxv.Bald.f.lxxxviij.Azo ccc.Paul.de Castr.xxvi.Angel. xxxiij. Ias.xciij.Alber.cxvi.

In ius uocati ut eant, uel soluant.

Bart.f.lxviij.Bald.lxxxix.Azo ccc.Paul.de Castr. xxvi. Angel.xxxv. Ias.xcvij.Alber.cxix.

Ne quis eum qui in ius uocatus est ui eximat.

Bart.f.lxviij.Bal.f.lxxxix.Azo ccc.Paul. de Castr.xxvij.Angel. xxxv. Ias.xcvij.Alber.cxx.

Qui satisdare cogantur uel iureiurand. &c.

Bart. f. lxix.Bald.xci. Azo ccc.Paul.de Castr.xxviij.Angel. xxxvi. Iason c.Alber.cxxi.

Si ex noxali causa agatur quemadmodum, &c.

Bart.f.lxxiiij Bald.f.xcviij.Azo ccc.Paul.de Cast.xxxiij.Angel.xlij.Iason cxv.Alber.cxxx.

De eo per quem factum erit, &c.

Bart.f.lxxvi.Bald. ci.Azo xxx.Paul.de Castr.xxxiiij. Angel. xlij.Iason cxvi.Alber.cxxxij.

Si quis cautionibus in iudicio, &c.

Bart.fol.lxxvij.Bald.cij.Azo ccc.Paul.de Castr.xxxvi.Angel.xliiij.Iason cxvij.Alber.i.xxxiij.

De ferijs & dilationibus, & diuersis temporibus, &c.

Bartol.fol.lxxxi.Bald.cxvi.Paulus de Castr.xli.Angel.l.Iason cxxvij. Alber.cxlviij.

De edendo.

Bart.f.lxxxij.Bald.fol.cxx.Paul.de Cast.xliij. Ang. lij.Ias.cxxxi.Alberic.clij.Bud.lxxix.

De pactis.

Bart.fol.xc.Bald.fol.cxxv.Pau.de Castr.xlvi.Angel.lvij.Iason cxxxix. Alber.

Alb.clx. Alciat.in l.si unus.§.pact.lib.i.cap.xxij.Paradox. Rep.Bald.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.tractat.Rairaudi adiuncta.fol.cxix.

De transactionibus.

Bartol.fol.x.Bald.fol.clx.Pau.de Castr.lxvij.Angel.lxxxiij.Ias.clxxij. Alber.clxxxij.

LIBRI III.

De postulando.

Bartol.clxx.Bald.fol.clxvi.Paulus de Castr.lxx.Angel.lxxxvij.Alberic.clxxxvij.

De his qui notantur infamia.

Bart.cxij.Bald.fol.clxviij.Paul. de Castr. lxxij. Angel.lxxxix. Alber. cxc.Bud.lxxix.

De procuratoribus & defensoribus.

Bart.fol.cxvij.Bald.clxxviij.Paul.de Castr.lxxvi.Ang.xcv.Alb.cxcix.

Quod cuiusq; uniuersitatis nomine,&c.

Bart.cxxvij.Bald.cxcvij.Azo ccci.Paul.de Castr.xcij.Angel.cx.Alber.ccxviij.

De negotijs gestis.

Bartol.fol.cxxxv.Bald.fol.cc. Paul.de Castr. xciij.Angel.cxij.Alberic.ccxxij.

De calumniatoribus.

Bart.fol.cxxxviij.Bald.ccxij.Azo xxx.Paul.de Castr.cv.Angel.cxx.Alber.ccxxxviij.

LIBRI IIII.

De in integrum restitutionibus.

Bart.fol.cxxxix.Bald.ccxiij.Azo ccciij.Angel.cxxij.Alber.ccxl.

De eo quod metus causa gestum erit.

Bart.fol.cxli.Bald.ccxv.Angel.cxxiij.Alber.ccxlij.

De dolo malo.

Bart.fol.cxlv.Bald.ccxxi.Angel.cxxviij.Alb.ccxlix.Bud.lxxxv.

De minoribus uiginti quinque annis.

Bart.cxlix.Bald.fol.ccxxv.Alber.cclv.Bud.lxxxv.

De capitis diminutione.

Bart.fol.clviij.Bald.fol.ccxxxv.Alber.cclxvij.

Et poterunt eundem admodum similes annotationes in alios titulos colligi, ueluti

EX LIBRO XII.

De rebus creditis,& si certum pe.

Bart.fol.i.part.ij.Bald. fol.xx.part.ij.Paul. de Castr.fol.i.part.ij. Dec. xliij.Ange.ij.fol.ij.Ias.ij.fol.ij.Alb.ij.part.fol.ij.Aciat.lib.ij.cap.xx.Paradoxon.in lib.vi.mutui.Bud.cviij.

De iureiurando,&c.

Bart.fol.xxiij.part.ij.Bald.fol.xxxij.part.ij.Paul.de Castr.part.ij.fol.i. Dec.xliij.Angel.ij.fol.ij.Ias.ij.fol.ij.Alb.ij.fol.xxvi.Bud.cviij.Rep.Lanfranci,de l.admonendi.

De in litem iurando.

Bart.f.xxxvi.part.ij.Bald.fol.lxv.part.ij.Paul. de Castr.ij.part.fol.xxx. Angel.ij.fol.xviij.Ias.ij.fol.dcccxxxvij.Alber.ij.f.xxxviij.Dec.lxxxvij.

De condictione causa data,causa non secuta.

Bart.fol.xxxix.part.ij.Bald.fol.lxvij.part.ij.Pau.Cast.part.ij.fol.xxxij.

Angel.ij.fol.xx.Iaſ.ij.fol.cxliij. Alber.ij.fol.xl. Zaſ.in l.quæ ſe debere.lib. ſing.intellectuum fol. lx.

De conditione ob turpem cauſam.

Bar.f.xlv.part.ij.Bald.fol.lxxvi.part.ij.Pau.de Caſt.part.ij.fol.xxxviij. Angel.ij.fol.xxiij.Iaſ.ij.fol.clviij.Alber.ij.fol.xliij.

De conditione indebiti.

Bart.fol.xlvij.part.ij.Bald.fol.lxxvij.part.ij.Paul.part.ij.fol.xxxix. Zaſius in l.ſi non ſortem.l.ſing. intellect.fol.xxv.Ang.ij.fol.xxiij.Iaſ.ij.fol. xvi.Alb.ij.fol.xliij.Zaſ.in l.frater à fratre.lib.adiunctio.ſing.intellec.fol. cxcvi. Zaſij ſcholia in l.frater à fratre.colligat.libro ſing.intell.fol.lxxxv. Bud.cix. Ad hunc modum quiſque ſibi indicem annotare poterit,ſi ita uidebitur.

SVBIECTAE SEDES ALIQVOT MATERIARVM, quarum exemplo & aliæ colligi poterunt.

Actionum utilium ſedes.in l.i.de act.& oblig.

Actionis negatoriæ & confeſſoriæ.in l.ſi prius.de oper.no.nunc.

Alimentorum.in l.Mela.de ali.& ciba.lega.

Arbitrorum & arbitratorum.in l.ſi quis arbitratu.de ſtipul. ſeu uerbo. obligat.& in l.ſocietatem.§.arbitrorum. pro ſocio.

Caſuum fortuitorum.in l. fiſtulas. §. & frumentu.de contrahẽd.emptio.

Ceſsionis.in l.Modeſtinus.de ſolutio.

Beneficiorum princ.in l.fin.de conſtit.princip.

Cumulationis,emendationis & mutationis action.in l.edita.C.de edend.

Cumulationis petitorij & poſſeſſorij.in l.naturaliter.§.nihil commune. de acquirend.poſſeſſ.

Defenſionis.in l.ut uim.de iuſtit.& iur.

Diuidui & indiuidui.in l.iiij.§.Cato.de ſtipulat.& in.l.ſtipulationes nõ diuiduntur.eod.tit.

Donationis omnium bonorum.in l.ſtipul.hoc modo.de ſtipul.

Excuſsionis,latiſsimè per Lucam de Penna.in l.i.C. de decurio.lib.x.

Exceptionis de iure tertij in l.ij.de except.rei iud.

Filiationis.ut in l.filium definimus.de his qui ſunt ſui uel alien.iur. & in l.ſi uicinis.C.de nuptijs.

Fluminum,molẽdinorum,& regalium,in l. quo minus.ff. de fluminib.

Intereſſe.in l.unica. C.de ſentent. quæ pro eo.& in leg. quatenus.de regul. iur.

Iuriſdictionum.in l.imperium,de iuriſdict.omnium iud.

Latæ culpæ.in l.quod Nerua.depoſiti.

Moræ.in l.ſi inſulam.de uerb.oblig.ſeu ſtipul.

Oblationis. in l.acceptam.C.de uſu.

Obligationum facti.in l.ſtipul.non diuiduntur.de ſtipul.

Pacti de hæreditate uiuentis.l.fin.C.de pactis.

Pacti de retrouendendo.in l.ij.C.de pact.inter empto.& uend.

Probationum omnium.in l.admonendi. de iureiurand.& in rubric. C. de probatio.

Proteſtationum.in l.non ſolum.§.morte.de operis no.nunciat.

Remiſsionis penſionum.in l.contem.§.fin.de publica.

Renunciationis iuris futuri.in l.qui ſuperſtitis.de acquir.hæred.& in l. pactum quod dotali.C.de pact.

Renunciationis litis & cauſæ.in l.poſtquam liti.C.de pact.

Sententiæ interlocutoriæ.in l.quod iuſsit.de re iudic.

Suitatis.

Suitatis. in l. in suis. de liber. & posthum. & in l. si filius qui patri. de uulgat. & in l. apud hostes. C. de su. & leg.

Testamenti inter liberos. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testament.

Vsurarum. in l. curabit. de actio. emptio. & in l. cẽtesimis. de stipulatio. & in l. lecta. si cert. petat.

Poterunt facili admodum opera similes loci in hanc rem colligi: neque huius nos studium nobis sumimus, sed faciem quandam, eamque rectam legum usurpationem tradere conamur.

FINIS LIBRI QVARTI.

DE VSVRPATIONE LEGVM

LIBER QVINTVS.

QVAE SIT GENERIS IVDICIALIS DIFFICVLtas, quis eius finis, & quæ partes. Cap. 1.

1 *Inter causarum genera, iudiciale difficilimum esse.*
2 *Cuius cognitio propria sit Iureconsultorum.*
3 *Eius complexum latè patere.*
4 *Instituendæ uel suscipiendæ litis, nullum certum præceptum dari posse.*
5 *Generis iudicialis quis sit finis.*
6 *Eius partes quæ sint.*



1 INTER omnia causarũ genera, quæ quidem rhetores constituũt, nullũ est quod maiore uel ingenio, uel industria, uel contentione tractatur, quàm genus iudiciale, cuius tamen
2 cognitio propria est iurisc͠osultorum. Nam etsi non mediocris sit usus generis dem͠ostratiui, propterea quòd ex illo ciuilium quæstionum, iudicandique ratio nascatur: & in consilijs quid sequendum, quid'ue fugiendum explicari, nisi eius generis auxilio non possit, atque etiam in iudicijs æqui & iniqui partes, testiũ fides aut confutatio, ex hoc propẽdeant: sitque non mediocris uis, in repub. benè ac sanctè gerenda, generis deliberatiui: longè tamen maximi operis
3 est, ex omni humana industria tractatio generis iudicialis. Complectitur enim atque continet grauem causarum contentionem, constatque accusatione & defensione, querela, expostulatione, expurgatione, exprobratione, comminatione, inuectiua, & deprecatione. Quorum omnium ut uarius & multiplex est flexus atque tractatio: ita magna quoque & difficilis est in hoc genere probationis atque argumentorum inuentio: & eorum quib. aut nostra confirmaturi, aut aliena dissoluturi sumus, prudens atque artificiosa
4 pro re, pro loco, pro tempore collocatio. Rectè autem Quintilianus præcipit, non posse unam aliquam, siue legem, siue præceptionem, instituendæ ac suscipiendæ litis tradi. Esse enim multas & penè infinitas lites, quarũ ut nulla alteri per omnia similis sit, ita diligentem esse oportere iurisconsultum, ut pleraque ipse inueniat, inuenta summo iudicio disponat: consilium à se petat, omniaque locorum apta & commoda dispositione ornet.[a] Finis
5 eius est, æquitas: ad quam omnes nostræ cogitationes, omnes ciuiles ac forenses actiones, omnia denique studia debent referri.
6 Partes sunt, exordium, narratio, confirmatio, confutatio, & conclusio.

Extant in hanc rem passim præceptiones apud Azon. Speculat. & alios iur. interpret. præcipuè uerò apud Cicer. in rhetoricis. & Quintil.

Generis iudicialis difficultas.

a in l. quod si Ephesi §. in summa. ff. de eo quod certo loco. facit l. plac. C. de iudicijs. l. iur. succursum. ff. de iur. dotium. l. quia tradi gò. ff. de ædil. edicto. l. si me & Tit. ff. si cer. pet.

quarum omnium præceptiones aliquot communes, ideo annotare suo ordine uoluimus, ut ad earum imitationem adolescentia studia sua cōformaret. Est enim hæc doctrinæ pars, aut planè negligenter, aut ualde obscurè tradita, ab ijs qui omnis elegantis eruditionis pertæsi, nundinationem iuris magis, quàm eius rectam usurpationem tradunt.

QVAE IN IVDICE, ACTORE, REO, ET CAVSAE aduocatis in primo litis ingressu spectari soleant. Cap. II.

1 *Iudicis officio fungi qui prohibeantur.*
2 *Iudicem ipsum nonnunquam suo officio uti non posse.*
3 *Consanguinei quando iudices esse possint.*
4 *Cuius causæ definitionem princeps habere nequeat.*
5 *Multas causas esse, quæ iudicis officium impedire possint.*
6 *In actore, uel reo, quæ in initio litis spectari debeant.*
7 *Quatenus filiofamilias liceat patrem conuenire in iudicio.*
8 *Eidem quando liceat absq; patris consensu actionem instituere.*
9 *Seruo ac liberto quatenus in iudicio experiri liceat.*
10 *Furiosum, & eum cui bonis interdictum sit, à iudicio arceri.*
11 *Pupillo in iudicio conuenire quenquam, quando sit concessum.*
12 *Maiori excommunicatione excōmunicatum in iudicio experiri non posse: secus esse de eo, cui minor excommunicatio indicta sit.*
13 *Monachis interdictam litigandi potestatem esse.*
14 *Procuratoris usum esse necessarium inter homines, eumq; duplicem esse.*
15 *Procurator generaliter datus.*
16 *Quales uiri procuratores esse debeant. Et num. 18.*
17 *Quando fœminis liceat procuratoris officio fungi.*
19 *Reos innocentia, non criminis relatione purgandos esse.*
20 *Qualitatem personarum impedire plerunq;, quo minus quis procurator esse possit.*
21 *Speciale mandatum in multis causis procul requiri.*
22 *Procuratoris factum, speciale mandatum, aut liberum rerum habentis, nobis uel nocere, uel prodesse posse, modò dolo careat.*



Vdicis officio fungi quidā lege prohibentur, ueluti qui pro- 1
pter admissam turpitudinē senatu moti sunt: [a] cum alioquin
amplissimus, & lōgè lateq; patens sit dignitatis cāpus etiam
uilioribus hominibus: [b] quosdam uerò, ut impuberes, & adul
tos, nondum decimumoctauum ætatis annum egressos, nisi
principis rescripto iuuentur, [c] remouet à iudicandi religione natura ipsa,
propter iudicij scilicet egestatem, qua ętas illa laborare uidetur. [d] alij autem
moribus ad conseruandum & retinendum reipubl. splendorem atq; digni
tatem arcentur à iuris dicendi officio: cuiusmodi sunt serui homines, [e] qui
uix certis de causis admittuntur: [f] item fœminæ, [g] nisi eæ hæreditario iure
regendis suis ditionibus præfectæ sint: [h] aut alioquin ordinariam iurisdi-
ctionem acquisitam, aut à lege municipali concessam retineant: ut fit ho-
die non uno in loco. [i] Sed & personarum & rerum qualitas siue circūstan-
tię, iudicis officium non rarò impediunt: quando qui iurisdictioni pręest, 2
neq; sibi ius dicere debet, neq; uxori, uel liberis suis, neq; libertis, uel cæte
ris quos secum habet, referente Vlpian. [k] idq; præcipuè in causis crimina-
libus, nō item ciuilibus, in quibus African. scribit [l] filium patre, uel patrem
filio, iudice uti posse. Neque consanguineus, nisi singulari uitæ morumq; 3

a l. cum præt. §. nō aūt. de iud. b c. inter dilect. de excess. prǣl. l. 1. & 2. C. de dignit. lib. 12. c l. quidam consul. ff. de re iud. d d. l. cū præt. §. non autē om. e d. § non autē om. & l. seruus. C. de iud. & l. 2. ff. de reg. iur. f l. iux cert. ibi gl. & doct. ff. de iudicijs. g 3. q. 7. c. tria. 33. q. 5. c. mulier. h Angel. in d. l. cum præt. § nō autem om. ff. de iud. Panor. in c. dilect. de arbitr. i d. c. dilect. & gl. ult. in c. cum deuotissim. 12. quæst. 2. Philip. Dec. in l. 2. ff. de reg. iur. k in l. qui iurisdict. ff. de iurisdict. om. iudic. l in l. in priuat. ff. de iud.

innocen-

innocentia cæteris egregiè antecellat, careatq; non solum culpa, sed etiam
suspicione mala, iurisdictionem in suos habere potest: [a] nisi fortè consuetu-
do hoc admittat, [b] aut idem æquè natura ac sanguine coniunctus sit litiga-
tori utriq;, quoniam hæc æqualitas omnē affectionis suspicionem malam
4 diluit. [c] Et poterit breuis hæc esse regula, neq; principem cognitionē de-
finitionemq; eius causæ habere, quæ inter ipsum, & subditos controuersa
pendet: [d] neq; ordinarium iudicem illatam sibi iniuriam, nisi ea ad conuel
lendam iurisdictionem pertineat, iudicio ulcisci: [e] neq; delegatum iudicem
conuicium sibi dictum, propter priuatam animi offensionem, ulciscendiq;
cupiditatem malam, sententia definire: [f] neq; arbitrum, neq; quenquam in
5 re sua iudicem esse posse. [g] Ac proinde etiam causæ sunt multæ, quæ iudi-
cantis cognitionem officiumq; impediunt: cuiusmodi esse poterunt, do-
mestica quædam uitæ consuetudo, animorumq; coniunctio, quæ remora-
ri iudicij integritatem sanctitatemq; uidetur. [h] uehemens item & grauis
inimicitia suscepta, quæ non rarò propter immoderatas animorum percus-
siones rectum iudicium subuertit. [i] aut nimis magnum studium, & maior
quædam inclinatio iudicis in hunc, uel illum litigatorem propendētis: quo-
niam & ea non leuem suspicionem gignit: propterea quòd in his corru-
ptissimis moribus, & quadam omnis disciplinæ ueteris deprauatione, rara
admodum est iudiciorum integritas. [k] Aut quædam tanquam cognatio &
similitudo causæ, quam iudex cum proposita causæ cognitione habet, &
in qua ipsius præiudicium uertitur. [l] Aut si idem iudex in ea causa procu-
rationem aduocationemq; præstiterit, aut testimonij dictionem habuerit:
quando hoc ipsum quoq; studium non leuem affectionem, gratificandiq;
cupiditatem arguit: [m] & quæcunq; alia sunt uitia, quæ iudicis pudorē per-
tingunt, conspurcantq; omnē eius existimationem fœdis flagitijs ac crimi
nationibus. [n] Aut etiam, si delegatus iudex rescriptū suæ delegationis non
edat: [o] aut causam suæ industriæ commissam alij subdeleget, nullo ad eam
subdelegationem dato partium siue litigatorum consensu: [p] aut iudex ipse
datus sit reuocatus, eiusq; officium cesset: [q] quando & iudex, qui sententia
siue benè, siue malè dicta, officio suo semel functus est, iudex esse planè de
sinat, neq; sententiam suam corrigere possit. [r] Aut deniq;, si iudex eius cau-
sæ cognitionem sibi temerè sumat, in qua iudex esse non potest: uelut si iu
dex laicus cognitionē sibi causæ separationis matrimonij, aut criminalem
causam clerici, aut definitionem iuris patronatus sumat. nam ea omnia ad
ecclesiastici iudicis cognitionem iurisdictionēq; pertinent. [s] Sintq; hæc no
bis in magna commentariorum copia, quæ ubique ferè in hanc rationem
proponitur, de persona iudicis, & quæ in eo spectari in causis ac iudicijs
debeant, breui oratione decursa.
6 In actore uel etiam reo spectari in litis exordio præcipuè debent, quam
ille uel personam, uel conditionem, uel ætatem, uel uitæ genus agat: id
quod obseruari quoque, cum quis in ius uocatur, conuenit, ut sequente
7 capite breuiter notabimus. Filio enim familias, ne uel pietas lædatur,
uel parentibus debita reuerentia exemplo malo deponatur, nulla cum pa-
rente lis esse potest, [t] nisi castrensis, uel quasi pecuniæ, uel alimentorum,
quæ naturæ iure ipsi debentur, [u] ratione, impetrata prius autoritate præ-
toris,

a gl. et Panor. in c. pastr. de ap pel. & ibi quoq; Ioan. de in. cl.
b doct. in c. cum conting. de foro compet. text. & ibi glos. in uerbo punire, in c. 1. de pœnis. lib. 6.
c gl. in d. c. postremò de appel.
d c. Guilisar. 23. quæst. 4. Aretinus in c. 1. de probat. l. prox. ff. de ijs quæ in testam. del. l. in. et l. et hoc Tyber. ff. de hered. instituend.
e Innoc. in c. ex parte. el. 1. de uerbor signif & c. 1. de pœn. libr. 6. Panor. in c. dilectus filius. eod t. & c. 1. de maled.
f Speculat. tit. de iudic. deleg. 1. §. sequitur uidere, quod sit officium. per c. dilectus fil. de pœn.
g l. unica. C. ne quis in sua causa. l. penult. ff. de arbitr.
h c. insinuante. de offic. iudic. delegat. c. accusat. el. 3. 3. quæst. 5. et c. repellat. de accusat.
i c. acced. el. 2. extr. ut lite non contestata.
k c. caus. & ibi gloss. 1. de offic. iud. deleg. text. in d. caus. accusator. el. 3. 3. quæst. 5. et c. adhæc. de rescript.
l c. caus. quæ de iudic. c. person. de test. m l. nemo. C. de assessorib. & d. c. postremò. de appellat. & 2. quæst. 6. c. statut. ibi quoq; gloss. in uerbo, uel cognit. l. ult. ff. de testib. n tot. tit. ff. de ijs qui not. infam. o l. unic. C. de mand. princip. p c. ult. §. is autem. ff. de offic. iudic. delegat. q c. ut nostrum. de appellat. l. iudic. soluit. ff. de iudic. & c. super quæst. de offic. delegat. r l. iudex posteaquam. ff. de re iudic. & c. literis. de offic. iudic. delegat. & l. si ut prop. el. 1. C. quomodo & quand. iudex. s c. tuæ. de procurator. c. at si clerici. de iudicijs. t l. lis nulla. ff. de iudic. l. ultima. C. de in ius uocando. u l. si quis à liberis. ff. de liber agnoscend.

toris, contendere in iudicio cum patre potest,[a] etiam si ius canonicum filio
aduersus patrem propter admissum peccatum aliquod, ueluti filij uxorem
à patre deteritam, sine ulla prætoris autoritate permittat:[b] & quando tuto
ris & curatoris officium non uoluntarium, sicut procuratoris,[c] sed necessa
rium planè est,[d] potest idem filiusfamilias, si uel tutelam uel curationem su
scepit, impunè actionem in patrem alieno, hoc est tutorio uel curatorio no
mine instituere.[e] Sed quemadmodum dubitationem nullam habet, quin
filius procuratorio siue alieno nomine, siue patris consensu agere possit,[f]
etiam in ijs casibus, in quibus patri usus fructus non acquiritur:[g] ita tutior
& æquior eorum est sententia, qui patris consensum requirũt,[h] eumq́ an
te litis contestationem, uel in ipsa litis contestatione dandum esse scribunt:
quando hic consensus non adhibitus reddit iudicium nullum,[i] neq; con
firmatur ipsius patris ratihabitione.[k] Causa tamen hoc ipsum immutat. 8
Nam filiusfamilias nullo patris cõsensu adhibito, in rebus castrensibus aut
quasi,[l] uel spiritualibus,[m] uel cũ studiorum caussa abesset, damnum autem
ipsi datum sit, aut cum depositum repetat, actionem instituere & prosequi
potest.[n] Ad eundem ferè modum & emancipatũ filium, non posse sine au
toritate prætoris in iudicio cum patre contendere, receptũ est: propter de
bitam parentibus, quorum appellatio in hac specie ad maiores omnes in
infinitum refertur,[o] reuerentiam atq; obseruationem, quæ sine summa in
iuria ac impietate uiolari non potest.[p]

Seruum autem hominem, nisi possessionem sui domini ui turbatã, in iu 9
dicio recuperare,[q] aut iudicis officium ad consequenda alimenta sibi ex te
stamento relicta implorare,[r] aut libertatis suæ causam tueri ac propugna
re uelit:[s] & item libertum, siue actor is, siue reus sit, contra patronũ, patro
nam'ue, & eorum parentes, etiam eorum liberos & hæredes quantumuis
extraneos in iudicio experiri non posse, certi receptiq; iuris est.[t] Furiosus 10
item, ꝙ propter rationis egestatem nullum negotiũ gerere potest,[u] & qui
mente captus est, planeq; cum furioso confertur:[x] ac prodigus, cui quidem
bonis à iudice sit interdictum,[y] à fori luce ac iudicij seueritate legibus ac
moribus arcentur[z].

Pupillus sine tutoris, adultus sine curatoris autoritate, personam in iudi 11
cio standi habere non possunt: nec sententia contra eos dicta ualet,[a] nisi
in utilitatem minoris xxv. an. lata sit:[b] quoniam in eorum negotijs geren
dis expressus tutoris uel curatoris consensus requiritur.[c] Sed tamẽ hic con
sensus primùm nõ requiritur, si uel pupillus, uel adultus, sine tutoris & cu
ratoris autoritate, agat pro libero homine exhibendo:[d] uel momentaneæ
possessionis actionem in iudicio prosequatur: agatq; uel adipiscendæ, uel
retinendæ, uel recuperandæ possessionis iudicio,[e] uel se iudicio offerat, im
petrata ætatis uenia, quæ masculis annò suæ ætatis uicesimo completo, fœ
minis uerò decimumoctauum ætatis annum egressis dari solet:[f] aut si uxo
rem adulterij ream faciat:[g] aut si iniuriã sibi ac suis parentibus indignissimè
inustam

a doct. in d. l. lis nulla. l. cũ oportet. §. except cao strensib. C. de bonis quæ liber. et § ult. institut. de pœna temerè litigant.
b gl. in c. si eccles. 23. q. 4. Panor. in c. non est uobis. extra. de sponsal.
c l. si filiusfam. §. mut. ff. de procurator.
d l. 1. & ibi gl. ff. de tutel.
e l. quæsit. ff. de in ius uoc. per argum. à simili, de liber. ad filium.
f c. cum gener. §. nedum. de procurator. lib. 6.
g Angel. Aret. in §. act. instit. de action.
h l. ult. C. de bonis quæ liber. ibi doctor.
i l. si cũ dot. §. eo autem tempore. ff. solut. mat.
k Bald. in l. ult. §. necess. C. de bon quæ liber. l. in uniuers. C. qui dare tutor. poss.
l l. mil. §. 1. ff. de castrens. pecul. l. qui pot. inuit. ff. de reg. iur. l. 2. §. fin autẽ filiusfa. ff. de minor.
m c. ult. de iud. lib. 6.
n l. si long. §. si filiusfamil. ff. de iudicijs.
o l. quiq; litig. §. præt. ait ff. de in ius uocand. l. iurisconf. §. parent. uero. ff. de grad. p d. l. quiq; litig. §. præt. ibi Ias. & § ult. institut. de pœn. temerè litig. q l. 1. C. si per uim uel alio modo abs. poss. r l. seruo alieno. §. si quis post temp. ff. de legat. 1. & l. seru. ad custod. temp. ff. de aliment. & cibar. legat. s l. ux certus. ff. de iudic. t d. l. quiq; litig. §. præt. ait. ff. de in ius uocand. & l. ul. tima. eod. tit. & l. 2. C. eo. tit. u instit. de inut. stipulat. §. furiosi. l. furiosi. de reg. iur. l. præt. ff. de iud. x §. furiosi. instit. de curat. uersic. sed & mente captus. y gloss in l. is cui bonis. ff. de uerbor. obligat. & in uerbo, lege, in §. 1. ff. de curat. furiosi. text. in l. si curatorem habens, uersic. cui à prætore, curator. dato, bonis interdictum est. C. de in integ. restitutio. minor. z l. Fulcin. §. adeò. uersic. idemq; in prodig. ff. quib. ex caus. in possess. eat. l. 1. C. de curator. furiosi. l. his qui. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. a l. cũ & min. C. si aduers. rem iudic. l. 1. C. quæ leg. person. stant. in iud. hab. b l. non eo min. C. de procurat. l. quod fauor. C. de leg. c §. Tut. autem instit. de aut. tutor. Bart. in l. etiam. ff. eod. tit. & l. ubi non uoc. ff. de regul. iuris. d l. quod & lex Fauia. §. sed etsi mulier. ff. de lib. ho. exhib. e l. ult. C. qui leg. perso. stand. f l. 1. & 3. C. de ijs qui ueniam ætat. impetr. g l. si mar. §. lex Iulia. & l. inter liber. §. filiusfam. ff. ad l. Iul. de adult.

iniustam prosequatur iudicio publico,[a] aut causam matrimonij, in quod contra omnem animi cōsensionem atq; uoluntatem coniectus sit, iudicio refellat:[b] aut causam agat uoti præstiti, &c.[c]

12 Excommunicatus maiore scilicet excommunicatione, ab alijs quidem in iure sisti, ne perfugij sui alleuationem aliquam sentiat, ut tradit pontifex in c.intelleximus. de iudicijs. sed alium in ius uocare non potest, ut idem refert in c.excommunicamus. §. credentes. extr. de hæreticis: cum tamen is cui minor excommunicatio indicta est, experiri iudicio, aut si procuratoris potestatem habere nequeat, ipse sui defensionem in iudicio præstare potest, referentib. Ioan. de Imol. & Panor. in c.à nobis. de exceptio. & Felyn. in d. c. intelleximus.

13 Monachus deo deuotus, nisi iusta de causa in suum prælatum actionem edere uelit,[d] propter professionis suæ rationem abesse à forensibus negocijs debet.[e] Poterunt & aliæ quædam in hanc rem præceptiones colligi: nos his paucis declarare iuuentuti uoluimus, quæ spectari soleant ac debeant in persona iudicis, actoris ac rei: ad quorum imitationem liberum erit cuiq; alia eiusmodi uel addere, uel inuenire.

Aduocati partes atq; functiones, cum libro 8. describamus, uoluimus de industria, quid in persona procuratoris, quo uel actor, uel reus in iudicio utitur, spectandum sit, annotare, ut hac laboris parte iuuentutis studia

14 pro nostra summa ac perpetua in rem literariā uolūtate iuuemus. Est enim magnus & necessarius procuratoris usus omnib. ijs qui reb. suis superesse uel nolunt, uel non possunt.[f] Sed is tamen datur uel ad negocia gerenda, uel iudicia suscipienda. Ad negotia procurator datus, potest pro animi sui arbitrio quandocunq; suas uices alteri delegare: cum tamen is qui ad iudicia datus est, susceptam functionē procurationemq; alteri delegare nō possit, nisi uel litis cōtestatio facta sit, aut in rem suam sit datus, aut mandatum substituendi habeat.[g] Ad istum etiam modum procurator ad negociū post decimumseptimum ætatis suæ annum dari potest.[h] & datus ad negotia ge-

15 neraliter, censetur etiam ad omnes eas actiones atq; causas forenses, in quibus speciale mandatū non exigitur, constitutus.[i] Ad iudicia autē dari, nisi maior xxv. annis sit, non potest.[k] Et quando edictum de procuratore prohibitorium est, uidendum erit, qui procuratores prohibeantur:[l] siue quales hi esse debeant, qui in iudicijs publicis ac priuatis aliorū causas in suam defensionem atque procurationem recipiunt. Et sanè cum iudicem ipsum oporteat innocētis hominis officio in omnib. causis ac rebus fungi,[m] in rebus humanis misericordē, & in iudicādo seuerū, in testimonio religiosum,

16 in consolando comē, in deterrendo uehementē esse: maximè eum qui alienam aduocationē procurationemq; in se recipit, quiq; ingenij industriam, laborem, fidem suam cæteris promptā expeditamq; præbere cupit, decet, ut uir bonus & iustus sit, & habeatur, nō magis disciplina, quàm natura consultus, legum etiam peritus ac prudens: nec ulla turpitudinis nota, aut fla-

17 gitij dedecore insignitus sit[n]: ut item uir, non autem fœmina sit,[o] etiamsi fœminis aduocationis officium princeps interdum permittat:[p] etiam lex ipsa concedat, quotiens parentum suorum, qui morbo uel ætate afflicta implicantur, procurationem, in quadam maiore procuratorum egestate suscipiunt:[q] aut liberorum suorum tutelam gerunt:[r] aut in causa sui filij

18 damnati appellationem dicunt, eamq; prosequuntur.[s] Quod autem diximus, procuratorem ea uirtute atq; integritate cæteris præstare oportere, ut nulla dignitatis amissione afflictus, nulla sententiæ ignominia damnatus, nulla infamiæ turpitudine insignitus sit: hoc quoq; hanc significationem

t habet,

a 15. q.3. c. de crimine.
b c.ex part. ibi pulch. gl. in uerbo, quamuis minor. ext. de restitut. spol.
c 20. quæst. 2. c. 1. & 2.
d Pan. & Fel. in c. ex parte de accus.
e l. deo nob. C. de episc. et cler. et 2. q. 7. c. plac.
f l. 1. ff. de procurat.
g c. 1. de procurat. lib. 6.
h c. qui gener. §. pen. de procurat. lib. 6.
i d. c. qui gen.
k l. minor. ff. de procurat.
l l. mut. §. cum quæritur. ff. de procurat.
m l. cæt. ff. fam. herciſc. l. obseruare. ff. de offic. præs.
n 3. q. 7. c. 1. l. quisquis. C. de postul. Ang. in l. 1. C. e. t. l. quon. l. ult. ff. de his qui not. infam.
o l. nec fœm. ff. de procur. l. si alien. C. e. t.
p c. cum dilect. de confirm. util. uel inutil. ibi gl. in uerb. procur. item Pan. et alij eodem in loco.
q l. fœm. ff. de procurat.
r c. ex parte. de appellat. Auth. matri atq; auiæ. C. quando mul. off. tutelæ fung. potest.
s l. 1. ff. de appell. recip.

habet,ut si etiam reus criminis factus sit,non antè alium accuset,aut defen-
dat,quàm ipse se purgauerit, [a] maximè si contra ipsum procuratorẽ admissi
criminis causa excipiatur: [b] quando inuerecundũ & propè improbum est,
eum uelle innocentiæ legem cæteris dicere, qui ipse sit uitæ morumq́ tur-
pitudine implicatus: [c] & constitutionibus obseruatur, referente Vlp. [d] ut 19
non relatione criminis, sed innocentia reus purgetur. [e] Sed nec procurator 20
esse potest, qui uel ipse excõmunicatus est, uel ab eo constituitur qui excõ-
municatus habetur, [f] & stipẽdio cõductus militat,nisi in rem suam fortè da-
tus: [g] aut si posteaquam datus fuit, alius procurator in eadẽ causa sit cõstitu
tus, quoniã tacitè reuocatus censetur. [h] aut si in unã aliquam causam certã
datus alienũ negocium suscipere, & mandati fines excedere: [i] aut crimina-
lem & sanguinis causam non solũ exceptione legitima, quod leges scriptæ
permittunt,sed etiam defensione tueri uelit: quod ipsum iure prohibetur. [k]
aut denique procurator monachus,regularis,ad sacros ordines (ut aiunt) pro
uectus sit, & qui ecclesiasticis beneficijs,ut ecclesiæ sanctè gerendæ pręesse
possit,alitur & retinetur: [l] nisi hoc ipsum in laborantis ecclesiæ propugna-
tionem, aut miserabilium hominũ alleuationẽ fiat. [m] alioquin procurator,
qui suum officiũ atque operã aduersus eam ecclesiã præstet, à qua beneficiũ
possidet,ingratitudinis uitio afficitur,& amissione siue priuatione eiusmo-
di beneficij mulctatur. [n] Frequentissimè aũt excipi solet contra procurato-
ris mandatũ. nam & mandatũ generale ut plurimũ in suscipiendis ac defen
dendis causis satis esse solet. [o] Multæ tamẽ sunt causæ,quarũ explicatio spe- 21
ciale mandatũ requirit: cuius omissio sæpe efficit,ut procurator susceptũ in
se officiũ facere nequeat. Eiusmodi sanè est in integrũ restitutionis petitio,
quæ sine speciali mandato proponi,multo uerò minus admitti potest, [p] pręę
cipuè si ea nõ incidenter,sed principaliter petatur: [q] item cõtractus,siue ne-
gotium sponsalium, [r] aut etiam matrimoniorũ contrahendorũ: [s] iuramenti
item calumniæ præstandi, [t] aut cõpromittendi: [u] aut rescripti ad lites impe-
trandi, nisi impetrans persona coniuncta sit, [a] aut rescriptũ eiusmodi ad be-
neficium pertineat. [b] Ad eundem quoque modum speciale mandatũ requi-
ritur, quoties datus procurator absolutionẽ ab excõmunicatione latæ sen-
tentiæ petere, [c] transactionẽ concordiæ litiumq́ finiendarum causa inter-
ponere, [d] pignoris obligationem remittere, [e] solutionem eius quod debe-
tur recipere, [f] liberationẽ per acceptilationem præstare: [g] aut pacisci uelit,
quando pactum procuratoris ut nobis nocere, ita prodesse quoque potest, si
ei,ut pacisceretur,mandatum fuit, siue omnium rerũ nostrarũ fuerit procu-
rator, [h] siue denique criminationem in eam personam,in quam facta est e-
lectio,aut prouisio,intendere uelit, [i] aut petere beneficiorum collationem,
[k] & quæcunque alia illiusmodi sunt, quæ in iudicijs, & extra quoque iu-
dicia explicari ac definiri, non nisi speciali in eam rem accepto mandato
possunt: quorum omnium formas atque species, si quis plures desideret,
poterit ea legere, quæ in hanc ferè rationem describit Speculator, [l] &
Angelus Aretinus. [m] Et quoniam breui hac annotatione adolescentia co-
gnoscere poterit, quam uim in causis, rebus, ac iudicijs habeat speciale
manda-

a l.reli crimin. C.de procurat. l.1.C.de reis postuland.lib.10.l. libert.§.in quæstionib.ff.ad municipes.
b l.ita demum. C.de procurat.
c l.negandi. C.qui accus.non poss.l.athletas. ff.de ijs qui infam.notant. l.ultim.ff.de accus.
d in l.is qui reus fact.est ff.de public.iudic.
e l.si quis reli. C.de sicar.
f c.prudent. de offic.iudic.delegat.& c.ult.ex.de procurat.
g l.militem.l.qui stipendia.C.de procurator.
h c.non ministé.extra.de procuratorib.
i c.cum olim. extr.de offic.iudic.delegat.
k c.ueniens. extr.de accusatio.& 3.quæst.3.cap.in criminalib.
l toto ferè.tit. ext.de postulat. et tit.in clement.ne cleric.uel monach.secul.reb.se immisc.
m 3.quæstio.7. cau.tria.
n c.ultima.de postuland.et ibi gloss.in uerbo, cõtra ecclesiam.& 96.distinct. c.si imperat.& ibi gloss.in uerbo,benefic.c.nulli.et ibi gl.ult.3.quæst.1.

o l.1.et quæ ibi notant.ff.de procurat.& c.petit.extr.eod.tit.& c.qui ad agend.de procurat.lib.6. p l.illud.ff.de minorib.c.coram.de restitut.in integ.ibi pulchrè Panorm. q Imola et Panor. in c.suscit.de in integr.restitut. r c.ueniens.et ibi gloss.in uerbo promisit. extr.qui cleric.uel uouentes. s c.ult.de procurat.lib.6. t c.ult.de iurament.calum.præstand.lib.6. u c.per tuas.ibi gloss.in uerbo,generali mãdato.extr.de arbit. a c.nonnulli.§.sunt et alij.de rescript. b Panorm.in d.c.nonnulli.§.sunt & alij. c Speculat. in tit.de procurat. §.1.uersic.decimosexto,in absolut.petenda. d l mand.ff.de procur.c.per tuas.de arbitr.text.in c.conting.de transact.et ibi Panorm. e l.si consens.§.uidebimus.ff.quib.mod.hypoth.uel pig.soluat. f l.hoc iure.ibi Bart.ff.de solut. g l.2.ff.de accept. h l.rescript. §.ult.cum duab.ll.sequent.ff de pact. i Clement.non potest.de procur. k c.ult.de offic.uic.lib.6. l in tit.de procur. m in tit.de his,per quos agere poss.

mandatum: neque mediocris huius disciplinæ usus sit in ciuilium forensiumq́ rerum usurpatione. Obseruabit & hoc quoq́, quod procuratoris fa-
22 ctum, quod quidem dolo malo ac fraude careat (non enim quod procuratoris dolo factum aut alienatum est, fraudi aut damno nobis esse aut potest, aut debet)[a] & prodesse & nocere nobis potest, ut paulò antè diximus, si in eam rationem mandatum speciale, uel generalem omnium rerum nostrarum procurationem à nobis habeat: propterea quòd ipsi quodammodo fecisse dicamur, quod à procuratore nostro est gestum.[b] Ac proinde etiam legibus ac moribus receptum est, ut si in mandato constitutionis, quod procuratori datum est, eiusmodi aliquot causæ siue articuli contineantur, qui alioquin speciale requirunt mandatum, si tamen annexa sit generalis clausula, quæ quidem similia quædam ijs quæ speciatim expressa sunt, negotia, nec etiam maiora, uel grauiora includat atq́ comprehendat, oportere omnino procuratorem in uim eiusmodi mandati admitti.[c] Quæ autem personæ alieno nomine agere possint, quoniam hæc disciplinæ pars huius instituti propria non est, etiam à multis ualde diligenter tractata, noluimus pluribus onerare iuuentutem, cuius studijs in quodam iuris discendi exordio hanc operam nostram libenter impendimus.

a l. credit. §. 1. u cons. ff. mand. l. si procurat. C. de procuratorib.
b l. si mand. ff. cum sequent ff. mandat. & l. illud. & quæ ibi notant. ff. de minorib. 25. an l. 1. §. deniq. ff. et l. 3. §. cum prat. ff. de ui & ui arm.
c d. c. qui ad agendum. de procur. lib. 6. & gl. in c. ult. de procurat. lib. 6 & in Clement. non potest. e. t.

DE IN IVS VOCANDO.

Cap. III.

1 *Qui in iudicium uel uocare, uel uocari non possint.*
2 *In iudicio contendere cupientis, prima cura esse debet, ut aduersarium in ius uocet.*
3 *Qui ratione uagabūdus, hoc est, qui nullum certū domiciliū habeat, in ius uocari possit.*
4 *Quas partes in ius uocatio complecti debeat.*



Dictum hoc, de in ius uocando, cum prohibitorium sit, nō aliter atq́ illud de procuratore habendo:[a] neq́ eas personas generaliter omnes, quibus reuerentia præstanda est, cuiusmodi sunt consul, præfectus, prætor, magistratus, pontifex, parentes, patroni, & quales amplius enumerant Vlpianus, Paulus, Calist. Modestinus, Gaius, Marcellus,[b] sine iussu prætoris in ius uocare possimus: inspiciendum erit, qui à nobis uel in ius uocari, uel in iure sisti queant. Nam hæc res distinctionem recipit. Qui enim in ius uocatur ab
1 eo iudice, qui uel lege, uel moribus, uel natura, uel iurisdictionis inopia, ne iudex esse queat, impeditur:[c] aut ab eo actore, qui cum uel proprio, uel alieno nomine iudicium accipi non possit: cuiusmodi ferè sunt, filiusfamilias aduersus patrem acturus,[d] seruus,[e] filius emancipatus,[f] libertus & eius liberi:[g] furiosus,[h] prodigus,[i] pupillus & adultus,[k] excommunicatus,[l] & illiusmodi alij, qui suo nomine, nisi certis de causis in iure sisti non possunt: aut miles:[m] aut mulier, quæ alienam defensionem, nisi hoc parentum pietas requirat, suscipere nō potest:[n] aut eius rei causa in ius uocatur, cuius potestas non sit in rerum natura, ac hominum commercio: aut quæ nondum debeatur, sed postea in obligationē uentura sit:[o] aut aliam causam iustam habet, quamobrem in ius uocatus uenire nec possit, nec debeat: ueluti, si quis legationem reipublicæ causa susceperit,[p] aut sacra faciat, funus, uel uxorem ducat:[q] aut temporis ac loci ratione,[r] aut graui animi corporisq́ offensione ac morbo,[s] aut fluminum ui, & eiusmodi alijs communium temporum ac rerum commotionibus impediatur,[t] impunè certè non parêre potest,

t 2

a l. mutus. §. cū quar. ff. de procurat.
b tot. illo tit. ff. de in ius uocand.
c l. cum prat. §. non autē omnes. ff. de iud. l. 2. ff. de regu. iuris. l. ult. ff. de iurisdict. omnium iudic.
d l. lis nulla. ff. de iudic. l. ultim. C. de in ius uoc.
e l. seruus. C. de iudic.
f l. quique litigandi. §. prætor ait ff de in ius uocand. & §. ultimo. instit. de pœna temerè litigant.
g d. §. prætor ait & l. 2. C. de in ius uocand.

h l. furiosi. ff. de reg. iur. et §. fur. instit. de inutilib. stipul. i l. Fulcin. §. adeò. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 1. C. de curat. furios. l. bis qui. ff. de tut. & cur. dat. ab ys. k l. 1. C. qui legit. perso. stand. in iudic. hab. l c. excommun. de hæretic. c. intell. de iud. m l. milit. C. de procur. l. quæstip. C. e. t. n l. qui alien. l. fœm. C. de procur. o l. non quemad. ff. de iud. p l. 2. §. leg. ff de iud. q l. 2. ff. de in ius uoc. r l. om. C. de fer. l. si cum dies. §. si cum arb. ff. de arbitr. s c. quer. ibi gl. de procur. t l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. dat.

potest, id quod à legum præceptoribus passim annotatum est. Vt igitur
omnium actionum instituendarum principium ab ea parte edicti profici-
scitur, qua prætor edicit de in ius uocando:[a] ac proinde rectum est, ut in 2
primis aduersarius in ius uocetur ad eum qui ius dicturus sit:[b] ita ad cu-
ram solicitudinem'que eius qui in iudicio contendere cupit, pertinet, ut
aduersarium ipsum, si eius potestas haberi queat, in ius uocet:[c] aut si is
absit, neque ei denunciari possit, illi ad domum habitationis denunciet:
[d] nisi forte hunc ordinem immutet statutum, ut eiusmodi denunciatio, si-
ue in ius uocatio facienda sit uel in personam aduersarij: uel si nullo do-
lo malo absit, in eius domum: qua ratione in arbitrio eius qui in ius uocat,
positum est, ut uel ipsi reo, uel eius amicis atq; procuratori, uel ad domum
denunciet:[e] cum alioquin, quotiens sententia ante litis contestationem di-
cenda est, aut facienda excōmunicatio, nihil faciat eiusmodi denunciatio,
nisi in personam eius quæ non fraudulenter, aut dolo malo latitet, conce-
pta:[f] aut causa sit eiusmodi, ueluti alimentorum, damni item infecti, & quæ
iudicij celeritatem desideret, ut satis sit ipsam hanc in ius uocationē ad do-
mum aduersarij esse factam, etiamsi eius præsentia haberi potuerit:[g] aut is,
qui cum iudicium accipiendum sit, in iudicio adsit, paratumq; se esse dicat
iudicium accipere: cum alioquin, si in iudicio adsit, neget autem se conten
dere uelle, propterea quòd nullam causæ cognitionem animo retineat, aut
informatus ea satis sit, cogi non possit, ut ante legitimam uocationē in iure
sisti debeat: sed dari ei ad deliberandum tempus debet, ut sciat, utrum ce- 3
dere, an contendere ultrà debeat.[h] aut is qui rerum mobilium causa con-
uenitur, nullam habitationem certam passim diuagans habeat: quo casu
denunciatio, siue in ius uocationis schedula ei rei quæ petitur, ueluti fun-
do, aut prædio rustico affingenda erit.[i] Si tamē aditus & accessus ad eum
locum, in quem aduersarius uocatur, insidijs ac periculis notoriè prostitu-
tus sit: aut idem, quo minus in ius uocatus uenire queat, legitimo impedi-
mento retineatur, ut paulo antè diximus, uenire impunè non potest: idq;
non aliter, atq; si uocatio eiusmodi, siue denunciatio die aliquo festo in ho-
norem Dei instituto edita foret: cum tamen diuersa ratio foret in alijs ferijs,
propter hominum necessitates introductis.[k] Quemadmodum autem de-
nunciatio eiusmodi, siue in ius uocatio, ad litigatoris petitionem edi debet, 4
propterea quòd in ius uocare, facti sit, neq; iudicis officio suppleri debeat,
etiamsi eius cōmissio sit iuris:[l] ita eius partes sunt, ut locum, diem, horam,
iudicis, aduersarijq; nomen, & eiusmodi alias circumstātias sine maiore ali-
qua obscuritate cōplectatur[m]: habeaturq; peremptoria, hoc est, certis die-
rum interuallis, ac definito tempore distincta:[n] aut quæ uim, comminatio-
nemq; peremptoriam retineat, in ijs præcipuè causis, quæ præiudicium ma
gnum adferunt, cum in summarijs iudicijs non perinde citatio perempto-
ria requiratur:[o] præcipuè tamen, ut certum tempus in iudicio sisti cōtineat,
nisi hoc ipsum à lege, uel statuto sit datum:[p] aut ita in compromisso fortè,
aut arbitramento conuenerit, ut intra certum tempus sententia diceretur:
quo casu nulla alia citatione opus erit.[q] Pertinebit hoc quoq; ad modestiā
atq; uerecundiam eius qui in ius uocatus est, ut si ex aliena iurisdictione ad
præto-

a Instit. de pœn. temerè lit. §. ult.
b l. 1. ff. de in ius uocand.
c l. 1. & l. 4. §. præt. ff. de lib. agnos. l. aut qui alit. uers. etsi fortè uī sit. ff. quod ui aut clam.
d text. in l. 1. §. 1. et l. 4. § præt. ait. ibi quoque doct. et ff. de lib. agnosc. & in d. l. aut qui aliter. uer. etsi fortè. ff. quod ui aut clā.
e Dyn. et Bart. in d. §. prætor. Lanfrāc. in sua pract. eo. hoc tit.
f c. sacra. de sent. excom. Innoc. in c. si aduersar. de eo qui mitt. in pos. rei seruand. Aug in l. ut perfect. C. de annali excep.
g d. l. 4. §. prætor. ibi doct. ff. de liber. agnosc. & Lanfranc. in loco præalleg.
h Ant. de Butr. in c. ult. de iudic. arg. l. 2. ff. de edendo.
i doct. in d. §. prætor. & l. aut qui aliter. §. etsi fortè. ff. quod ui aut clam.
k Oldr. quem sequit. Bart. in l. 2. §. nūciat. ff. de operis no. nunc. Bald. in l. ult. C. de ferijs. text. in l. 1 ff. e. t. Ant. de Butr. in c. ult. de iudic. Bart. in l. omnes. §. si uerò apparitor. C. de episcop. & cler. Innocent. in c. præt. d. dilat. & c. præsenti. de rescript. Angel. in l. 2. ff. si quis in ius uocat. non ierit. & idem Bart. in l. aut qui aliter. ff. quod ui aut clam.
l l. ad perempt. ff. de iudic. l. properand. C. eod. tit gloss. item & rubric. C. ut quæ desunt aduocat. part.
m Doct. in d. l. aut qui aliter. ff. quod ui aut clam. Specul. ualde coprose. & idem Lanfranc. eodem hoc titulo.
n l. per interuallum. ff de iudicijs. l. tres denunciat. C. quomod. & quando iudex. l. ad perempt. cum duab. ll. sequent. ff. de iudic. l. cessaute. C. quomodo et quando iudex.
o Innocent. in c. ad petit. de accus. Clem. sæpe. in uerb. sentent. de uerb. signif. ibi quoq; gl. Angel. pulch. in d. l. ad perempt.
p Bald. in Auth. ei qui. C. de temporib. appell.
q Bald. in loco tam notat. Angel. in d. l. per interuall. ff. de iudic.

prætorem uocetur, uenire sanè uelit ac debeat, ut prætoris æstimatio esse possit, an sua sit iurisdictio: quando legati, & cæteri qui reuocandi domum ius habent, in ea sunt causa, referente Vlpiano,[a] ut in ius uocati ueniant, priuilegia sua allegaturi: nisi is, qui in ius à prætore uocatur, certò sciat, eius se iurisdictioni subiectum non esse: propterea quòd scripti iuris sit, si territoria aut dominia distincta, aut non confusa sint, neminem debere extra territorium uel ius dicere, uel alium in ius uocare:[b] aut præceptum sit, nulla citatione edita, aut quod clausulam iustificatoriam, quæ uim citationis simplicis inferat, non habeat: quando eiusmodi nec obligat, nec uim ullam in iudicijs retinet.[c] Sed & exceptio eius qui se negat rectè in ius uocatum ratione loci, in quo cõtractus initus est, uel delictum cõmissum, admittẽda, & ante causæ principalis cognitionem definienda erit.[d] In quam rationem quoniam passim multæ præceptiones extant, putauimus satis esse earum adolescentiam saltem hic admoneri.

a in l. si quis ex alien. ff. de iud. b l. exter. territorii. ibi doct. ff. de iurisdict. om. iudic. d. l. om. §. appar. C. de episcop. & cleric. c. l. 4. C. de execu tio. re. iud. doct. & gl. ibi. uel. de pupill. §. nemin. ff. de oper. no. nunciat. d Innoc. in c. Rom. de fort cõpet. lib. 6. Bald. in l. 2. C. si contr. ius uel util. publ.

DE FERIIS ET DILATIONIBVS.

Cap. IIII.

1. *Feriarum causas esse multas, ipsasq; multiplices esse.*
2. *Diuersam esse causam dilationum, quàm feriarum.*
3. *Ad iudicis officium dilationis dationem pertinere, quæ tamen temerè cõcedenda non sit.*
4. *In causis ciuilibus plerunq; duas, aliquando etiam tres dilationes dari.*
5. *In criminalibus uerò omnes concedi.*

1 Feriæ dantur ad uacationem à forensibus tantum negotijs:[a][b] quarum aliæ repentinæ ab Imperatore, aliæ solennes propter Dei reuerentiam, aliæ uerò ad deferendum habendumq; ciuitatibus honorem aliquem: nonnullæ etiam ob hominum necessitates inductæ sunt, ueluti messium uindemiarumq; tempus, quo occupati circa rem rusticam, in forum uenire compellendi non sunt:[b] nisi res dilatione aut tempore sit peritura:[c] aut causa postulet, ut tutores aut curatores dentur, uel ut officia, referente Vlpiano,[d] amoueantur, cessantis excusationes allegentur, alimenta constituantur,[e] ætates probentur, uentris nomine in possessionem mittatur, uel rei seruandæ causa, uel legatorũ, fidei'ue cõmissorũ, uel damni infecti,[f] item de testamentis exhibendis:[g] & ut curator detur bonorũ ei, cui an hæres exriturus sit, incertum est: aut de alendis liberis, parentibus, patronis: aut de adeunda suspecta hæreditate: aut ut aspectu atrox iniuria æstimetur, uel, ubi fideicõmissaria libertas præstanda sit. Aut eiusmodi negotia proponãtur, quę uel uoluntariæ iurisdictionis sunt, ueluti emancipationis & manumissionis:[h] aut ut agricultura exerceatur, frumenta sulcis, uineæ uerò foueis propter tẽporis metuendam conuersionem inserantur:[i] ex q; res proponantur, quæ ad disciplinam militarem,[k] uel transactionem interponendam,[l] uel appellationẽ dicendã,[m] uel custodiam & alleuationem eius qui in miserrimi hominis casum coniectus, atq; in ergastula compactus est,[n] uel liberalia iudicia pertinent: aut in eam cognitionem adferuntur, quæ incendio, naufragio, ruina, & uiolatione ac rapinis nundinarum aduersus publicam utilitatem sunt inuecta:[o] quarum rerum omnium cura atq; solicitudo, cum ab ijs qui reipublicæ bene gerendę propositi sunt, neglecta hodie uideatur, non immeritò in hanc communium temporum atque omnis disciplinæ ueteris perturbationem coniecti sumus.

Sed dilationum non eadem forma, siue species est. Quædam enim datur, ut actor editam suam actionem aut legitimo tempore prosequatur: aut si desistat, causa cadat:[p] quædam uerò, ut quod in causa omissum malè est, inter

a l. diu. Trai. ff. de ferijs. b tot. tit. ff. & C. de ferijs. & dilat. & ibi glo chr. Azo in sum. c d. l. 1. §. sed ex cep. ff. de ferijs. d in l. ead. oratione. ff. de fer. e l. 1. ff. ubi pup. educ. deb. f l. 1. ff. de damno infect. g l. 2. §. diem. ff. quemad. testam. aperiant. h l. act. om. C. eod. tit. i l. om. iud. uers. rustic. C. de fer. k d. l. diu. Traian. ff. de fer. l l. ult. C. de fer. m l. 1. C. eod. t. n d. l. diu. Traian. & l. iud. C. de episc. aud. & l. solet etiam. ff. de ferijs. o d. l. sol. etiã. p huius exemp. ref. in Auth. qui sem. act. propon. C. quom. et quãdo iudex sentẽt. profer. deb.

inter certum tempus à præside definitum impleatur: cuius exemplum in
hæc uerba refert Vlpian.[a] Titia cum testamentum fratris sui falsum argue-
re minaretur, & solennia accusationis non impleuerit intra tempus à præ-
side definitum, præses prouinciæ iterum pronunciauit, non posse illum am-
plius de testamento falsò dicere: aduersus quam sententiam Titia nō pro-
uocauit, sed dixit, se posse post finitum tempus de irrito testamento dicere.
Quæro, an Titia, quæ non appellauit aduersus sententiam præsidis, posit
ad falsi accusationem postea reuerti? Respondi, nihil apertè proponi, pro-
pter quod aduesus sententiæ autoritatẽ, de falso agens audienda sit. Quæ-
dam etiam dantur reo in ius uocato, ut secum deliberet, an agere uelit, in
eamq; rationem sibi aduocatũ quærere:[b] an uerò cedere,[c] sicut & aliæ ad
probandũ, uel improbandum dantur: quarũ omnium ut obscura ratio non 3
est, ita hodie ad iudicis moderationẽ iudiciumq; pertinent, nec unam ean-
demq; legẽ habere possunt:[d] sic tamẽ, ut nec temerè, nec sine causa dẽtur.[e]
Porrò sicut concessæ dilationis tempus continuum, & utriq; litigatori
commune est:[f] potestatemq; facit probationis adferendæ,[g] adeò ut si is
cui dilatio data est, ei re integra renunciet, aduersarius quoq; probare non
posit:[h] ita causa discrimen facit dilationibus uel amplificandis, uel coer-
cendis.[i] siquidem in causa ciuili plerunq; semper duæ, aliquando etiā tres
dilationes dantur, idq; cum causæ cognitione:[k] ut in prima dilatione dan- 4
da diligenti cognitione, animiq; iudicio obseruetur loci interuallum siue
distantia:[l] probationis item qualitas, an uidelicet ea releuet probantem,[m]
& ne per euidentem calumniam, sed legitima causa petatur.[n] In secunda ue-
rò, & item tertia dilatione danda, ut probetur iustum & legitimum impedi-
mentum: quod fieri potest interposita iurisiurandi religione,[o] aut profes-
sione testium.[p] Qua tamen in dilatione adhiberi ea debet moderatio, pri-
mùm, quatenus ea uel intermissa, uel impedita uideatur, eatenus tãtum ut
restituatur.[q] Cum enim omnis dilatio, quæ quidem petentibus in iudicijs
datur, continua sit, neq; festorum dierum solennitate uel amplificetur, uel
retardetur:[r] ad curam quoq; eius qui dilationes impetrare uelit, pertinet,
diligente animi iudicio atq; prouisione cauere, ne sibi contractiores dila-
tiones in dies præsertim festos dari permittat:[s] propterea quòd non opor-
teat datas semel dilationes temerè, aut etiam in quemcũq; alium effectum
concedi, nisi fortè eiusmodi dilatio data sit uel à lege, uel à principe, in quã
non temere connumerantur dies festi, ut multis probat Lanfrancus de O-
riano.[t] In causis sanè criminalibus, quarum cùm magnitudo, tum difficul- 5
tas euidẽtes ac luce clariores probationes postulat,[s] dilationes omnes dan
tur etiam nullo impedimento probato.[u] Aliter atq; in causis pecuniarijs,
in quibus receptum est, dilationes quatuor cum causæ cognitione dari pos
se:[x] sic tamen, ut quarta non detur, nisi iuris solennitate, quam lex præscri-
bit,[y] diligenter obseruata. Concesis autẽ dilationibus, cessant iudicis par-
tes, donec dilationum tempora sint elapsa atq; defluxa.[z]

DE RECVSATIONIBVS. Cap. V.

1 *Multas causas esse, quæ nobis suspectum iudicem reddere queant.*
2 *Quare in primis litiganti considerandum esse, num iudicem recusare uelit.*
3 *Quod quidem ante iudicium acceptum, litisq; contestat. fieri debeat.*
4 *Qui iudices recusari poßint.*
5 *Aliquando fieri, ut etiam ordinarius iudex recusari poßit.*

Cum

a in l. Tit. ff. de accus. et inscrip. b c. præt. de dilat. & 3. q. 3. c. offer. gl. ordin. in d. c. preterea. c gl. ual. pulch. in d. c. præt. de dilat. Azo. Lanfranc. Spec. & alij in tract. e. t. d l. aut præt. §. ult. in uers. finge enim, dum aduocat. postul. diem exisse, etc. ff. ex quib. caus. mai. 25. an. in integ. e l. 1. C. de dilat. f l. si quis libert. §. plan. ff. de petit. hær. l. sat. apert. C. ad l. Corn. de fals. g gl. sing in l. 2. C. de diuers. & temp. præscr. et Lanfr. eo. hoc t. h l. petẽd. C. de temp. in integ. restit. pet. Fel. in c. prud. de mut. pe. i l. si iud. circũuento. ff. de min. Lanfrãc. in loco allegato. k l. 2. C. de tẽp. & repar. appel. l. 1. C. de dilat. l l. ult. ff. de ferijs. l. aut qui aliter. ff. quod ui aut clàm. l. 1. & l. à præcedẽt. C. de dilation. m d. l. 1. C. de dil. n l. ad probat. C. de probatio. o d. l. si quis libert. §. planè. ff. de pet. hær. l. satis apertè. C. ad l. Corn. de fals. p Iac. de Aret. et Cyn. in l. 1. C. de dilat. Spec. t. de dilat. §. & cũ postul. l. scire oportet. §. suffic. ff. de excus. tut. p Bart. in l. 2. §. quod dix. & ibi Alex. de Imol. ff. si quis caut. dat. & d. l. ult. ff. de fer. q Iacob. Butr in l. admon. ff. de iureiur. Bart. & Bald. in d. l. ult. ff. de fer. r l. siue pars. ad fin. C. de dil. s Lanfranc. eo. hoc t. s in rep. siue pract. in c. quon. frequ. de prob. ubi & Bald. sent. contrar. refel. t l. scient cuncti. C. de prob. u Bart. et Bald. in l. ult ff. de fer. x Lanfr. in loco alleg. y in Aut. at qui sem. C. de probat. Angel. in l. ult. ff. de fer. z l. siue pars. C. e. t.

CVm iuris ciuilis scientia res sanctissima sit, [a] omniaq; eius qui
ius populo dicit, officia plena esse debeāt innocentiæ & inte-
gritatis, [b] neq; uel gratiæ, uel odio, uel prauis animorū percus-
1 sionibus obnoxia, [c] neq; solum crimine, sed etiā culpæ suspi-
cione carere: multæ autē in his corruptissimis morib. nostris,
& nimia quadam credendi facilitate causæ sunt, quæ iudicātis religionem
officiumq; nobis faciant suspectū: ueluti si iudex aduersarij nostri ualde fa-
miliaris, [d] & quadam cùm animorū ac uoluntatis consensione, tum etiā san
guinis iure cōiunctus, aut domestica cōsuetudine cōciliatus sit: [e] aut si eius
dem causæ aduocationē assessionemq; prestiterit, & quę in hanc rationem
2 paulo antè cap. 2. enarrauimus: inspiciendū erit ei qui uel suis, uel alienis ne
gotijs procurationē uel aduocationē præstat, an in ipso litis exordio ipsum
iudicem exceptione aliqua iusta & legitima recusare queat: quando in pri
mis graue, & uehementer periculosum est, cum plerūq; uarius & incertus
sit iudiciorū euentus, [f] ex iudicis nobis irati arbitrio atq; libidine propen-
dere: & ea sit huius exceptionis, qua iudex suspicionis malæ causa recusa-
3 tur, ratio, ut proponi atq; edi ante acceptū iudicium, litisq; contestationem
debeat: [g] propterea quòd Imperator edicat, iudicantis religionē ab omni su
spicione mala alienam esse oportere: [h] nolitq; noua subinde suspicione ex-
ceptione eius officium uel impedire, uel lites fieri immortales: nisi fortè
post factam litis contestationem, nouæ suspicionis causæ occasionesq; sint
4 datæ, quarum certè ratione etiam iudex tum deniq; recusari poterit. [i] Po-
terit autem breuis & simplex hæc esse præceptio: quosdam iudices aut eos
qui causæ, de qua controuersia est, cognitionem aduocationemq; sibi su-
munt, recusari legitimis de causis posse: quarum tamen animaduersio ex
iudicis arbitrio dependet, [k] ueluti iudex delegatus, [l] qui sanè recusari pote-
rit, etiamsi causæ cognitio atq; definitio ipsi sit delegata, remota omni pro-
uocatione: [m] hi tamen duo iudices à pontifice sint delegati, cum hac clausu-
la: Quod si ambo causæ huic seruire non poterunt, alter eorum eam defi-
niat, &c. eorum autem iudicum alter tantum recusetur, poterit is qui recu-
satus non est, cognita causa, sententiam dicere: cum alioquin hac clausula
omissa, ueniendum ad arbitros foret: [n] item arbitri iuris, id est, qui partium
consensione dati nō sunt, & alioquin poterūt de suspicionis causis cogno-
scere, contumaces mulctare, & alia eiusmodi officia facere, [o] non aliter atq;
causæ consultores ac assessores, [p] notarius item causæ, & testiū examinator,
qui quidem suspecti sint, [q] & mixtus quoq; executor, [r] & si qui alij sunt, re-
cusari possunt. Alij autē ut merus executor, [s] aut arbitrator, [t] aut iudex ordi-
narius profanus, de iure præcipuè ciuili recusari, & tanquam suspectus of-
ficio semoueri non potest: sed si suspicione mala laboret, adiungi illi debet
uel episcopus, uel archiepiscopus: cui si suspectus iudex parere nolit, scribē
da atq; denuncianda hæc contumelia principi erit, ut illi uel pœnā inferat,
5 uel mulctam. [u] Causa tamen & res sæpe efficit, ut recusari iudex ordinarius
possit: ut si eius causæ, in qua iudex est, aduocationem iam antè præstiterit:
[a] aut si præiudicium fecerit, à quo suspicio sit non temerè illum declinatu-
rum: [b] aut denique eiusmodi fœmina recusetur, quam inuitam in ma-
trimonij coniunctionem pellicere conatus est. [c] Iudex uerò ordinarius
ecclesia

a l. 1. uersiculo, protinde nec uero. ff. de uarijs & extraord. cognitio. l. iustitia. §. iuris præcepta. ff. de iustit. & iure.
b l. cæteræ. ff. familiæ hercisc. secund. l. obseruare. ff. de offic. præt. 23. quæst. 5. c. regum. & c. administ.
c Hiere. cap. 5. et 22. extat quoque 11. quæstio. 3. cap. iudicare. et c. qui rectè iudicat. & 2. quæstio. 1. c. Deus. et 3. quæst. 7. c. iudicet.
d c. insinuante. de offi. deleg. iudic.
e 3. quæst. 5. c. accusa.
f l. quod debetur. ff. de pecul.
g l. apertissimi. C. de iud. c. inter monaster. de re iud.
h in d. l. apertiss. facit pulch. gloss. in uerbo subesse, in c. accedens. 1. extr. ut lite non contest.
i l. non distinguen. §. cum quidam arbit. ff. de arbitr. & l. iul. att. ff. de iud. & c. insinuāt. extr. de off. iud. deleg. Ang. l. ult. C. de iurisdic. om. iud.
k pulch. Lanfranc. in eo. hoc titulo.
l d. l. apertissimi. C. de iud.
m c. postremò. de appellat.
n doct. in d. l. apertiss. Specul. Lanfr. & alij in suis pract. e. hoc t.
o c. suspic. & quæ ibi notant. extr. de offic. iudic. deleg.
p text. in c. statut. §. assessor. de rescript. lib. 6.
q Bald. in d. l. apertissimi. §. sæpe. C. de iudic. gl. singular. in Auth. de triente & semiss. §. quoniam sæpe.
r gl. in c. nouit. de appell.
s d. c. nouit. & Lanfr. e. t. in sua prax.
t Guliel. de Cung. in l. si quis ex consensu. C. de episcop. audient.
u l. si uerò contiger. C. de iudic.
a Specula. in tit. deposit. §. 7. uersi. quod si pon. doct. in c. acced. ut lite contest. Lanfr. in pract. sua. eod. tit.
b Bald. in d. l. apertiss. & in d. l. eos. C. de appellatio.
c l. unica. C. si quacunq; præd. potestat.

ecclesiasticus, si susceptus sit, non aliter atque delegatus recusari de iure canonico potest.[a] Dabitque recusatus delegatum, si hoc quoque uelit actor: aut si hoc detrectet, pertinebit ad episcopi solicitudinē, dare aliquem, cuius autoritate litigatores compellantur mutuo consensu iudices aliquot deligere, quorum sententiam dictam ipse postea episcopus exequatur. etiamsi hæc res distinctionem accipiat ex c. cum special. de appellat. quo statuitur, ut iudicē recusaturus, probabilem suspicionis causam statim adferat, eamque coram arbitris probet: qua probata, causæ inchoatæ definitio alij committatur, uel congnitione superioris iudicis explicetur.[b] Etiamsi ius ciuile aliam recusandi iudicis formam præscribat: quę quoniam passim tradita est à legum doctoribus, uisum est eam hic præterire.

a c. si quis cōtra cler. de foro cōpetēt. c. suspic. de offic. iud. deleg. c. cum special. de appell. c. requir. e. t. lib. 6.
b d. c. cum speciali. extr. de appel. c. legit. c. secundò requir. e. t. & c. suspic. de offic. iud. deleg. pulchrè Lanfr.

DE EXCEPTIONIBVS.

Cap. VI.

1 *Exceptiones quid sint, illasq; duplices esse.*
2 *Exceptio declinatoria iudicij.*
3 *Exceptio dilatoria solutionis.*
4 *Exceptio peremptoria.*
5 *Exceptioni peremptoriæ semper locum esse, quàm post sententiam latam: nisi in certo casu, ut minor 25. annis. Et num. 6.*
7 *Vt militis.*
8 *Vt eius qui in id tantum tenetur, in quantum facere possit.*
9 *Vt filijfamilias.*
10 *Vt fœminæ.*
11 *Reum excipientem partibus actoris fungi.*
12 *Plures etiam exceptiones à reo proponi posse, sed diuerso tempore.*
13 *Generaliter omnes exceptiones post latam sententiam inualidas esse, præter certas, quæ hic recitantur.*



Xceptiones, hoc est, interprete Vlpiano,[a] quędam quasi exclusiones, quæ interponi actioni cuiusque rei solent, ad excludendum id quod in intentionem condemationem'ue deductum est, sunt 1

uel
- Dilatoriæ, quæ actionem differunt: quarum rursus aliæ sunt
  - Declinatotiæ iudicij[b]
  - Dilatoriæ solutionis.
- Peremptoriæ, quæ eam planè tollunt.[c]

Declinatoria iudicij exceptio locum habet, quotiens aduersarius coram non suo iudice, ut antè diximus, in ius uocatur:[d] aut dicit non licere procuratorio nomine agi, ut scilicet nō litem inficietur, sed agentis personam euitet:[e] cuiusmodi esse potest, pater filij,[f] tutor pupilli,[g] curator adulti,[h] syndicus uniuersitatis nomine agens.[i] Hæc exceptio, & quæcūque alia fori præscriptionem habeat, si de ea certi sumus, proponi initio ante litis contestationem debet: cum alioquin, si ea demum post dictam sententiam ad cognitionem notitiamque nostram perueniat, qualis est, si causa cum falso procuratore acta sit,[k] etiam post latam sententiam proponi possit, propterea quòd ea iudicium reddat retrò nullum:[l] non aliter, atque si sentētia dicta sit à non suo iudice.[m] Dilatoria solutionis exceptio ei competit, qui ut soluat, 3 iudicis sententia damnatus est: quando in actione personali ad solutionem faciendam quadrimestre tempus à die sententiæ dictæ habent,[n] nisi huius 2

a in l. 2. ff. de except.
b l. except. ff. de except.
c l. 2. §. sanè solemus. ff. de exceptionib.
d l. 2. C. de iurisdict. om. iud.
e d. l. 2. §. sanè solem. uersic. ult. ff. de except.
f l. ult. §. ubi autem. C. de bonis quæ liberis.
g l. uulgo. ff. de admin. tuto.
h tot. tit. de admin. tut. & cur.
i c. unico. extr. de syndico.
k l. licet. C. de procurat.
l text. in d. l. licet. ibi doct.
m l. ult. C. si à non compet. iudic. iudicat. esse dicetur.
n l. 2. & 3. C. de usu. rei iudic.

tempóris

temporis præſcriptio pro cauſarum, rerum, ac perſonarum qualitate ac cir-
cumſtantijs, etiam rei obſequio, aut contumacia uel prorogetur, uel contra-
hatur.[a] Nam ut Vlpianus ait,[b] qui pro tribunali cognoſcit, non ſemper tem
pus iudicati ſeruat, ſed nonnũquam prorogat, nonnunquam coarctat pro
cauſæ qualitate, & quantitate, uel perſonarum obſequio, uel contumacia.
idem ait:[c] Si quis condemnatus ſit, ut intra certos dies ſoluat, unde ei tem-
pus adiudicari actionem cõputemus? utrum ex quo ſententia prolata eſt,
an uerò ex eo, ex quo dies ſtatus præterijt? Sed ſiquidem minorem diem
ſtatuerit iudex tempore legitimo, repletur ex lege, quod ſententiæ iudicis
deeſt. Sin autem ampliorem numerũ dierum in ſua definitione iudex am-
plexus eſt, computabitur pro reo & legitimum tempus, & quod ſuprà iu-
dex præſtitit. Sed ut dilatoria hæc ſolutionis exceptio etiam marito ad re-
ſtituendam acceptam dotem intra annum à tempore diuortij facti,[d] & ei
qui pactus eſt, ne ſolutio inter certum definitumq́ tempus exigi poſsit,[e] &
alijs ex cauſarum formis, quæ paſsim traduntur,[f] competit: ita ea initio qui-
dem proponi, ſed tamẽ probari debet, poſtquam actor intentionem ſuam
4 probauerit.[g] Peremptoria exceptio, qualis eſt doli mali, rei iudicatæ, & ſi
quid contra leges, ſenatus'ue cõſultum factum eſſe dicetur, referente Gaio
iureconſulto,[h] item pacti conuenti perpetui, id eſt, ne omnino pecunia pe-
tatur, &c. ſemper, & in quacunq́ iudicij parte,[i] ſiue ante, ſiue poſt litis con-
5 teſtationem locum habet, nec euitari poteſt, modò tamen ante ipſius cau-
ſæ concluſionem & dictam ſententiam proponantur.[k] Definitur autẽ cau-
ſæ concluſio à legum interpretibus,[l] quum litigatores omnibus ſuis exce-
ptionibus, facti item & iuris allegationibus renunciauerunt. Sed hæc ipſa
6 regula perpetuò uera non eſt. Nam cauſa & perſona, & eiuſmodi rerũ cir-
cumſtantiæ efficiunt, ut nonnunquam etiam peremptoria exceptio locum
habeat poſt prolatam ſententiam. Nam ſi minor xxv. annis in quodam æ-
tatis lubrico,[m] defenſionem allegationemq́ ſiue exceptionem dilatoriam,
ſiue peremptoriam non propoſuerit ante ſentẽtiæ dictionem, poterit eam
omiſſam impetrato in integrum reſtitutionis auxilio, repetere,[n] non ſolum
7 in ciuili, ſed etiam criminali cauſa.[o] Et miles, qui in cauſæ ſuæ defenſione
competentes allegationes ſimplicitate quadã armatæ militiæ, etiam rerum
ignoratione omiſit, neq́ tamen de iudicis ſentẽtia, quod petebatur, ſoluit,
poteſtatem habebit, ut etiam poſt prolatam iudicis ſententiam, neglectam
8 eiuſmodi exceptionem proponat. Ad eum etiam modum ſi quis conſti-
tutionis alicuius beneficio adiutus teneri non queat, niſi in quãtum facere
poſsit, in ſolidum autem condemnatus fuerit, nulla propoſita huius bene-
ficij exceptione, uel in prima, uel in ſecunda iudicij inſtantia, (id quod non
temerè obſeruari debet)[p] condemnatio certè tanti ſequetur, in quantum il-
le facere poteſt.[q] Exemplum huius apud Paulum iureconſultum,[r] & ſimi-
le quoddam apud eundem in hæc uerba refertur:[s] Si in iudicio dotis, in-
quit, iudex ignorantia iuris lapſus, condemnauerit maritũ in ſolidum, Ne-
ratius & Sabinus doli exceptione eum uti oportere aiunt: eaq́ tutum fore.
Et Vlpianus: Sunt, inquit,[t] qui in id quod facere poſſunt, conueniuntur,
id eſt, non deducto ære alieno: & quidem ſunt hi ferè, qui pro ſocio conue-
niuntur: ſocium enim omnium bonorum, accipiendum eſt. Item parens,
patronus, patrona, liberiq́ eorum, & parentes: item maritus de dote in id
quod facere poteſt, conuenitur.[u] Idem ſcribit,[x] eum qui bonis ceſsit, ante

u rerum

a l. 2. ff. de re iudic. c. quo ad cõſult. & ibi gl. in uerb. art. ext. c. t.
b in d. l. 2.
c in l. ſi ſenũ ob tal. §. ſi quis condem. ff. de re iud.
d l. 1. §. cum aũt. uerſ. exact. enim dot. C. de rei ux. action.
e §. temp. inſtit. de except.
f tot. tit. de except. & in §. appell. ibi doct. inſtit. de except.
g l. except. C. de probat. l. ſiquid. C. de except. c. 1. de ord. cogn.
h in l. except. perpet. ff. de exceptionib.
i gloſ. in uerbo ſemp. in d. l. except. perpetuæ.
k l. præſcript. perẽpt. C. de except. l. perempt. C. ſent. reſcind. non poſſe. c. dilectis. de fid. inſtr.
l Innoc. in c. paſtor. de cauſ. poſſeſſ. et propriet.
m gl. in §. quia uerò. in Auth. de teſtib. Bald. in l. offic. ff. de rei uẽd.
n l. 1. ff. de minor. 25. an.
n l. min. 25. an. ff. de min. l. perempt. C. ſent. reſcind. non poſſ. l. except. C. de probatio.
o Pulch. gl. in d. l. min. 25. an.
p glo. in uerbo, non tenetur. in l. Neſen. §. ult. ff. de re iudic.

q d. l. Neſen. §. ult. l. ex diuerſo. §. finali. ff. ſolut. matri. l. ſi extran. ff. de iure dot. r in d. l. Neſen. §. ult. s in d. l. ex diuerſo. §. ult. ff. ſolut. matri. t in l. ſunt qui in id. cum duab. ll. ſequentib. ff. de re iudic. u Vide in hanc rem pulch. in primis gl. in d. l. ſunt qui in id. in uerbo, ferè. ff. de re iud. x in l. is qui bonis. ff. de ceſſ. bon.

rerum uenditionem utiq; bonis suis non carere: ac proinde si paratus fue-
rit se defendere, bona eius non uenire.[a] Neq; dubium est, quin filiusfami- 9
lias, qui cum se senatusconsulti Macedoniani praerogatiua tueri potuisset,
eius aũt exceptionẽ imprudens omiserit: aut si mulier, quae senatusconsul- 10
ti Velleiani exceptione tuta esse potuisset, eam autem ante dictam senten-
tiam non proposuerit, eoq; sit damnata, etiam post probatam sententiam
eiusmodi exceptione se posit tueri.[b] Exempla si quis plura in hanc rem re-
quirat, non sunt obscura: & nos in hoc breui cõmentario non omnes exce-
ptionum formas, quod alterius operis esse possit, sed qua ratione & ordine
eae ad usum forensem referri commodè queant, declarare conati sumus. 11
Quemadmodum autem rectè à Iuliano dictũ est,[c] in exceptionibus reum
partibus actoris fungi oportere, ipsumq; exceptionem uelut intentionem
implere,[d] utputa, si pacti conuenti exceptione utatur, docere debet, pactũ
conuentum factum esse: ita reus plures exceptiones, etiam diuersis tempo- 12
ribus edere non prohibetur,[e] nisi uel iudicis interlocutoria sententia, uel
statuto tempus proponẽdi exceptiones datum sit, cuius forma seruari om-
nino debet.[f] Sed ante sententiam, & causae conclusionem hae quoq; exce-
ptiones, quae litis finitae sunt, utputa iureiurandi, transactionis interpositae,
rei iudicatae,[g] praescriptionis item,[h] solutionis, liberationis, & quaecunq;
aliae litis finitae dici poterunt, proponi debent.[i] Quanquam etiam post 13
sententiam generaliter exceptiones proponi non debeant, tamen hoc ip-
sum fallit: primò, si ea exceptio inferatur, quae iudiciũ retrò nullum reddit,
qualem esse diximus falsi procuratoris exceptionem,[k] item libelli inepti &
malè compositi,[l] quoniam & ea nullitatis exceptio reddit sententiam nul-
lius momenti. Ea enim uis est nullitatis exceptionis, ut statuto ea impediri
non posit, quo minus proponatur.[m] cuius rei haec ratio adfertur, quòd sen-
tentia, quę nullius momenti est: nullam habere queat uel condemnationẽ,
uel executionem.[n] Secundò, quaecunq; alia exceptio, quae ipsam sentẽtiam
dictam non arguit iniquitatis, sed tamen iustam defensionem adfert con-
demnato, proponi post sententiam potest: ueluti si quis haereditario nomi-
ne condemnatus sit, defendi tamen inuentarij ratione, si eam ante senten-
tiam edidisset, potuerit, non prohibetur & post sententiam de beneficio
inuentarij excipere:[o] aut si quis excommunicationis maioris, quae in qua-
cunq; iudicij parte proponi poterit, aut quamuis aliam, quae primùm post
dictam sententiam innotuerit, proponat.[p] Quam in rationem pulchras
quasdam praeceptiones refert Lanfrancus de Oriano, in ea repetitione,
quam in c. quoniam contra falsam. extr. de probationibus, non sine ingenij
laude, studijq; foelicitate scripsit.

QVO EXORDIO VTENDVM IN GENERE iudiciali. Cap. VII.

1 *In publicis iudicijs parum nos de exordio sollicitos esse debere.*
2 *Nihil tamen sine aliquo initio proponendum esse, secundum Caium.*
3 *Verborum autem copiam atq; insolentiam uitandam esse.*
4 *Nisi illa iudicum confessus, uel autoritas requirere uideantur.*
5 *Beneuolentiae captandae loci qui sint.*
6 *Omnia autem exordia ex rerum circunstantijs depromenda esse.*

a l. is qui. ff. de cessio. bonor. l. si quantit. C. eo. t. l. si quis libell. et l. leg. C. de appel.
b l. tamen si nõ opposita. ff. ad senatusc. Maced.
c in l. in except. ff. de probat.
d l. 1. ff. de exceptio. l. cũ de indebito. §. sin autem pro parte. ff. de probat.
e Dyn. in c. nullus. de regul. iur. lib. 6. Bart. in l. nemo. ff. de regul. iur.
f c. pastor. ext. de except. Innocent. in c. cum uenerabil. e. t.
g c. 1. ut lite nõ contest. lib. 6.
h l. 1. §. ult. ff. ad senatusc. Tertullian.
i Cyn. in l. emptor. C. de praescript. long. tẽp. Lanfran. in sua pract. tit. de exceptio.
k l. licet. C. de procur.
l Bart. in l. 4. §. condemnat. ff. de re iudic. Angel. in l. 1. C. quãdo prouoc. nõ est necess. & l. falsam. C. si ex fal. instrum. Bald. in Auth. quae supplicat. C. de precib. imperat. offerend. & idem in l. 3. de procuratorib.
m Bart. in l. 1. §. et parui. ff. quod ui aut clam. Baldus in l. 1. C. de cõdict. indebiti. & l. si non sortem. §. indeb. ff. eod. t. gl. singul. in clem. unica. de sequest. possess. & fruct.
n d. l. 4. §. condemnat. ff. de re iudic.
o l. Nesen. Apollinar. ff. de re iudic. l. fideiussor. §. quidam respond. ff. de fideiuss. l. cum fideicommiss. C. de fideicom. Bald. in l. 1. C. de iuris & facti ignorantia.
p l. 1. C. de re iudic.

1 Votiens in publicis iudicijs,in quibus præter sententiæ seueri-
tatem & rectam iudicis religionem, nihil magnopere uel gra-
tiæ,uel ueniæ requiritur, genus hoc iudiciale proponitur, non
admodum sollicito utimur exordio: contenti communi & re-
cepta libelli forma, cuius nihil necesse est argumentum hic sub-
2 ijcere. Esse enim exordium aliquod oportet,in hoc quoq; actionis gene-
re,ad commouendam iudicantis religionem:quando omnia quæ nascun-
tur, quæq; in uniuersum se profundunt, suis prætexuntur initijs, tanquam
rudimẽto quodam. Et Gaius iurisconsultus scribit,[a] nefas esse,eos qui in fo- *a in l. 1. ff. de*
3 ro causas dicunt,nulla præfatione facta,iudici rem exponere. Qua tamen *origine iuris.*
in re primùm reprehendenda est nimia uerborũ & copia,& libertas. Dein-
de agentium efferata insolentia:[b] postremò quod res & causæ eorum, qui *b Speculat. tot.*
latina non intelligunt, & quorum magnopere interest, quæcunq; in iudi- *tit. de aduoc.*
cium adferũtur,quàm rectissimè intelligere,latina ferè lingua, in ecclesia-
stico præsertim foro,proponuntur.
4 Sæpe tamen fit,& est usus recepti, ut maximarum rerum causæ cogni-
tio ad principem aliquem, in magna iudicum consessione deferatur, ma-
gnisq; eloquentiæ & ingenij uiribus, ad permouendos audientium affe-
ctus,agitetur. quod cum fit, adhibendum exordium, tanquam aditus qui-
dam ad causæ, quæ tractatur, communitionem, dignitatem atq; gratiã ac-
quirendam:captanda etiam beneuolentia à personis & rebus, excitandaq;
attentio & docilitas,ut quęcunq; dicantur,fidem consensionemq; merean
5 tur. Præcipuus tamen conciliationis captandæ locus est,ut eorũ,quorum
procurationem suscipimus,mores innocentes atq; religiosos,honesti amã-
tes,litium fugitantes,iniuriarum etiam perferentes exprimamus: ac nostri
etiam officij rationem, non ulla ambitione priuata, sed communi uirtutis
uoluntate, beneuolentia in ciues, pietate in parentes, misericordia in cala-
mitosos susceptam esse iudicemus: etiam iudicis siue cognoscentis lauda-
tionem aliquam, eamq; moderatam, cum nostræ causæ utilitate coniunga-
mus:[c] nec inutilis interdum est illa officij dissimulatio, qua nos aduersarij *c Idem Specul.*
præpotentiæ, ingenio, gratiæ, atq; autoritati impares esse dicimus. Sunt *mulier d.t. de ad*
6 autem exordia ferè libera, nec ulla certa ratione contenta: eoq; ex perso- *uoc. §. hic dicen-*
nis, rebus, locis, temporibus, præsenti rerum statu, & hominum sensibus, *dum. & §. nunc*
sumenda erunt. *de exordijs.*

DE NARRATIONE, SIVE LI-bello. Cap. VIII.

1 *Facti narrationem prudenter in libello proponendam esse, quòd in eo omnis actionis spes uertatur.*
2 *Cuius rationem probabilem esse debere, & perspicuam, non obscuram.*
3 *De obscuris enim facilè iudicium fieri non posse.*
4 *Libellorum atq; syllogismorum inter se collatio.*
5 *Conclusionem libelli semper secundum obligationem eius formandam esse.*
6 *Illum autem rudem ac simplicem esse debere, nisi causæ qualitas aliud postulet.*
7 *Errata in libello ante litis contestat. emendari posse, non uerò pòst.*
8 *Nisi in uniuersali iudicio, in quo emendatio illa quandocunque admittitur, causa sic postulante.*
9 *Contrarietatem in libellis fugiendam esse.*
10 *Clausulæ nonnullæ, quæ in fine libellis subiungi possint.*



EXpositio, siue narratio, siue libellus, cū reliquæ actionis om- 1
nis fons sit & initium contentionis, erit præcipui consilij ui-
dere, quando & quo modo narrare expediat: quoniam maxi-
ma rerū momenta, & præcipua actionis siue defensionis spes
in expositione uertitur: [a]cuius tamen initium esse debet fauo-
rabile, & inde ductum, unde causa nostra potissimum cōmendatur, iactis
passim argumentorum seminibus, quibus causa communiatur. Hæc præ- 2
cipuè commendatur, si probabilis sit, causis ac rebus consentiens: si breuis,
nec plura, nec pauciora, quàm res & causa postulet, contineat: si aperta sit.
Nullam siquidem totius actionis partem tam conuenit perspicuitatis uir-
tute ac lumine illustratam esse, atque expositionem, siue libellum: [b] pro- 3
pterea quòd repeti quæ obscurè exposita sunt, alio loco non possunt: & fie-
ri iudicium de causa quæ non intelligitur, rectum præsertim & liberū, non
possit: qua quisque, inquit Vlpian. [c]actione agere uult, prius eam edere de-
bet. Nam æquissimū uidetur, eum qui acturus est, edere rationem, ut pro-
inde sciat reus, utrū cedere an contendere ultrà debeat: & si contendendū
putat, ueniat instructus ad agendum, cognita actione qua cōueniatur. Re-
ctè aūt & prudenter legū doctores præcipiunt, [d]in formando libello eandē 4
oportere esse propositionū & enunciationū connexionē, quam dialectici
in contexendis syllogismis retinent. Nam sicut in syllogismis tres sunt uo-
ces siue termini, tres item propositiones, quarū prima maior, secūda minor
siue assumptio, tertia cōclusio appellatur: ita libellus primo loco continere
debet apertam, uerisimilem, & breuē rei gestæ expositionē, tanquam maiorem
propositionē, quæ rhetoribus κρινόμενον appellatur. Secundo uerò loco in-
ferre debet minorē propositionem, siue assumptionem, ad quam præcipuè
iudicantis cognitio referri solet, Græcis αἴτιον appellatur. Postremo uerò lo-
co conclusionē necessariò consequentē. ut in hac expositione: Quicunque re-
rum suarum possessione, indicta causa spoliatus est, restitui in causam inte-
gram ante omnia debet. [e] Hæc est maior propositio: Phidippus possessio-
ne rei suæ ui spoliatus est. Hæc minor propositio: Restitui igitur ante om-
nia in pristinū statū debet. Hæc est libelli conclusio, quæ omnib. clausu- 5
lis muniri, & summa diligētia atque industria spectari debet: Quisquis patro-
cinari optimorū hominum causis cupit, [f]ut ea sit facti naturæ, & obligatio-
nis qualitati conformis: adeò, ut si generalis sit obligatio, conclusio quoque
ponatur generalis. Si alternatiua, conclusio itidem alternatiua cōcipiatur.
Solet enim plerunque semper libellus referri & restringi ad cōclusionē. [g]Fu-
gienda tamē nimia illa exponēdi subtilitas, & quoddā quasi omnia corri-
gendi, calumniandi, reijciendi studiū, quo efferri illi solent, qui ingenij lau-
dem magis, quam causæ æquitatē spectant. Ac proinde, nisi euidēs rei uel uti- 6
litas, uel circūstantia postulet, agendū semper ut libellus etiā rudi Minerua
conceptus, ualere possit. [h]Si quid etiam in libello omissum, uel obscurè po-
situm sit, corrigi & emendari ante litis contestationē potest, non item post 7
factam litis contestationē, ut Bart. & alij tradunt. [i]Etiamsi ego existimem,
libelli emendationē, quæ uel rei petitæ, uel propositæ actionis substātiam
non immutet, ad sententiā usque nobis concedi. [k]Audiendumque esse, qui sic
libel-

a Specul. de libel. concept. §. 1.
b in l. si in rem. ff. de rei uendic. & c. 2. extr. de libelli oblat.
c in l. 1. ff. de edend.
d Bartol. in l. si prius. ff. de oper. noui nunciat. et in l. certi cōdict. ff. si cert. petat. Ang. in l. natural. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. Bart. in l. 2. ff. de petitu. hæred. pulch. Ias. in instit. in §. om. num. 115. tit. de action.
e l. si quis ad se fūd. C. ad le. Iul. de ui publ. text. in c. uenerab. ibi gl. de off. & potest. iudic. deleg. & in c. cōquer. & c. 1. de restit. spol. l. 1. §. qui autem ui. ff. de ui et ui armat.
f Innoc. in c. super liter. de rescript. Bald. in l. edita. C. de edendo. & idē in c. 1. de except. per gl. in cau. hic quippe. 3. q. 6. & in l. etiā. C. de furtis. Ias. in l. 1. ff. de edend. nu. 14. Bart. in l. Aurel. §. Stich. ff. de libert. leg. & Baldus in l. cum ult. C. de non numerat. pec.

g Bal. in d. l. cum ultra. C. de non num. pecu. Ioan. de Platea & Angel. de Aret. in institut. §. si quis agens. uersic. huic autē qui. tit. de actionib. ibi quoque Iason. Bartol. in d. l. Aurelius. §. Sticho. ff. de libert. leg. Innocent. in d. c. super literis. extr. de rescript. Angel. in §. omnium. institut. de actionib. b Bald. in l. ult. C. de compensat. & in l. Polla. C. de his quibus indignis. & in l. edita. C. de edendo. Panorm. in c. cum ecclesi. de caus. possess. & propriet. & in c. cum uenissent super glo. 1. de restit. in integr. Iason in l. si is qui tempor. §. item si iuranero. num. 25. ff. de iureiur. i in l. edita. C. de edendo. & in l. non solum. §. morte. ff. de oper. no. nunci. in l. Nesennius. ff. de negoc. gest. k d. l. edita. in uerbo emendari. & ibi Alciatus. & Ioan. Fab. in § si minus. institut. de actionibus.

libellum immutet.[a] alioquin enim, si magna aliqua uel rei petitæ, uel propositæ actionis emendatio fiat, recipienda post litis contestationem non erit.[b] Quod tamen ipsum in uniuersali iudicio, ueluti hæreditatis petitione uariat, in qua emendatio, si ita causa uel res postulet, quandocunque admittitur.[c] De accumulatione actionum, nihil necesse putauimus, in magna præsertim cōmentariorum copia, & quadam tanquam affluentia, hic disserere, & extant in eam rationem pulchræ in primis præceptiones apud Speculatorem & alios. Prudentiæ tamen est uidere, ne qua sit uel libelli, uel positionum contrarietas, uel ineptus ordo, uel superfluitas, quæ in actis reprehenditur.[d] Stultum enim est ea proponere, quæ probata causa non sint defensura: cuius tamen rei adhiberi debet obseruatio, ut potius superesse aliquid, quàm deesse causæ defensioni uelimus.[e] Sunt qui existimant, libello utiliter subiungi has clausulas, saluo iure addendi, & diminuendi. Item, non adstringendo se ad probationem non necessariam: sed earum rerum tantum, quæ ad causæ confirmationem pertinent, &c. Quorum sententia, ut nobis non improbatur, ita hæ clausulæ magnam sæpe alleuationem adferunt causæ, quæ altercationis plena est.[f] Formas aliquot libellorum contexere de industria hic prætermisimus, propterea quòd pleni sunt eorum omnes ferè iuris interpretum libri: & confici uariè, pro causæ, personæ, & rerum qualitate, atque circumstantijs poterunt. Diligens modò animaduersio & studium adhibeatur, ut uniuersam causam planè cognitam & percursam animo habeamus prius, quàm eius actionem libello edamus. Si quis pleniorem huius rei cognitionem expetat, legat diligenter, quæ aliubi scribit Felinus,[g] Iason,[h] Speculator, & alij.

a l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxalibus actionibus. c. literæ. extrà de dilationib.
b l. non potest. ff. de iudicijs.
c l. si hæreditatem. ibi gloss. l. si quo tempore. ff. de petitione hæreditat.
d c. præsent. de testibus. lib. 6. l. ult. C. precibus imperat. offer.
e l. ita apud quē. ibi doct. C. de edend.
f Bart. in l. diuus ff. de re iud. Bald. in l. 1. C. qui accusare nō possunt. Angel. de Aret. in §. omnium. instiut. de actionib.
g in c. significantib. col. 1. uersic. ad illam materiam. extr. de libel. oblatio.
h in l. 1. ff. de edendo.

DE RESPONSIONE ET DEPVLSIONE, etiam interrogationibus, quæ nonnunquam proponuntur ante litis contestationem. Cap. IX.

1. *Olim ueteres interrogationibus in iudicio usos esse.*
2. *In quarum hodie locum positiones & responsiones successerint.*
3. *Quæ positiones responsionem non mereantur.*
4. *Nullam uim incertæ positionis esse, sicut nec probationis.*
5. *Omnia captiosa in iure odiosa esse, sic etiam positiones captiosas responsionem non mereri.*
6. *Procuratorum modernorum impia calumnia, atque negligentia.*



Nte litis contestationem olim proponebantur interrogationes, quibus actor ex reo uniuersum causæ statum cognoscere conabatur: ut si hæreditatis petitio proponeretur, quæstionis atque interrogationis fuerat, an uidelicet hæres esset, & qua parte:[a] utrum ab intestato, an uerò ex testamento: & an ipsi reo hæreditas proprio nomine, an uerò per eos, quos suo iuri subiectos haberet, uel etiam eum cui hæres extaret, acquisita foret.[b] Ad cum etiam modum cum noxale iudicium ob damnum per seruum datum proponeretur, rogari solebat, haberet'ne in potestate sua reus seruum eum, in quem noxalis actio ederetur:[c] quemadmodum & is qui damni infecti stipulaturus erat, rogare in primis solebat reū, an ædes eius sint, & qua parte, ex quarum ruina damnum metuebatur,[d] & quæcunque aliæ eiusmodi interrogationū formæ in libro undecimo Pandect. cap. j. extant. Sed

a l. 1. ff. de interrogat. action.
b l. si defens. §. illud quær. ff. de interrog. act.
c l. qui interrogatur. ff. e. t.
d l. non alienū. ff. eod. tit.

harum in locum hodie successerũt positiones, & earum respõsiones,[a] qua- 2
rum usus præcipuus est, ut actor alleuetur difficultate & sollicitudine pro-
bationis eius, quod confessione siue responsione aduersarij conceditur.[b]
Nam si aduersarius ad propositas libelli positiones respõdere nolit, perin-
de habendus erit, ac si confessus foret: modò ipse iudicio adsit: [c] etiam à iu-
dice, ut iuramentum præstet, admonitus sit, aut denique per contumaciam
absit: quando hæc tria, ut confessus euincatur, requiri plerunque semper so-
lent.[d] Sed tamen non semper necesse habet is qui conuenitur, ad libelli
actoris positiones respondere. Nam primò nemo cogitur, ut ad incertã po 3
sitionem respondeat:[e] propterea quòd positio, quæ breuẽ facti enarrationẽ
ad inferendam rerum gestarum ueritatem continet,[f] & uim probationis
habet,[g] certa esse debet, idque ad instar probationis, quæ nisi certa sit, non re-
leuat probantem.[h] Et sicut nulla uis est probationis incertæ,[i] ita nec posi-
tionis.[k] Secundò: Positio impertinens & extra causam, ad quam omnes 4
probationes & argumenta referuntur, facta, nullam meretur responsionẽ.[l]
Tertiò: Positioni ei quæ secum pugnat ac contraria est, respõdendum pla-
nè non esse, scribit alibi Lanfrãcus.[m] Quartò: Ad positionẽ facti alieni, ne
quis per rerum ignorantiam incommodo afficiatur, nemo respondere co-
gendus erit, nisi eidem tempus detur ad deliberandum, ut Gaius iurifcon-
sultus alibi notat.[n] Quintò: Quotiens idem bis proponitur, ueluti si ea posi
tio, quæ in prima causæ instantia proposita semel fuit, in causa appellatio-
nis repetatur: aut si hoc ipsum ab actore proponatur, quo uel solo, uel ma-
ximè reus defensionem suæ causæ tuetur, ut si actor intendat mutuum da-
tum sibi non esse, reus uerò accepti & dati mutui instrumentum edat: certè
eiusmodi superfluæ & secum dissidenti positioni respondendum non esse,
pulchrè monet Baldus.[o] Sextò: Sicut in uniuersa iuris usurpatione nihil 5
fieri debet calumniæ causa:[p] ita nulla facienda responsio est ad eam positio-
nem, quæ captiosa est, & quandam cõplexionem, quàm Græci διλήμμα-
τον uocant, inferre uidetur. ut si actor ponat, standum esse professioni testiũ
ad probandum id quod in actione proponitur: reus certè sine captione &
quadam sui ipsius illaqueatione, non facilè respõdere poterit.[q] Nam si con-
fiteatur, poterit causa cadere, si testes adfirment actoris intentionem: si ne-
get, poterit incommodo affici, si eiusmodi testium professiones pro ipsius
rei defensione faciant. Septimò: Ad positionem negatiuam, quæ probari
non facilè possit, respondendum non erit, nisi hoc ipsum iudicantis religio
pro suo arbitrio atque moderatione definiat.[r] Cuius tamen rei obseruatio, 6
pudet dicere, quanta cum calumnia & impia quadam procuratorum inso-
lentia hodie negligatur, cum præcipuè uix ulla uel altera libelli positio fiat,
quæ non hac negatiua implicata sit, nempe ponit & dicit uerum esse præ-
ter id, & absque eo, &c.[s] Octauò: Quotiens positio multiplex, & quæ plu-
res, easque diuersas res uno contextu complectitur, non poterit aduersarius
cogi, ut ad eã respõdeat, nisi prius illa distinguatur.[t] Nonò: Dubitatio nul-
la est, quin nemo respondere cogendus sit ad eam positionem, quæ scripti
usitatique iuris sit:[u] cum tamen, si cõsuetudinis uel statuti mentionẽ faciat ip-
sa illa edita positio, respondendum planè ad eam sit, quoniam ea iuris scri-
pti non sunt, sed in ius iudiciumque deduci poterunt.[x] Quatenus autem po-
sitioni criminosæ respondendum sit, quoniam hoc ipsum uariè inter legũ
scriptores tractatur,[y] & longum est, de industria hic prætermiſimus.

a Lanfr. in sua pract. t. de resp. in princ.
b c. si post præstit. de confess. libro 6. ibi not. gl.
c d. c. si post præstit. & iac. gl. in l. cert. ff. de cõs.
d glos. in d. c. si post præstit. & banc secut. Bald. in l. unica. C. de confess. et l. 2. §. quod obseru. C. de iura. calum.
e argum. l. 1. §. si quis. ff. de pos.
f Io. Andr. in d. c. si post præstit.
g Lãfr. in loco præalleg.
h l. ad probat. C. de probat. c. in præsent. e. t.
i l. cum act. ff. de neg. gest. l. nõ sol. §. sed ut probar. ibi Bart. ff. de oper. no. nunciat. Bald. in l. pen. C. de sent. quæ sine certa quant.
k Lanfr. in loco prædicto.
l Bald. in l. 2. §. quòd si act. C. de iura. calum.
m in loco iam indicato.
n in l. qui interrog. ff. de interrogat. act.
o in l. ampl. §. in refutat. C. de temp. appell. & in l. in contract. §. illo. C de non numer. pecun.
p §. 1. & §. itẽ act. insti de pœna. docere litig.
q Francisc. Aret. in l. ut resp. cõgr. C. de transact. Cepol. cau. 154. Bartol. in l. ornament. ff de auro & argent. legat. Lanfr. in loco prim notato.
r Lanfr. ut supra.
s Felyn. in c. nam concupiscent. de constitut. Bart. in l. inter stipul. §. 1. ff. de uerbor. oblig. Cyn. in l. act. C. de probat. gl. sing. in l. ultima. §. 1. de doli except.
t Io. Andr. in c. 2. de confess. lib. 6.
u d. l. ornam. ff. de auro & arg. leg.
x Bart. & gl. in l. præscript. C. si cõtra ius uel util. pub.
y Bar. in l. Marc. §. 1. ff. de rer. amot. Franc. Aret. in l. ult. C. de edend. Abb. qui plur. doct. sent. recens. in c. cũ caus. extr. de test.

DE CONFESSIONIBVS.

Cap. X.

1 *Conuenti confeßionem liberare petitorem onere probandi.*
2 *Quòd confeßus pro iudicato quaſi habeatur.*
3 *Veritatem enim per confitentem rectißimè apparere.*
4 *Probationemq́ue, quæ per cõfeßionem fiat, ſemper admitti: etiamſi cæteris ſit renunciatũ.*
5 *Confeßionem autem, ut uice probationis ſit, antè competentem iudicem fieri debere.*
6 *Aduerſario, aut eius procuratore præſente.*
7 *Item ut confitens maior ſit 25. annis.*
8 *Item ut confeßio liberè fiat, non ui extorqueatur.*
9 *Item ut pro re litigoſa fiat.*
10 *Res autem non ſit turpis, aut contra bonos mores.*
11 *Item ut confeßio nulli errori ſit obnoxia.*
12 *Talem enim reuocari poſſe, etiam iureiurando confirmatam, ſec. Iaſonem.*
13 *Item ut non ſit incerta.*
14 *Confeßionum uarias ſpecies eſſe.*
15 *De confeßionibus extraiudicialibus.*
16 *Quibus ſtare, neminem cogi, ſi contrà eſſe probauerit.* Et num. 17.
18 *Quaſdam uerò eſſe, quæ cum fiant, nec obligationem, nec præiudicium inducere.*
19 *Vt ea quæ ab infante, aut pupillo, abſente tutore, fiat.*
20 *Omnes actus iudiciales per adultũ, abſq; curatoris autoritate factos, nullius momẽti eſſe.*
21 *Ita nec confeßionem à minore factam, quicquam ualere.*
22 *Quatenus illorum confeßiones ualeant, qui rerum adminiſtrationem habent.*
23 *De confeßionibus ultimæ uoluntatis, certæ quædam concluſiones.*
24 *Prima.*
25 *Secunda.*
26 *Tertia.*
27 *Quarta.*
28 *Omnes autem confeßiones, quas facimus, conſcientiæ noſtræ conformes eſſe debere.*



1 VLLA efficacior probatio, quàm eius qui conuenitur, cõfeſsio eſſe poteſt: propterea, quòd ea omni probationis ſollicitudine & difficultate ipſum petitorẽ alleuat.[a] Et Calliſtratus refert,[b] litigatoribus ad inferendas probationes, ea tantummodo ſufficere, quæ à parte aduerſa apud iudices fuerint expreſ-
2 ſa.[c] Quando & Paulus[d] aſſerit, quòd confeſſus pro iudicato ſit, quia quodammodo ſententia ſua damnatur.[e] Nec ullæ aliæ ſunt partes iudicantis
3 in confitentes, quàm in condemnando & ſententia pronuncianda.[f] Neq; enim uel rei, uel facti ueritas inueniri aut probari rectius poterit, quàm confeſ-
4 ſione eius, cui lis mouetur: propterea quod etſi contra præſumptionem iuris & de iure non admittatur probatio, tamen confeſsio ipſa recipitur,[g] adeò ut ſi omnibus probationibus renunciatum, ac per conſequens in cauſa concluſum ſit, nihilominus ramen probatio per confeſsionem partis admittatur.[h] Quando etiam recepti iuris eſt, cum nullæ cauſæ, nullæ poſitiones, nullæ deniq; probationes, quæ quidẽ iuriſiurandi religione definitæ ſunt, ad iudicantis cognitionẽ referri amplius debeant,[i] confeſsionẽ tamen partis etiã ad detegendum ipſius periuriũ, in uim probationis admitti poſſe.[k]

Quod

a c. at ſi cler. §. ſi uerò. ext. de iudic. Io. Andr. ac Mod. in c. bonæ, de elect. et in rubr. de prob. Cyn. in l. act. C. de probat.
b in l. 1. ſub fin. ff. de interrogat. actio.
c l. uolu. §. quod ait prætor. ff. de confeſſ. doct. in d. l. 1. §. ult. ff. de interr. act. gl. et doct. in c. ult. de confeſſ. Cyn. in l. general. C. de non num. pecun.
d in l. 1. ff. de confeſſ. & facit l. unic. C. eod. & l. certum. ff. eod. *e d. l. cert.* *f l. proinde. la. 2. §. ult. ff. ad l. Aquil.* *g Abb. in c. is qui fid. de ſponſal. gl. in clement. 1. de probat. & in Auth. ſed iam neceſſ. & ibi Cyn. C. de donatio. ante nupt.* *h Bald. in rubric. C. de probat. & notatur in c. cum Ioan. de fide inſtrum. & in l. ampliorem. Cod. de appellat. Iaſ. in l. Titio. num. 28. ff. de uerbor. obligat.* *i l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiur.* *k gloſſ. ſing. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiurand. in gloſſ. 2. & ibi Bartol. & aly. ff. de iureiurand. Iaſon, qui hanc rem diligentißimè tractat, in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. eod. tit.*

Quod autem à Paulo iureconſ. dictum eſt, cõfeſſum pro iudicato habe- 5
ri,[a] hoc ita demum uerum eſt, primò ſi in iudicio aſsidente iudice compe-
tente facta ſit.[b] cuius ſententiæ hæc adfertur ratio, quòd ſicut ſententia, ita
& confeſsio, à non ſuo iudice, uel coram illo facta, nullius eſt momenti. Et
ſicut Scæuola refert,[c] quem in iure non interrogauerim, is certè ex reſpon-
ſo ipſius conueniri non poteſt. Secundò, ſi facta ſit, aut aduerſario ipſo, 6
aut eius procuratore præſente, alioquin nullum præiudiciũ adferet.[d] Quæ
tamen ipſa ſententia diſtinctionem recipit. nam, ſi eiuſmodi confeſsio ex
conſenſu duorum, ut ſit in cauſa mutui, propendeat, nihil ualet parte abſen
te facta, ſiue in iure, ſiue extra iudicium. Aliter atque ſi in mera confitentis
uoluntate poſita ſit, ueluti in ratihabitione, aditione hæreditatis, & alijs
illiuſmodi actibus, quoniam ea confitenti præiudicio eſt.[e] Tertiò, ut quis 7
confeſſus dicatur, maior ſit uigintiquinq; annis, quando & in pupillo tu-
toris autoritas exigitur.[f] Quartò, ut confeſsio libera animi uoluntate ac 8
conſenſione facta, nullo autem metu, aut ui exacta ſit.[g] Quintò, ut con- 9
feſsio interpoſita ſit rebus litigioſis, & in iudicium deductis.[h] Sextò, ut ad 10
eas res accõmodetur, quæ nec contra Chriſtianam diſciplinam, nec leges,
neq; bonos mores ſunt, nec fœdam aliquam aut illiberalem turpitudinem
adferãt, cuius exemplum apud Ambroſium in libro de Patriarchis extat.[i]
Septimò, ut eiuſmodi confeſsio, nulli errori, qui conſenſui contrarius eſt,[k] 11
obnoxia, ſed recto animi iudicio ſit adhibita. Nam ut Vlpianus ait,[l] non
fatetur, qui errat, niſi ius ignorauit. & Iaſ. in l. & error. ff. de iur. & facti igno
rant. & l. cum teſtam. eod. tit. aſſerit, eiuſmodi confeſsionẽ etiam in iure re- 12
petitã, ac iuriſiurandi religione confirmatã, nihilominus tamẽ erroris præ-
textu reuocari poſſe. Poſtremò, ut confeſsio fiat cum aliqua cauſa, quæ 13
confitentis animum commoueat, nec ſit incerta. Nam cum confeſsio pro-
bationis quædam ſpecies ſit,[m] probatio autem incerta nullius ſit momen-
ti:[n] conſequitur, nullam quoq; uim incertæ confeſsionis eſſe.[o] Liberum e-
rit & alios in hanc rem locos cuiq; colligere.

Et quando multæ confeſsionum ſpecies ac formæ ſunt, quarum aliæ ad 14
cauſas criminales referuntur, & breui ac ſimplici quadã annotatione à no-
bis eodem hoc libro cap. 17. tit. de Tormentis, enumerabuntur: aliæ uerò in
ciuilibus plerunq; cauſis, tam in iure, quàm extraiudicium, tractari ſolent,
pleræq; etiam uoluntatis ultimæ ſunt: admoneri ſaltem iuuentutem uolui-
mus, primùm, quam uim confeſsiones extraiudiciales contineant. Dein-
de, non omnes confeſsiones, etiamſi apud acta fiant, eandem uim habere,
aut prę̨iudicium magnum adferre poſſe. Poſtremò, quid in ijs confeſsioni-
bus, quæ uoluntatis ultimæ ſunt, ſpectandum ſit.

Receptum autem eſt, eum qui ſe ex contractu tanquam mutui, obliga- 15
tum, confeſſus eſt, teneri, niſi euidentiſsimis probationibus ſcripto editis
oſtendat, indebitè ſe promiſiſſe:[p] ac proinde, qui cõfeſſus eſt, pecunias uel 16
alias res ſibi datas eſſe,[q] nõ cogetur confeſsioni ſuæ ſtare, ſed exceptione nõ
numeratæ pecuniæ tueri ſe ac defendere intra biennium poterit:[q] ita ut ni-
ſi petitor probet pecuniam numeratam eſſe, reus ipſe abſoluatur,[r] quando
& is etiam elapſo biennio probare poterit numerationem ſibi factam non
eſſe.[s] Aliter atq; ſi quis in iudicio confiteatur, mutuum ſe accepiſſe, propte-
rea quòd eo caſu ſe exceptione non numeratæ pecuniæ etiam intra bien-
nium tueri non poterit, referente Iaſone, ſententiam Saliceti ſecuto.[t]

Ad eum etiam modum, qui confitetur dotem ſe recepiſſe, nõ in ea cauſa 17
eſt, ut

a in l. 1. ff. de cõfeſſ.
b gl. in c. præt. de trãſact. in uer bor. confeſs. c. 2. de confeſſ. c. at ſi clerici. de iud.
c in l. ult. ff. de interrog. act.
d l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. & l. ult. ff. de interrog. act.
e gl. ſing. in l. Pompon. ſcribit. ff. de negot. geſt. Bart. in d. l. cert. §. ſi quis abſente. Ang. in l. Papin. §. memin. ff. de inoffic. teſt. Baldus in l. general. C. de non numerat. pecun.
f d. l. cert. §. in pupil. ff. de confeſſ. et l. ſi ex cauſæ iudic. §. nunc uidend. uerſ. ſed ſi cũ ex damno. ff. de minor.
g l. 1. §. diu. Ia. 2. ff. de quæſt.
Multæ cõfeſſionũ ſpecies.
h l. cõfeſſ. ff. de interrog. actio.
i 28. q. 1. cano. caue Chriſtiane.
k l. conſenſiſſe. ff. de iud.
l in l. non fatet. ff. de confeſſ.
m doct. in rubr. de confeſſ. Ant. de Butr. Imo. et Ioan. Andr. in c. bonæ. el. 2. de elect.
n c. præſent. de teſtib.
o Lanfr. in tit. cõfeſſ. ſuæ pract.
p l. cum de indebito. §. ult. ff. de probat. l. general. & l. aduerſ. C. de non numerata pecun. c. ſi caut. de fide inſtrum.
q l. in contract. C. de non numer. pecun.
r l. ſi ex caut. tua. C. de non numer. pecun.
s gl. in d. c. ſi caut. de fide inſtrum.
t in l. pacta nouiſſ. uerſic. Sextus notab. effectus eſt. C. de pact.

est, ut eiusmodi confessioni stare necesse habeat, sed poterit intra annum à
die cōstituti matrimonij, morte tamen uel repudio soluti, exceptionē non
numeratæ dotis proponere.[a] Poterant & alia exempla in eam rationē ad
ferri, nisi religio foret teneros adhuc iuuentutis animos, quibus hic labor
impensus est, pluribus onerare.

Quemadmodum autem hæ, quas diximus, extraiudiciales confessiones
18 ipsum confitentem obligant: ita quædam sunt, quæ nullam uel obligatio-
nem, uel præiudicium adferunt. Nam si qua fœmina apud acta profiteatur
se esse ancillam, non submouebitur libertatis defensio, quæ omnis fauoris
& humanitatis plena est, eiusmodi confessione.[b] Nec qui matrimoniū con
traxit, confiteatur autem soluendi illius causa, stupri se commercium ante
contractum matrimonium cum cognata habuisse, idq; etiam uiciniæ accla
matione comprobetur, ideo confessioni suæ stare, si uelit, poterit: aut si no
lit, cogendus erit: nisi fortè euidentiores probationes in eam rationem ad
ferantur, ne uidelicet matrimonij sacramentum, solenniter, & ecclesiæ ritu
contractum, suspicionis malę deprauatione, aut libidinoso animi furore dis
solui, atq; illiberali crimine conspurcari posit.[c]

19 Sed nec infantis ulla esse potest confessio obligatoria, etiam cum tutoris
autoritate facta: idq; ratione consensus, animiq; iudicij, quod in eo ætatis
lubrico esse non potest.[d] ac proinde cum ipse ille consensus, referente Bal-
do,[e] causa efficiens sit ipsius confessionis, is autem in eiusmodi teneram æ-
tatem non cadat, consequens est, nullam eius confessionem esse: idq; non
aliter atque pupilli, qui si maior septem, minor autem quatuordecim sit an-
nis, nullas partes confitentis habere potest: si tamen tutor in hac iurisiuran-
di religione autoritatem suam interposuerit, ualebit quidē præstitum iusiu
randum, sed pupillus tamen in integrum restituetur.[f] Adultus uerò maior
quatuordecim annis, minor aūt annis uigintiquinq;, si in iudicio possesso-
rio, in quo standi personam legitimam habet,[g] confessus fuerit, obligabi-
tur quidem sua ipsius confessione: sed læsus in integrum restituetur. Aliter
atq;, si eiusmodi confessio in eo iudicio sit facta, in quo adultus nullam stan
di personam habet. nam ea, nisi curatoris autoritas interposita sit, nullius
20 erit momenti, sed planè nulla: sicut & alij actus omnes iudiciales per adul-
tum sine curatoris autoritate facti nulli sunt, etiam si iuramentum sit adhi-
bitum:[h] quando, si curator in his suam autoritatē interposuit, minor autem
xxv. annis læsus sit, restitui in integrum potest.[i] Nam ut Vlpianus ait,[k] in
pupillo tutoris autoritatem exigimus, minorem à confessione sua restitue-
mus: nisi fortè sententia ipsa contra minorem indefensum dicta, iure ipso
sit nulla, ac proinde quoq; nulla opus sit restitutione.[l] Estq; recepta hęc iu
21 risperitorum sententia, minoris confessionem uim autoritatem que nul-
lam habere.[m]

Porrò tutoris, curatoris, ecclesiæ præfecti, aliarumq; personarum, quæ
22 uel administrationē, uel personam legitimam in iudicio standi habent, con
fessiones adhibitæ eatenus suorum dominos obligant, quatenus in iure to
gati sunt, nec apparet fraudem ullam, aut dolum malum commissum esse.[n]

Poterunt pauca hæc exempla hic sufficere, quando eius generis plura
nusquam fere desunt. nunc pauca quædam de confessione, quæ ultimæ uo
luntatis est, annotabimus.

Et traduntur de ea confessione, quæ in ultima uoluntate fit, hæ duæ con-
23 clusiones: quarum prima hęc est,[o] Confessio in uoluntate ultima facta, in
24 fraudem præsertim & præiudiciū testatorum uel hæredum, neq; momen-
25 ti cuiusquā est, neq; ullam probationis uim retinet.[p] Altera est, testatoris

x confessio

a l. ult. cū Auth. C. de dot. caut. non numer.
b l. interrog. C. de liberal. caus.
c c. super eo. extr. de eo qui cogno. consang. uxor. suæ.
d l. 1. ff. de min. 25. an.
e in l. unic. C. de cōfess. Lanfr. c. t. in sua prax.
f Hanc sententiam prob. Lanfr. in loco prædict. et Dyn. consilio 28.
g l. moment. C. qui leg. person. stand. in iudi. ubi quoq; Bald.
h Bald. in d. l. unic. C. de confess.
i text. in l. certum. § minor. ff. de confess.
k in d. l. certū. §. minorem.
l l. cum & minor. C. si aduers. rem iudic. l. non eo. C. de procur. pulch. gl. in d. l. cert. §. minor. in uerbo restit.
m Bald. in d. l. unic. & Lanfr. in lo. præalleg.
n Bald. in allegat. loco.
o Lanfr. in sua practi. c. t.
p Bart. per textum in l. si fund. sub condit. §. si libert. ff. de leg. 1. l. patronus. ff. de testament.

confessio in suum ipsius præiudiciũ adhibita, & iurisiurandi religione confirmata iure subsistit, probationisq; uim retinet. Quotiens tamen confessio & eius dispositio collata est in personam, quam leges scriptæ prohibent ex testamento siue uoluntate ultima accipere, aut eam quæ capax sit, hæc
fere distinctio siue regula seruari solet primũ. Confessio testantis in disposi 26
tione ultimæ uoluntatis in eum concepta, qui certam solum quantitatẽ ex scriptis legibus, ueluti filius naturalis, aut præter alimenta nihil habere potest, utputa spurius, iure subsistere non potest, tanquam in fraudẽ legis adiecta, etiamsi iuramentum interpositum sit.[a] cuius rei exemplum Scæuola in hæc uerba adfert:[b] Qui testamentũ faciebat ei qui usq; ad certũ modum capere poterat, legauit licitam quantitatem: deinde ita locutus est, Titio centum do, lego, quæ mihi pertulit: quæ ideo ei non caui, quòd omnem fortunam & substantiam, si quam à matre susceperat, in sinu meo habui sine ulla cautione. Item, eidem Titio reddi & solui uolo de substantia mea centum quinquaginta, quæ ego ex redibus prædiorum eius, quorũ ipse fructus percepi & distraxi. Item de Calendario, si qua à matre receperat Titius, in rem meam conuerti, quæro, an Titius ea exigere potest? Respon. Si Titius suprascripta ex ratione sua ad testatorem peruenisse probare potuerit, exigi: uidetur enim ex eo quòd ille plus capere nõ poterat, in frau-
dem legis, hoc in testamẽto adiecisse eum. Deinde, Confessio testantis sim- 27
pliciter, & nullo interposito iuramẽto facta, nullam inducit probationem.[c] Ratio in utramq; hanc distinctionem adfertur, quòd suspicio legis remoueat effectum confessionis, ut ait Baldus.[d] Sed lex suspicionem gignit, & quandam etiam præsumptionem adfert, confessionem eam, quam testator in uoluntate sua ultima adhibuit, factam esse nulla gratificandi, aut donandi uoluntate inter uiuos, cum præsertim maior quædam utilitas ad eos qui præteriri poterant, peruenit, sed potius in fraudem eorum qui cæteris omnibus præferri debebant: ac proinde eiusmodi confessio nullius esse momenti potest.[e] Quatenus autem confessio reuocari possit, & quæ probatio requiratur, ut adhibita semel confessio reuocari legitimè possit, quoniam hæc doctrinæ pars à multis tradita est, neque hic sine fastidio repeti possit, nihil necesse habuimus pluribus hic immorari.

Huius in uniuersum monere uolumus iuuentutem, cum omnes animorum nostrorum confessiones, tanquam mentis ac uoluntatis nostræ indices, ueræ atq; rectæ, etiam conscientiæ nostræ (quæ omnis propositi ac facti testis in omni uita nobis erit) conformes esse debeant: cum nulla fraus, nulla circumuentio, nulla denique dissimulatio sine summo scelere ac peccati nequitia committi possit: cum etiam omnes actiones nostræ ad rectam conscientiam & honestatis laudem publicam referri debeant:[f] cum denique bonorum uirorum esse proprium officium debeat, si impunè peccare possent, nolle tamen propter ipsius peccati illiberalem turpitudinem fraudem committere: pertinere ad optimi cuiusque innocentiam, ut quæ extra iudicium, etiam aduersario absente cõfessus sit, in ijs seruandis, si modò recta & legitima sint, non tam legum præscriptiones, quàm suam ipsius conscientiam spectet, atq; sequatur.[g]

[a] doct. in l. qui testam. ff. de probat. et l. cũ quis decedẽs. §. Titia honestiß. ff. de legat. 3. Lanfr. in loc. præalleg.
[b] in d. l. qui testam. ff. de probatio.
[c] Bart. et Dyn. in l. cum quis. §. codicil. de legat. 3. l. Aurel. §. ult. de libert. legat. l. Titia. §. Luc. de legat. 2. Bart. in l. generalit. in lect. 2. C. de non nũ. pec. Bald. in l. 1. C. de fals. causa adiect. legat.
[d] in l. general. ad fin. C. de non numerat. pecun.
[e] Bart. in d. l. qui testam. ff. de probat. ibi quoq; Bald. Io. de Imola in l. si is qui. ad fin. ff. de uulgar. & pupill. subs. Alex. in l. si diuort. ff. de uerb. obligat. et Bald. in d. l. general. C. de non numerat. pecun.
[f] l. cum ætern. de sent. et re iud. 3. q. 7. c. iud. extant in hanc sent. annotat. libro 6. c. 16. et libro ult. cap. 10.
[g] Vide in hanc sent. Ant. de Butrio. & Ioan. de Imol. in c. si cautio. de fide instrument. et Lanfr. tit. de confeß. ad fin. in sua pract.

DE RECONVENTIONE.
Cap. XI.

1 *Rescriptum Iustiniani ex 7. lib. Cod. quod continet formulam reconuentionis.*
2 *De reconuentionum præceptis, tredecim conclusiones.*



1 Reconuentionis regulam in hæc uerba tradit Imperator:[a] Cum Papinianus summi ingenij uir, in quæstionibus suis ritè dispo suerit, non solum iudicē de absolutione rei iudicatæ, sed & ipsum actorem, si econtrario fuerit obnoxius inuentus, condemnare: non solum huiusmodi sententiā roborandam, sed etiam augendam esse sancimus: ut liceat iudici uel contra actorem ferre sententiam, & aliquid eum daturum uel facturum pronunciare: nulla ei opponenda exceptione, quod non competens iudex agentis cognoscatur. Cuius enim in agendo obseruat arbitrium, eum habere & contra se iudicem in eodem negotio non dedignetur. Huius præceptiones ut multas tradit Spe
2 culator,[b] ita nos potiores quàm breuissimè annotabimus. Et primò non admittitur reconuentio apud eundem iudicem in causis nouis, quæ post imperratum rescriptum exortæ sunt,[c] nisi fortè nouæ literæ fuerint impetratæ. Secundò non potest reconuentio proponi coram iudice delegato, ad cuius iurisdictionem ea non pertineat, nisi in eam rem speciale pontificis mandatum datum sit.[d] Tertiò, in causa appellationis reconuentio quoque iniuriarum non admittitur.[e] Quartò, nullitatis reconuentio proponi coram eodem iudice non potest.[f] Quintò, non admittitur reconuentio apud arbitrum compromissarium, qui iurisdictionem nullā habet. Aliter, atq; si uel arbiter iuris sit, uel arbiter compromissarius iurisdictionem alioquin habens.[g] Sextò, si iudex delegatus partium consensu electus sit, reconuentioni locum non esse scribit Bartolus:[h] cuius sententia ut quibusdam iuris interpretibus nō probatur, ita tamen ea hodie recepta, ac magno rum uirorū autoritate, uelutí Abbatis in c. cum dilectus, de arbitris, & c. j. de mutuis petitio. Iason. in l. Est receptum. ff. de iurisdict. omniū iudic. Socini in tractu regular. regula cccxxxij. aliorumq; in Auth. Et consequenter. C. de sententia & interlocutor. iudic. comprobata est. Septimò, iudex delegatus ad certam atq; præscriptam aliquam causam datus, reconuentionis cognitionem atq; iudicium non habet.[i] Octauò, qui in criminali iudicio conuentus est, non potest causæ ciuilis reconuentionem proponere.[k] Nonò, qui possessorio iudicio conuenitur, reconuentionē proponere non potest.[l] Decimò, qui summario iudicio conuenitur, reconuenire actorem in causa ordinaria non potest.[m] Vndecimò, qui depositi actione conuenitur, reconuenire actorem suum coram eodem iudice non potest.[n] Duodecimò, nulla esse coram eodem iudice quoq; reconuentio potest in causa inquisitionis.[o] Decimotertiò, non erit recōuentio admittenda, quæ primùm post causæ conclusionem proponitur.[p] Sunt & aliæ pleræq; causæ, in quibus reconuentio coram eodem iudice proponi non potest: quas si quis requirat, uideat quæ in eam rationem scribunt Spec. tot. tit. de reconuentione. Socinus in suo tractatu regular. regul. cccxxxij. Felin. in c. cum accessissent. de constitut. Loci passim se offerunt.

a in l. cum Papin. C. de sent. et interloc. om. iudic. gl. ibi in eandem sent. multa adducit. ex. in c. dispendia. in §. rem. de rescript. b tot. tit. de reconuent c Ioan. Andr. & Dominic. in d. c. dispend. de rescript. d. c. quo ad trās lat. de offic. leg. Modern. in l. 2. et l. imper. ff. de iurisdict. om. iud. e Bart. in l. & consequent. C. de sent. et interloc. om. iud. l. 2. §. legat. uers. ei quoque qui ipse prouoca. ff. de iud. Spec. tit. de recōuent. §. nunc dica. uers. sed numquid coram iudice appellationis. Innoc. in c. 1. de mut. petit. Bald. & Sal. in l. per hanc. nū. 30. uersic. extr q. aro. C. de temp. app. f Bald. in d. c. dispendia. de rescript. adduc. textum in l. absente. C. de accus. g Specul. tit. de recus. §. effectum. uers. sed nūquid corā ipsis. Bart. in l. non disting. §. item si quis. de arbit. extr. in c. licet. de offic. ordin. iudic. b in Auth. & consequēt. C. de sent. et interloc. i Bald. in c. dispēd. de rescript. Spec. in tit. de reconuent. §. 1. uersic. quid si conuen. & §. 2. uersic. sed nunquid. k l. ult. C. de ord. cognit. l Innocent. in c. 1. ibi quoq; Abb. & Modern. extr. de mut. petit. c. ult. de ord. cogn. m gloss. in uerb. noluer. in clement. sæpe. de uerbor. signif. Bald. in l. 1. C. ubi caus. stat. n l. ult. C. de compensat. Bart. in l. cum is. §. 1. ff. de condict. indebit. o Innocent. in d. c. 1. de mutuis petit. p d. c. 1. de mutuis petit. ibi Modern. & in clement. sæpe. de uerbor. signif.

DE ORDINE COGNITIONVM, LITIS CONtestatione, iuramento calumniæ.

Cap. XII.

1 *Regulæ Pauli iureconsul. in l. qui prior, de iudic. quando locus sit.*
2 *Eiusdem regulæ interpretatio.*
3 *Proposita ciuili causa, sæpe & aliam ciuilem incidere.*

 4 Sic

4 *Sic & criminali proposita, ciuilem etiam posse incidere.*
5 *Incidentes autem prius examinandas esse, maximè si præiudicium adferant.*
6 *Nonnunquam & criminalem in aliam criminalem incidere.*
7 *Lis quando dicatur contestari.*
8 *Exceptiones peremptorias litis contestationem impedire, cæteras uerò minus.*
9 *Magnam uim litis contestationis esse.*
10 *Iuramentum calumniæ quando præstetur.*
11 *Idem tacitè omissum, nihilo magis reddere processum nullum.*
12 *Idem hodie per procuratores causarum præstari solere, postquam litigantes iurauerint.*
13 *Idem in quibus nam causis præcipuè requiratur.*
14 *Delatum autem, recusare non posse.*
15 *Remitti tamen illud parentibus, atq; patronis in causis liberorum, ac libertatis: cæteris uerò res alienas administrantibus, nequaquam.*


Votiens duę causæ proponuntur, quarũ utraq; ciuilis, neq; ta 1
men pręiudicialis est, locus erit regulæ à Paulo iureconſ. prę-
ſcriptæ,[a] qui prior appellat, prior agat: ubi & gl. hanc ſenten-
tiã amplissimè interpretaĩ: & Gaius ſcribit,[b] in tribus istis iu
dicijs, familiæ herciſcundę, cõmuni diuidundo, & finiũ regun
dorũ quæri, quis actor intelligatur, quia par omniũ cauſa uideĩ: ſed magis
tamen placere, eum uideri actorem, qui ad iudiciũ prouocaſſet. ac proinde
ſimplex huius rei regula eſſe poterit: Si cauſæ principalis ciuiles duæ pro- 2
ponanĩ, ea iudicis, qui quidẽ eius cognitionẽ habere poterit, ſentẽtia prius
definietur, quæ ordine primùm edita est.[c] Si criminales & inæquales cauſæ
ambæ ſint, receptũ est ut maior præferaĩ minori.[d] Quòd ſi una criminalis,
& altera ciuilis ſit, erit ciuilis cauſa criminali poſtponẽda.[e] Si uerò una prin
cipalis, altera incidẽs ſit, præferri ea debet, quæ incidit,[f] cuius rei documen
tũ Paul. alicubi refert.[g] Fit aũt nõ rarò, ut in propoſitã quęstionẽ ciuilẽ inci 3
dat & alia ciuilis: utputa ſi cõtra agentẽ petitione hæreditatis excipiatur, q;
legitimè natus nõ ſit: ut eo caſu, neceſſe ſit ſtatus quęstionẽ prius explicari.
[h] aut ſi in cõſtituendis alimentis, pater neget filiũ eſſe, idcircoq; illũ ſe alere
debere detrectet: cognoſci certè ſummariè de incidente hac quæſtione de
bet. nam ut Vlp. ait:[i] Si uel parẽs neget filiũ, idcircoq; alere ſe nõ debere cõ
tendat, uel ſi filius neget parentẽ, ſummatim iudices oportet ſuper ea re co-
gnoſcere: & ſi conſtiterit filiũ uel parentẽ eſſe, tunc ali iubebũt: cæterũ ſi nõ
cõſtiterit, nec decernẽt alimenta. Sed fit quoq; ut in editã cauſam criminalẽ 4
incidat & ciuilis quęstio, eaq; ordine prius explicãda erit,[k] præcipuè ſi præ
iudiciũ adferat. Nam Imperator in hãc ſententiã ita ſcribit:[l] Quoniã Alex.
qui in crimen uocatur, etiã præſcriptionẽ eſſe polliciũ, eo nomine q̃d accu
ſator uxorẽ, poſt cõprehenſum adulteriũ, penes ſe habuiſſe uideaĩ, et de ſta
tu ſuo agere nũc uelle perſpeximus, ita ordo quæſtionis dirimendus uideĩ,
ut in primis quidẽ de ſtatu Alexãdri quæratur, ita ut ſi liberũ eum eſſe adhi
bita audientia deprehẽderis, pręſcriptionis ei obijciẽdæ facias poteſtatem.
Sin uerò eundẽ eſſe ſeruũ cognoueris, remoris præſcriptionis impedimen
tis, in adulterũ protinus crimẽ debebis inquirere: ac ſi eũ detectũ in eo fla-
gitio eſſe perſpexeris, pœnã decernere, quã in adulterij crimẽ legũ ſanctio
ſtatuit. E diuerſo fit quoq;, ut in cauſam criminalẽ incidat ciuilis quæſtio, eu 5
ius exemplũ idẽ Imperator in hæc uerba refert:[m] Damus licentiã litigantib.
ſi apud iudicẽ proferaĩ ſcriptura de qua oritur aliqua diſputatio, profitẽdi,
utrũ de falſo criminaliter ſtatuat, qui dubitet de inſtrumẽti fide experiri, an
ciuiliter. Quod ſi expetens uindictã, falſi crimẽ intenderit, tũc quæſtione ci
uili per ſententiam terminata, criminis fiat indago: ut ſi quis tabulas teſta-
menti,

a in l. qui prior. ff. de iud.
b in l. in trib. ff. de iud. unde pul-chrè Spec. in §. 1. de ord. cognit.
c d l. qui prior. et ibi gl. et doct. e. 2. §. nos aũt de ord. cognit. Specul. in §. 1. e. t.
d Specul. in loco præalleg.
e Exẽpla huius adfert Specul. in loco prædicto.
f c. 1. de ordin. cog. et §. præiudic. instit. de act.
g in l. ordin. ff. de liberal. cauſ.
h c. 2. de ordine cogn. c. lator. qui filij ſint legit. & l. 2. C. de ordine cogn.
i in l. ſi quis à liberis. §. ſi uel parens neget. ff. de liber. agnoſc.
k gl. in l. ult. C. de ordine iud. text. in l. præſes prouinciæ. & l. plag. C. ad l. Fabiam. de plagia.
l in l. quoniam Alexand. C. ad l. Iul. de adulter.
m in l. damus licentiã. C. ad l. Cornel. de falſ.

menti, chirographa, attestationesq́, nec nō & rationes priuatas uel publi-
cas, pacta & epistolas, uel ultimas uolūtates, donationes, uēditiones, uel si
quid prolatū aliud instituere conabitur, habeat accusandi facultatē. Ciuilis
aūt inquisitionis inter utrasq; partes confligentium leuior examinatio pro-
cedat, cū iudex qui præerit quæstioni, intentiones actoris falsas, & cōuicta
6 crimina reorū, ex legib. pœnis cōpetentib. possit ulcisci. Quandoq; enā cri
minalis causa alia in aliā incidit: ueluti si maritus uxorē suā adulterij reā fa-
ciat, uxor aūt uiri lenocinio adulterata, eundē ab accusatione repellat, leno-
cinij quæstio prius erit definienda:[a] idq́; maximè, si uxoris nomē inter reos
receptum sit, alioquin maritus ab actione repelli non possit exceptione le-
nocinij: quoniam lenociniū mariti, ut Vlpianus ait,[b] ipsum onerat, nō mu
lierem excusat. Qua autem ratione & ordines incedentes eiusmodi crimi-
nales, qua etiam ciuiles actiones tractentur, quoniam hæc res maiorem ali
quam explicationem requirit: magna aūt studij facilitate tradita est à Gui-
lielmo Durant. & alijs, uelim eorum lectioni adsuescere iuuentutem.
7 Litis cōtestatio fit, nō editis positionib. & earū respōsionib. sed cū iudex
post factā rei gestæ narrationē, de causa cognoscere incipit, petitione uide-
licet in iure ꝓposita, et eā responsione secuta:[c] quādo si aduersarius cōtra a-
ctoris libellū exceptionē peremptoriā ꝓponat, neq; tamen progrediatᷣ ad
8 eius uel responsionē, uel confutationē, nō uidetur litē cōtestari.[d] Sed tamē
si ea rei iudicatæ, trāsactæ, & finitæ nomine proponatᷣ, impedit litis cōtesta-
tionē,[e] ꝓpterea ꝙ eiusmodi exceptiones nō solū causam ac rē, de qua in iu-
re cōtenditur, sed uniuersam ipsam instantiā cōplectūtur, eoq; litē oēm adi
mūt: cū reliquæ ferè exceptiones rē ipsam, siue causā cōtrouersam tantū cō
prehendāt, ac ꝓinde litis cōtestationē nō impediāt. Qui se tamē exceptio-
ne pacti de nō petendo tuetᷣ, cogendus non est, ut litē contesteᷣ, præcipuè
si pactū eiusmodi iurisiurādi religione cōfirmatū sit, ne scilicet temerè occa
9 sio detur periurio cōmittendo.[f] Habet autem uim maximam ipsa illa litis
contestatio. Nam & ea facta adimit omnem potestatem iudicis recusandi.[g]
& actiones in quadragesimū usq; annum perpetuat, easq; in hæredes trans
fert,[h] omnemq́; præscriptionem interrumpit: efficitq; regulariter, ne uel di-
latorij iudicij exceptio proponi,[i] aut tutores & curatores aliter, quàm ad e-
xemplum procuratorum, qui litem contestati sunt, dari possint.[k] Quam in
rationem pleraq; multa idem Guilielmus Durant. scribit, quæ obseruata,
non mediocrem usum præbent res forenses bene ac fœliciter usurpandi.[l]
10 Iuramentū calūniæ post litis cōtestationē in ipso litis exordio præstari so
11 let.[m] q̄d tamē tacitè omissū, nō reddit processū iudicialē nullū:[n] ac proinde
sicut Imperator huius iuramenti præstationē ipsis litigatorib. iniūgit,[o] ius
12 uerò pontificiū hoc ipsum ad causæ procuratorē referat:[p] ita receptū hodie
est, ut & ipsi causæ procuratores, postq; litigatores iurauerūt, iuramentū ca
13 lumniæ præstare quoq; cogantᷣ.[q] In omnib. aūt causis, quæ ueris probatio-
nib. cōfirmari debēt, iurandū est, nihil calumniose fieri.[r] Quādo etiā in cau-
sis, in quib. uel ueritatis, uel calūniæ iuramentū præstitū sit, exigi nihilomi-
nus malitiæ iuramentū, arbitrio & religione iudicis potest, si uel hoc perso-
narum suspicio, uel causæ qualitas desideret, forma eius ab Imperatore est
14 descripta:[s] poteritq; in quacunq; iudicij parte suscipi ac deferri,[t] non tamen
15 recusari, nisi ab eo qui causa cadere, uel pro confesso haberi uelit.[u] Et cum
non solum procuratores, uerumetiam syndicus uniuersitatis,[x] tutores item
& curatores, & quicunq; alij legitimam rerum alienarū administrationem
habent, de calumnia iurare coguntur:[y] solis tamen parentibus & patronis
in causis liberorum & libertorum illud remittitur.[z]

a l. cum mul. uel ri. ff. sol. matr. l. ult. ff. de furtis.
b in l. ex lege Iulia §. si publi. iud. acc. l. noci. ff. ad l. Iuliam de adult.
c l. unic. C. de litis cōt. ff. c. unic. ext. eod. t. c. cum caus. de iuramento calumniæ.
d c. ult. e. t. li. 6.
e c. 1. de lit. contestat lib. 6.
f c. uerum. ext. de iureiur.
g l. ult. C. de exception.
h c. ult. de præscrip. 30. uel 40. annorum.
i c. pastoral. de except. l. cū spiritual. C. de iud. c. inter monast. de sent. et re iud.
k l. neq. C. de procur.
l tot. illo tit. de litis contestat.
m l 2. C. de iureiur. propt. calu. dand. c ult. de iuram. cal. lib. 6. l. rem nō nouam. C. de iud.
n d. l. 2. §. sed quia uere. C. e. t.
o d. l. 2. de iurā. propter calum.
p c. ult. de iurament. cal. lib. 6.
q c. 2. §. procurat. lib. 6.
r l. 1. C. de sacra. propt. calū. dand.
s in l. 2. & in Auth. in isto iur. et in l. 1. in Auth. princ. C. e. t. & in Auth. ut litig. iur. in exord. lit. coll. 9.
t c. 1. e. t. lib. 6.
u c. ult. §. ult. de iuram. calum.
x c. cum caus. extr. eod. tit.
y d. Auth. principal. & l. 2. §. quod obseruare. C. eod. tit.
z l. iusiurand. & ad pecun. §. qui iusiurand. defert. ff. de iureiurando.

DE CONFIRMATIONE, SIVE PROBATIONE, & eius locis aliquot communibus.

Cap. XIII.

1 *Solam narrationem absq; probatione iudici, ut sententiam ferat, non sufficere.*
2 *Nimias autem illas excursiones, à iudicij seueritate abesse debere.*
3 *Probatio quid sit.*
4 *Hæc si deficiat actori, reum abducendum esse, etiam omni iuris tit. destitutum.*
5 *Negantem nullis rationibus teneri, ut probet id quod neget.*
6 *Certos tamen modos esse, quibus actor probandi necessitatem in negantem transferat.*
7 *Idq; propter præsumptionis rationem. Et num. 11.*
8 *Idem esse de exceptione affirmatiua.*
9 *Similiter fieri propter personarum qualitatem, probandi onus interuertentem.*
10 *Quales probationes fori religio desideret.*
11 *Contra præsumptionem, quæ iuris sit, non admitti contrariam probationem.*
13 *In exceptione reum actoris partibus fungi, & quando illa proponenda sit.*
14 *Declinatoria fori exceptio, & dilatoria, quando opponi debeant.*
15 *De probationibus loci aliquot communes.*
16 *Dubiam atq; obscuram probationem, iudicem interpretari debere, contra eum qui illam proposuerit.*
17 *Probationis proprium esse, ut specialiter, non uerò generaliter, concludat.*
18 *De probationibus paribus, uel æqualibus, quid statuendum sit.*


Arrationem proximè sequi debet cõfirmatio, siue probatio,
quę in omnib. actionibus maximè est necessaria, pręcipuáq;
agentis dignitatem commendat. Nam sicut obiecti crimi- 1
nis inuidia, priusquam probetur, pro reo est, referente Quin
tiliano: [a] ita iudex audita narratione festinat ad probationē
earum rerum, de quibus in iudicio lis proponitur: ut quam dicturus sen-
tentiam sit, eam probationum fide & causæ cognitione apud se statim con
cipiat. Excursio uerò illa rhetorica, quæ uel finis narrationis est, uel initium 2
probationis, in fori seueritate locum rarò habet: cuius tamē usus apud Ro-
manum populum frequentissimus, ut idem scribit, esse cœpit, posteaquam
agere causas non ad utilitatem litigatorum, sed ad patronorū iactationem
repertum est. Est autem confirmatio, siue probatio, qua causæ nostræ du 3
biæ & controuersæ autoritatē fidemq; facimus: uel ut legum interpretes
definiunt, [b] ostensio rei dubiæ per argumenta. Hanc Paulus iureconsultus
ei incumbere scribit, [c] qui dicit, non autem ei qui negat: quando reus ab-
soluitur, actore quod intendit, non probante. [d] Nihil siquidem in iudicijs
aut intendi aut obijci debet, quod nō idem probari possit: propterea quòd
paria & æquipollentia sunt, non esse id quod intenditur, & non probari
quod asseritur. Et in iudicijs non nudæ assertiones, sed rerum, de quib. cau-
sa instituitur, probationes ad consequendam ueritatem spectari debent &
solent. [e] Ac proinde qui ius sibi aliquod competere prætendit, de eo fi- 4
dem probationib. facere debet: [f] adeoq; uera est regula, actore scilicet non
probante, reum etiamsi nihil præstiterit, absolui oportere, ut si iuris sui de-
fectum confiteatur, absolui nihilominus debeat. [g] Cuius sententiæ hæc 5
adfertur ratio, quòd is qui negat, nulla nec naturali, nec ciuili uel ratione,
uel necessitate compelli ad probandum debeat: sitq; per ipsam rerum na-
turam nulla probatio eius qui factum negat, [h] nisi forte actor euidenti ali-
qua uel rerum, uel legis præsumptione munitus, probandi necessitatem in
negan-

a Lib. 4. cap. 3. b Azo et Spec. tit. de prob. Pan. & Philip. Dec. in rubr. & c. 1. de probat. c in l. 2. ff. de probat. d L. actor, C. de probat. l. qui accus. C. de edend. l. res. C. de rei uē dicat. & c. 2. de rescript. e text. in l. in lege fundi. ff. de cõtrah. emptio. text. in l. duo sūt Tit. ff. de testam. tut. dist. 79. cau. 2. in gl. magna. ad fin. et 2. q. 7. c. plerunq. gl. in c. ut circ. § alioquin. de elect. libro 6. in uerbo, superuener. et c. cul. c. 1. et c. pia. de except. lib. 6. & c. neru. dist. 11 & c. 2. de rescript.

f ... post elect. de conceß. præbend. g Abbas in c. cum super. extr. de caus. poß. & propriet. doct. in c. mand. de rescript. & c. 1. qui accus. c. cum eccles. Sutr. de caus. poß. & propriet. h d. l. actor, C. de probat.

6 negantem transferat: quod fere certis aliquor modis fieri solet. Primò, si
eum à quo codicilli sunt facti, sana mente fuisse ego dicam, tu uerò neges:[a]
aut si maritus res suas apud uxorem constitutas uendicet, uxor autem ne-
get eas mariti esse, præsumptio certè in utroq; casu adfert, ut qui negar, ei
probandi necessitas incumbat:[b] quãdo plerunq; semper præsumitur, eum
7 qui codicillos facit, mentis ratione uti: & quæ uxor constante matrimonio
honestè acquisiuerit, ea de bonis mariti esse acquisita:[c] quando si is qui ec-
clesiæ præfectus est, bona comparasse dicatur, ea certè præsumantur ab ec-
clesiæ bonis esse profecta.[d] itaq; si quis ab initio confiteatur, pecunias qui-
dem se suscepisse, dicat autem non indebitas sibi fuisse solutas, præsumptio
uidelicet pro eo est qui accepit:[e] poteritq; iuris studiosus in hanc senten-
tiam, si ita uidebitur, plura colligere exempla, quæ hic referre non habui-
8 mus necesse. Secundò, Exceptio affirmatiua, ueluti si actor x. petat, reus ex
cipiat se soluisse, efficit, ut reus exceptionis eiusmodi probationem præsta-
re cogatur:[f] cum tamẽ contrà fiat in exceptione negatiua.[g] Tertiò, qui sua
uoluntate eius quod intenditur, probationem in se suscipit, parére certè le-
9 gi, quam dixit, debet:[h] etiamsi absoluatur, actore non probante.[i] Postre-
mò personarum qualitas atq; priuilegium probationis ordinem interuer-
tit. Huius rei documentum Paulus iureconsultus in hæc uerba adfert:[k] Si
is, inquit, qui indebitũ queritur, uel pupillus, uel minor sit, uel mulier, uel
fortè uir perfectæ quidem ætatis: sed etsi miles, uel agricultor, & forensiũ
rerum expers, uel alia simplicitate gaudens, & desidiæ deditus: tunc eum
qui accepit pecunias, ostendere bene accepisse, & debitas ei fuisse solutas:
etsi non ostenderit, redhibere oportet: sed hoc ita, si totam summam inde-
bitam fuisse solutam is qui debet, contendit, &c. Quemadmodum igitur
breue hoc probationis præceptum esse poterit, primùm, ut intentionem
actor, exceptionem reus probet,[l] ueluti si pacti conuenti exceptione uta-
tur, doceat pactum conuentum esse, nisi uel causæ natura ac qualitas, uel
10 defensionis tractatio hunc ordinem inuertat:[m] deinde quod fori seueritas
exigit, ut probationes instrumentorum fide, restium religione, euidentissi-
mis argumentis, & alijs illiusmodi adminiculis, non nuda assertione extra
iudicium prolata, aut epistolis confirmentur:[n] ita recepta est hæc regula,
eum qui uel ius, quod proponitur, negat: uel eiusmodi aliquod factũ ne-
11 gat, cuius præsumptionem lex ipsa adfert, oportere hoc ipsum quod negat,
probare. Prioris exemplum in hæc uerba describit Paulus iurisconsultus:[o]
Ab ea parte, quæ dicit aduersarium suum ab aliquo iurè prohibitum esse
specialiter lege uel constitutione, id probari oportere. Idem respondit, si
quis negat emancipationem rectè factam, ipsum præstare debere proba-
tionem:[p] ac proinde qui expellendi actoris causa excipit, quòd litis sit re-
demptor,[q] probare hoc ipsum debet.[r] Cuius sententiæ hæc adfertur ratio,
quòd iure permissa ac licita omnia censeantur, quæ leges non prohibent.[s]
Posterioris exempla iam antè, ex ipsa uidelicet legis præsumptione attuli-
mus:[t] certumq; ac definitum est, si filius emancipatus contendat prædium
sibi à patre donatum esse, hocq; uendicare cupiat ab hæredibus possidenti
bus, siue hæredes ipsi à filio emãcipato hoc uendicent, oportere ipsum qui
donationem factam asserit, in se suscipere facti probationem, propterea quod
patris dominium in filium heredem præsumatur continuatũ:[u] & qui chi-
rographum cancellatum profert, præsumptione certè liberatur debiti peti-
tione: nisi manifestis probationibus creditor ostendere poterit, sibi adhuc
deberi.[x] estq; hæc præcipua uis præsumptionis, quæ si iuris sit, & de iure,
12 non admittitur aduersus eam contraria probatio. Exemplum tale refert Im
perator.

a l. 1. C. de cod. b l. etiam si ux. C. de donat. inter uir. & ux. c Quint. ff. de donat. inter uir. & uxor. d Auth. licent. C. de episc. et cleric. gloss. in d. l. etiam si uxor. e l. cũ de indeb. ff. de probat. f l. 1. C. de prob. g l. si ex caut. C. de nõ num. pec. h l. circa eum. ff. de probat. i gl. in d. l. circ. eum. ff. de prob. k in d. l. cũ de indebito. l l. in except. l. cum de indeb. ff. de prob. & l. 2. ff. de except. l. si pact. ff. de prob. ubi prop. textum. m d. l. cũ de indeb. l. ab ea parte. l. si chirog. ff. de probat. n l. non nud. C. de probat. l. non epist. e. t. o in l. ab ea parte. ff. de probat. p l. Titia ff. de solut. et l. 2. C. si aduers. rem iud. q l. ul. C. de postulando. r Azo in summa e. t. & gl. in d. l. ab ea parte. in uerbo, spec. ff. de probat. s l. nec non. §. quod eis utquit. ff. ex quib. caus. maior. l. si script. C. de probat. & §. ult. instit. de fide iuss. gl. in d. l. ab ea parte. in uerbo specialiter. ff. de probat. l. inuitus. §. cum quærit. ff. de procur. l. 1. §. ult. ff. de testibus. t ex l. 1. C. de codicill. & l. etiam si uxoris. C. de donat. inter uir. & uxor. u l. siue possid. C. de probat. x l. si chirograph. ff. de probat.

perator.[a] Si inuentario, inquit, publicè facto, res pupillares uel adulti tutor
uel curator inscripserit, & ipse per huiusmodi scripturam confessus fuerit
ampliorem quantitatem substantiæ, non esse aliud inspiciendum, nisi hoc
quod inscripsit: & secundum uires eiusmodi scripturæ patrimonium pu-
pili uel adulti exigi. neq; enim sic homo simplex (imò magis stultus) in
uenitur, ut in publico inuentario scribi contra se aliquid patiatur.[b] Idem
scribit,[c] si miles filiusfamilias pecuniam mutuam accipiat, præsumendum
esse eam in usum castrẽsem conuersam fore, ac proinde cessare senatuscon.
Macedonianum.[d] item posthumum, qui à matre in ipso puerperio mortua
neglectus sit, præsumi cum alijs liberis institutum esse, nec rumpi oporte-
re testamentum.[e] refertq; alia quædam in hanc sententiam exempla Azo.[f] 13
Porrò in exceptione, quam reus qui actoris parte fungitur,[g] implere tan-
quam suam intentionẽ debet,[h] obseruanda erit hæc distinctio, ut si ea per-
petua sit, proponi ac probari debeat, posteaquam actor suã probauerit in-
tentionem, neq; tamen cognitæ sint testium professiones. Nam sicut reus
necesse non habet, si actor nihil probet, defensionem suam prestare: ita pru
dentiæ erit, exceptionem conditione quadam proponere, eamq; probata
actoris intentione confirmare.[i] receptumq; est, referente Imperatore,[k] per-
emptorias exceptiones omissas initio, hoc est, ante litis contestationem[l]
opponi posse, antequam sententia feratur: etiamsi peremptoriæ exceptio-
nes aliquot post sententiam dictam proponi possint, ut multis scribit aliu-
bi[m] Azo.
Sed si dilatoria sit exceptio, eaq; uel solutionis, uel ex pacto, uel ex lege; 14
opponi ac probari debet initio causæ, sed tamen antequam cognitæ sint te-
stium professiones: & ea conditione, quatenus actor suam intentionẽ pro-
bauerit.[n] alioquin exceptio declinatoria fori, initio proponi ac probari, e-
tiam iudicis decreto definiri debet.[o] Et quoniam huius argumenti passim
extant commentarij, annotabimus paucos aliquot probationis locos ru-
di ac simplici Minerua, quos iuuentus spectare, & ad studiorum usum re-
ferre possit.
Cum iudicantis religio ad probationum fidem conformari soleat, cauen 15
dum in primis, ne earum copias in angustum redigamus.[p]
Probatio autem earum rerum adferri debet, de quibus controuersia mo-
uetur, & ad quarum fidem causæ cognitio refertur: quando nulla eius rei
esse potest probatio, quæ si probetur, nihil tamen profutura sit probanti.[q]
Esse igitur debet clara & necessariò, non autem per id quod fieri possibi
le est, concludens: quoniam probationis, quæ quidem legitima sit, uis
omnis eò referenda erit, ut quæ dubia & incerta sunt, probationibus fiant
uera atq; liquida.[r]
Quotiens enim ea probatio adfertur, quæ necessariò nihil infert, uel con 16
cludit, uel dubia omnino & planè obscura est: siue ea ab actore, siue à reo
proponatur, receptum est, ut eius interpretationem contra eum faciamus,
qui obscurè & non necessariò intentionem suam probare conatur:[s] etiamsi
causa aut res sæpe postulet, ut dubiæ probationis interpretationem in par-
tem humaniorem ac benigniorem faciamus.[t]
Sed & generalis & incerta probatio nec multum momenti habet, nec
releuat

a in l.ueter. iure. uersic. si aũt. C. arbitr. tutelæ.
b Facit pulch. l. antiquæ. §. 1. C. ad senat. Velleia. et in Auth. ut lice. mat. atq; auiæ. §. ad hæc. col. 9.
c in l.ult. ad senatus. Macedon.
d l.ult. C. ad senatus. Macedon.
e l. si mater. C. de inoffi. testam.
f in sum. huius tituli.
g l. in except. ff. de probat.
h l. 1. ff. de exceptio. l. cũ de inde bito. §. sin aũt. et l. quot. ff. de probationib.
i l. siquidem. C. de except.
k in l. peremp. C. sent. rescind. non posse.
l gl. in d. l. peremp. in uerb. in initio.
m tot tit. de except. e. t. sent. rescind. non posse.
n l. except. C. de probat. ibi gl. quoq; mag. Azo. tit. de prob.
o l. ult. C. de except. Azo pulch. in d. tit. de prob.
p l. quon. ad fi. C. de hæretic. et 14. q. 2. c. quanquam.
q l. si quis libertat. ibi pulchrè Bald. notab. 5. ff. de petit. hæred. addens ibi l. Aurel. §. ult. ff. de libert. leg. l. cum actum.
r textus, & ibi Abb. in c. in præsentia. de probat. l. duo sunt Titij. ff. de testament. tutel. l. Titij textores. ff. de legat. 1. l. neq; natal. C. de probat. Bald. in l. per hanc. C. de temp. appell. et in l. matrem. ibi quoq; Salic. C. de probat. doct. in c. auditis. de præscriptio. & l. non nudis. l. non epist. e. t. Bald. quoq; in l. ad prob. l. 2. C. de probat. et l. meritò. ff. pro soc. Ias. in l. 1. C. de procur. et l. si constant. ff. sol. matri. & l. etsi post. tres. ff. si quis caut. dat.
s gl. in c. in præsent. de probat. quam Bald. sequi. l. quot. §. si quis ita. ff. de hæred. instit. et Moder. in l. neter. plac. ff. de pact. Pan. in c. dud. el. 2. de elect. Ias. in l. fruct. nu. 6. ff. sol. matr. et l. non hoc. C. un. leg. optim. aũt in l. si posth. §. si quis. nu. 6. ff. de liber. et posth. et l. si post tres. ff. si quis caut. dat.
t Bald. in additio. Specul. tit. de dispensat. uersic. semper probationem.

releuat probantem. ut probatur in l. eum actum. ff. de negot. gest. l. non solum. §. sed ut proba. ff. de oper. noui nunciat. ibi Bart. & doct. post gl. Bald. in l. penult. C. de sent. quæ sine cert. quantit. & in l. i. C. de furt. uersic. Et nota, quòd Panor. pulch. num. viij. & ix. & num. xxxiiij. c. in præsent. extr. de probationibus. Ad eum etiam modum probatio in genere facta, non prodest, quando quælibet species generis non consequitur eum affectum, ad quem proponitur.[a]

17 Proprium enim probationis est, ut ipsam speciem, de qua quæstio mouetur, non autem genus ipsum comprehendat: hoc est, ut legum professores asserunt,[b] in specie, & non in genere cõcludat: quando generalis probatio non declaratur secundum subiectam materiam, seu intentionẽ agentis: ac proinde qui excommunicationis exceptione repellere aduersarium ab actione uelit, non probat aut adsequitur id quod intendit, si excommunicationem in genere tantum doceat, quando ea minor esse potest,[c] & Ias. alicubi refert,[d] si probo aliquem possedisse res hæreditarias, non etiam statim conuinco eum hæredem esse: quia & possessor eiusmodi prædo, non autem hæres esse potuit. si tamen hæreditatem aditam esse doceam, consequetur, eum tanquam hæredem possedisse.

Itaq; & probatio resultans ex diuersis probationũ generibus simul iunctis, ueluti si quis probare uelit Stichũ & Pamphilã esse fratres & sorores, & filios Chrysippi, adducat duos testes, qui probent Chrysippi filium esse Stichum: & item alios duos testes, qui asserant Pamphilam esse Chrysippi filiam: eiusmodi probatio non dicitur propria & necessaria, sed solum præsumptiua cui, aliquando non statur, quia necessariò non effertur, quod Stichus & Pamphila sint fratres & sorores.[e]

Probans etiam factum sine qualitate, in ipsa facti specie deducta, non id probat quod intendit: ac proinde nisi qualitatem facti, quæ in controuersiam uenit, probet, causa ipsa cadet.[f] itaq; probata corruptione, non etiam probata erit fasitas, ut Pan. in c. licet caus. num. xxiij. & xxxij. extr. de probat. asserit: & amplius probatur in c. cum sit. de for. compet. & per Cyn. in l. ij. C. de probat. Vbi exemplum eius adducit, qui cum allegasset, populi concursationem & insultum, armorum strepitu, sanguinisq; effusione factũ esse, neq; tamen aliud quàm insultũ simpliciter probasset, eum actione & causa cadere debuisse, propterea q̃d nulla sit facta qualitatis probatio.[g]

Vt autem probatio unius uel alterius rei ex pluribus necessarijs non sufficit, sed omnia quæ in iudicium ueniunt, probanda erunt:[h] ita probasse ille quoq; dicitur, qui intentionem suam fundatam habet, de iure communi, ut refert Panor. in c. i. num. x. extr. quod metus causa. Quando etiam eo ipso probatum aliquid esse dicitur, quod non doceatur contrarium. text. & glo. in l. cum de lege Falcid. ff. de probat. Felin. in c. dudum. de præsumptio. col. 3. adferens rationem, quòd eo casu præsumptio aliqua iuris pro afferente sit.

De singulis probationum formis, ueluti mutui dominij & eius acquisitionis, tituli, ualoris, damni, traditionis, & eiusmodi certas probationes hic referre propè infinitum est: & extant apud Lanfrancum, in sua repetitione in c. quoniam contra. de probatio. Speculator. etiam alios legũ professores. In hanc rationem etiam à nobis in eo cap. quo simplicem interdictorum rationem tradimus, præceptiones quædam traditæ.

a textus, & ibi Panorm. in c. in præsent. num. 8. uersic. nota ulterius aliud de probat. textus in c. pia. de except. libro 6. et ibi not. gloss.

b Panor. in c. audit. num. 25. et 28. de præscrib. Ias. in l. non hoc. C. unde legi. numer. 2.

c text. & ibi singular. Panor. in c. in præsent. num. 9. uersic. ex his, & ex textu not. de probat.

d in l. non hoc. C. unde legit. numer. 1.

e Bald. pulchrè in c. 1. §. cum autem. col. ult. quæstio. pen. de controuers. & in rubric. C. de probat. Bartol. & doct. in l. certi cõdict. §. quoniam. ff. si cert. petat.

f Ias. in l. qui in alien. §. Cels. numer. 21. ff. de acquirend. hæred. text. in l. Fulcin. & ibi Bartol. ff. ex quib. caus. in possess. eatur. & in l. 1. §. quod autẽ ait. ff. ne quid in flum. publ.

g Abb. in cap. conquest. de foro competent. et in c. Abbas. ext. quod met. causs. & in d. c. licet causs. de probat. & in c. exami. de iudic. Bart. in l. denunc. §. qui tamen. ff. de adulter. Guliel. de Cing. & Bar. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notant. infam. Pet. de Ancharan. in c. signific. de adult. gl. Bart. & Alexand. de Imol. in l. non solum. §. sciendum. ff. de oper. no. nunciat. Ias. pulch. in l. diuus Adrian. de re iudic.

b l. si apud. ibi Bald. C. de ædil. edict. gloss. & Alex. in l. 1. §. hæc aũt. ff. de itinere actuq; priuat. & idem Alex. & Bal. in l. Til. ff. solut. matr. gl. & doct. in c. 2. de rescrip.

Porrò probationes cum sint pares, præfertur ea quæ iuris præsumptione iuuatur: [a]aliter atque, si probationes utrinque æquales sint. Nam eo casu nō recipiuntur, propterea quòd rem ipsam, de qua lis mouetur, non definiant, sed reddant dubiam.[b] 13

Sed & probationes in iudicio summariæ factæ non probant in iudicio ordinario, etiam inter easdem partes:[c] nisi fortè eiusmodi probationes, cōfessione partis, aut litigatorum consensu sint factæ.[d]

Quatenus etiam probatio, post causæ conclusionē admittatur, pulchrè definit Iason:[e] & poterit alios in hanc rem locos cōmunes studiosus quisque colligere.

PROBATIONIS FORMAE, QVOT sint. Cap. XIIII.

1 *Probationum alias artificiales, alias inartificiales esse.*

2 *Has tamen omnino arte non carere, quòd aptè disponendæ sint: in illis uerò agentis industriam præcipuè spectari.*



ARistoteles probationes, in quibus tota uincēdi spes est posita, alias facit inartificiales, alias artificiales. Græci πίσεις ἀτέχνους, καὶ ἐντέχνους uocāt: quā ipsam distinctionē sequitur & M. Tul. Cicero, & Quintilianus, cæterique artium scriptores. 1

Prioris generis sunt:
- Præiudicia, & res iudicata.
- Tabulæ, siue instrumenta.
- Tormenta, siue quæstiones.
- Iusiurandum.
- Testes.
- Rumor ac fama, & consentiens quædam opinio.
- Rei euidentia.
- Publicarum personarum denunciatio.

Hæ partes, & si quę alię illiusmodi sunt, & si ad eum qui causarum aduocationem & procurationem in se suscipit, ex rebus ipsis & litigatorum institutione deferuntur, nec magna illius uel inuentione, uel iudicio, uel arte præparantur: quia tamē apto ordine ac dispositione cōstant, nec explicari nisi ingenij industria, actione uehementi, & iudicio magno poterūt, uidentur non omnino ab arte remota esse, quotiens ab illis causæ aduocatus probationem petit: quando omnia ea, quæ fidei faciendæ facultatem prębent, pręceptis etiā & monitis cōstāt, ad artis confirmationē pertinere uidētur. 2

Posterioris sunt:
- Signa
- Argumenta
- Exempla.

In his explicādis præcipuè agentis industria spectatur. Nos ordinē hūc secuti, utriusque probationis locos tantū quosdā recensebimus: quos imitari poterit studiosa inuētus, quotiēs hoc ipsū uel causa, uel res postulauerit.

DE PRAEIVDICIIS ET RE iudicata. Cap. XV.

1 *Præiudicium quid sit, illudque diuersimodè appellari.*

2 *Eius usum in rebus ambiguis definiendis consistere.*

3 *Idem ipsum quibus rebus confirmetur, aut refellatur.*

4 *Rei iudicatæ in omni causa autoritatem maximam esse.*

5 *Non uerò omnem sententiam in rem iudicatam transire.*

6 In ni-

a Bartol. in l. si duo. uer. quæro ad quid prodest. ibi gl. in uerb. fidei. ff. de iureiurand. ibi Ang. et item in l. 1. ff. de except. rei iudic. Innocēt. Ioan. de Imol. et alij doct. in c. aud. de præscript. Abb. in c. licet caus. de probat. Bald. in l. testium. C. de test. Alex. in l. ob carmen. §. 1. ff. de testib. & Bald. in l. quia accus. de edend.

b Bald. in l. ult. q. 5. uers. qual. C. de edict. diui Adrian. tollēd. ubi scrib. reum propter eiusmodi æquales probationes causa ipsa cadere debere.

c L. 1. cum gl. C. quor. bon. Bart. in l. qui Rom. §. duo fratr. ff. de uerb. oblig. et in l. 2. §. hoc edicto. ff. de ui bon. raptor. Bald. et Alex. in l. 2. ff. iudicatū solut. & l. quod tempor. C. de restit. milit. et notat. in c. ueniens. de testib.

d glo. in c. cum dilect. de ordine cognitio. Bart. in l. penul. de his qui sunt sui uel alien. iur.

e in l. admonendi. ff. de iureiur. & l. natural. §. nihil commune. ff. de acquirend. possess.

6 *In nimia iudicandi licentia, sententias discrepare, quòd hominum iudicia lubrica sint, & dißimilia.*
7 *Quo fiat, ut sententiarum retractatio admittatur, cum à doctioribus corripiantur.*
8 *Enumeratio uariarum sententiarum, quæ nomen rei iudicatæ non mereantur.*
9 *Locum ab autoritate in definiendis causis plurimum ualere.*
10 *Cuius usum iureconsultis receptum fuisse, exemplis demonstratur.*
11 *Sacræ tamen scripturæ in rebus longè omnibus autoritatem summam esse.*
12 *Quis prouerbiorum in foro sit usus.*
13 *In quo etiam apophthegmatibus, & cæteris grauiter ac sapienter dictis locum esse.*



Ræiudicium Valla definit, sententiam esse ante iudicium di-
1 ctam: ueluti si duo essent de officio aliquo cõtendentes, cum
lis in lõgum procedit, magistratus iubet interea, dum senten-
tia feratur, alterum officio fungi, quasi iudicans iam nunc pro
ea se parte sentire. alij pronunciatum & res iudicatas: Cicero
testimonium, nonnulli præiudicationem nominant: hoc est, sententiam di
2 ctam, quæ iudicaturis exemplum, quod sequantur, adfert. Vsus huius præ
cipuus est in rebus uarijs atque ambiguis diffiniendis, quarum ratio uel con
suetudine uel similitudine aliqua, uel rerum similiter adiudicatarum auto-
ritate explicari solet. Nam Imperator Seuerus rescripsit, referente Paulo,[a]
in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut re-
rum perpetuò similiter adiudicatarum autoritatem, uim legis obtinere de-
3 bere. Confirmatur autem præiudicium eorum qui pronunciarunt auto-
ritate, & rerum, de quarum natura quæritur, similitudine: contrà uerò refel
litur rerum dissimilitudine, iudicis uel iniquitate, uel ignorantia: quẽ ideo
utile est admonere, ut quoniam magnę & graues causæ, non exemplis aut
præiudicijs, sed legibus atque cognoscentis religione explicari soleãt, & de
beant,[b] ne temerè uelit alienis siue præiudicijs, siue sententijs acquiescere.
Quot etiam modis & qua ratione, ordine ac modo quæstiones pręiudicia
les proponantur, pulchrè scribit Bart.[c] & aliubi Parnorm.[d]
Res iudicata, definitore Modestino, dicitur,[e] quę finem controuersiarũ
pronunciatione iudicis accepit: quod uel condemnatione, uel absolutio-
4 ne contingit. Cuius in omni causa maxima est autoritas.[f] Standum enim
ea, uel cadendum, si uitium nullum contineat, erit litigatori. Sed sicut rei
iudicatæ autoritas rerum, quę in controuersiam ueniunt, personarum, æta
tis, loci item, & temporis circunstantijs (quarum rerum omnium breuis à
5 nobis ratio lib. vij. cap. i. explicabitur) infirmari atque conuelli solet: ita hoc
loco annotare saltem uoluimus, non omnem sententiam dictam, etiam si
ab ea prouocatum non sit, transire statim in rem iudicatam. Cuiusmodi est
sententia ad conuellendum matrimonium dicta, quæ rei iudicatæ uim re-
tinere non potest.[g] Aut quam artis suæ professione dixerunt, Medici, chi-
rurgi, obstetrices, lapicidę, & alij eiusmodi artium siue liberaliũ, siue seden
tariarũ professores.[h] Aut quæ ex corporis adspectu, aut euidentis facti in-
spectione prolata sit ad constituendam & designandam ætatem.[i] Sed nec
ea sententia, quæ in multiplici rerum ac personarum, circunstantiarumque
uarietate, non tam ex actorũ fide, quæ obscurior uidebatur, quàm iurispru
dentium consultatione ac informatione lata est, in rem iudicatam transit:
6 propterea quòd periculosa & lubrica ferè sunt hominum iudicia, quæ opi-
nionum uel uarietate, uel ambitione constituuntur: & plerumque fit, ut in
quadam consulendi ac iudicãdi licentia nimia alius alijs longè præstet in-

 genij,

Definitio præiudicij. unde l. si iudex uutr. ff. de legib. l. 1. C. de ordine cog. Abbat. in c. tuam. e. t. In rhetoricis.

Præiudicij usus.

a in l. nam imperat. ff. de leg.

Præiudiciũ quomodo aut comprobetur, aut refellatur.

b l. nemo. C. de sent. & interlocut. om. iud.

c in l. sed si ante. ff. de except.

d in c. tuam. extra. de ordine cognitionum.

e in l. 1. ff. de re iudic. c. quod ad consult. ibi doct. de re iudic. Bar. in rubr. ff. e. t. et l. elegãt. §. si post rem. cum glo. de condict. indeb.

Quæ sententiæ in rem iudicatã non transeant.

f tot. tit. ff. de re iud. l. non minorem. de transact. et l. litigat. C. de appellat. ibi quoque doct.

g glos. in l. 3. §. ult. ff. de iureiur. doct. in l. admonendi. ff. e. t. c. lenor. c. lator. ibi Pan. de re iud. et gl. in c. ex lit. in uerb. rest. de in inte. rest. b not. in d. l. 3. §. ult. ff. de iureiur. et c. ult. de frig. & malefi. et in c. propos. de prob. Butr. Imol. et Io. And. in no. in addit. Spec. tit. de homicid. §. 1. Philip. Dec. in c. cum cessant. de appellat. & c. intimasti. e. t. i Bal. in l. si minor. C. de in integ. restit. & l. 1. c. sentent. rescin. non poss.

genij, doctrinæ, iudicijq; fœlicitate.[a] Ideoq; etiam receptum est, eam sen- 7
tentiam, quæ de sapientium ac legisperitorum cõsilio ex forma statuti, uel
uoluntate partium est dicta, non solum non transire in rem iudicatam, ue-
rumetiam retractari posse, si legum peritior doctiorq; eam non temere cor-
rigat atq; rescindat.[b] Ad eundem etiam modum sententia ea in rem iudi-
catam non transit, quam ipse, qui uicit, conscientia forte rei malè definitæ
tactus, dicat esse iniquam:[c] aut quæ ex falsis probationibus, quarum fides
nulla esse potest, probata dicitur:[d] aut quæ bonorum confiscationem infe-
rat, à qua filius non prouocauit:[e] aut cuius tenor manifestæ iniquitatis ar-
guitur:[f] aut qua ipsa constituitur, ut causa redeat ad non causam. cuius ferè
exemplum in hæc uerba refert Vlpianus:[g] Si fullo uestimenta lauanda cõ-
duxerit, deinde amissis his domino precium ex locato conuentus præstite-
rit, posteaquam dominus inuenerit uestimenta, qua actione debeat conse-
qui precium quod dedit. Et ait Cassius, eum non solum ex conducto age-
re, uerùm condicere domino posse, ego puto ex conducto omnimodo eũ
habere actionem. an autem & condicere posit, quæsitum est: quia non in-
debitum dedit, nisi fortè quasi sine causa ei datũ sit, putamus condici posse
ei precium uestimenti. Etenim uestimentis inuentis, quasi sine causa ei da-
tum uidetur. Venalis quoque sententia, propterea quòd omnia iudicia
recta & integra esse debeant, nec sententiæ, nec rei iudicatæ uim potesta- 8
temq; habere potest:[h] idq; exemplo eius sententiæ, quæ iure ipso nulla
est. Nam, ut Modestinus ait,[i] si expressim sententia cõtra iuris rigorem da-
ta fuerit, ualere non debet: & ideo & sine appellatione causa denuò indu-
ci potest.[k] Non iure profertur sententia, si specialiter contra leges, uel sena-
tusconsulta, uel constitutiones fuerit prolata:[l] unde si quis ex hac sententia
appellauerit, & præscriptione summotus sit, minimè confirmatur ex hac
præscriptione sentẽtia, unde potest causa ab initio agitari. Et certi iuris est,
sententiam, quæ uel mortalis peccati fœditatem complectitur,[m] uel contra
minorem xxv. annis data sit ex falsis allegationibus,[n] aut in minorẽ xxv.
annis, qui tamen iusta de causa abfuerit concepta,[o] aut lata prætextu iura-
menti necessarij,[p] aut cuius executio annis triginta petita non est:[q] aut quæ
solius excommunicationis, interdicti, uel puræ suspensionis est,[r] aut quæ eius-
modi alijs uitijs sit obnoxia, eam in rem iudicatam non transire, nõ est ob-
scura rei iudicatæ uis, quæ eandẽ ferè potestatẽ retinet, quam & statutum.[s]

Ad hunc quoque locum referuntur clarorum uirorum graues senten- 9
tiæ, quem alij locum ab autoritate appellant: cuius sanè in definiendis cau-
sis magnus usus est. Nam Paulus iureconsultus,[t] autoritatem doctissimi
uiri Hippocratis secutus, scribit, septimo mense partum perfectũ nasci pos-
se: ac proinde eum qui ex iustis nuptijs septimo mense natus sit, haben-
dum iustum filium esse. Et Iulianus,[u] Aristotelis scriptis commotus scri- 10
bit, quinq; liberos simul nasci posse, propterea quòd uuluæ mulierum to-
tidem receptacula habere queant: & fuisse Romæ Alexandrinam ex Ae-
gypto, quæ quinque simul pepererit, eosq; incolumes: quemadmodum
quoque Callistratus Platonis iudicio confirmat, in republica conseruanda
necessarios esse negotiatores.[x] Denique, inquit, summæ prudentiæ & au-
toritatis apud Græcos Plato, cum institueret, quemamodum ciuitas be-
ne & beatè habitari posit, in primis istos negotiatores necessarios dixit.

Marci.

a 2. quæst. 6. c. biduum. Butrio et Imol. post Io. Andream, in c. proposu. de probatio. Philipp. in c. intimast. de appel. Alex. in l. si rixa. ad finẽ. ff. ad l. Cor. de sica. & in l. si ab hostib. ff. solut. matri. & l. si cum dotem. §. si maritus eod tit.
b Alex. singular. in l. si ab hostib. ff. solut. matrim. Petr. Gerhard. in singulari suo 20. Philippus Dec. 278. cõsil cuius initium est, non leuis.
c Innocẽt. in c. quia plerique. de immunit. eccles. Panorm. in c. is qui fid. & ibi d. Anton. extr. de spõsal. Ias. May. in sua repet. l. admonẽdi. ubi multa in hãc rem alleg. ff. de iureiurand.
d Bald. in l. libertor. C. de test.
e Bald. in c. 1. in uerbo, sed pone. de pac. tenend.
Sententiæ & pronunciata.
f Innoc. in c. cũ Bertold. col. 2. in gl. in uerbo, dicimus de re iudicat. et c. inter cæteros. c. t.
g in l. si fullo. ff. de condit. sine causa.
h l. uenales. C. quando prouoc. non est necess.
i in l. si expressim. ff. de appellat. & relat.
k l. præses. ff. de re iudic.
l l. 2. C. quando prouoc. non est necess.
m Hostiens. & doct. in d. c. consanguin. extr de re iud.
n l. 1. & 2. C. si ex fals. alleg.
o l. si propter. §. secundum unam. ff. de iud.
p l. admon. ibi Bart. ff. de iureiurand.
q Lanfr. in d. l. admon.
r c. ad reprimend. de offic. ordinar. iudic. Philip. in c. quia front. de appel. glos. sing in c. ex par. el. 1. in uerb pro contum. de sent. excommun. Panor. in d. c. consang.
s gl. 1. in l. 1. ad fin. C quand. pronoc. non est necess.
t in l. 7. mense. ff. de statu hom.
u in l. si pater meus. ff. de solut. & libertat.
x in l. 2. ff. de nund.

Marci.[a] cenotaphium de sententia P. Vergilij definit, & Sabinus teste Homero utitur,[b] ut doceat permutatione rerum emptionem & uenditionem contrahi: eamq; speciem emptionis & uenditionis uetustissimam esse. sicut quoq; Alphen.[c] philosophorum testimonio docet, cuius rei species eadem consisteret, rem quoq; eandem esse. Extant in hanc rem plura exempla: nec dubitationem ullam habet, quin argumenta ab autoritate proba-
11 bili & necessaria sumpta, probationis uim retineant.[d] Quemadmodum itaq; pronunciata glossæ & doct. in definiendis ac constituendis causis ac rebus, de quarum cognitione quæritur, allegari ac recipi solent:[e] & Pontifex reuerentia perpetua ergo canonum & legum professores commotus, nolit quicquam quod quidem cum ueritate & ratione non pugnet, detractum esse iurisperitorum scriptis & opinionibus:[f] ita Augustinus[g] asserit, sacræ scripturæ autoritatem omnem humani ingenij fidem testimoniumq; superare.[h] ac proinde receptum est, non solum eandem, uerumetiam maiorem potestatem ac usum in ciuilibus forensibusq; causis finiendis habere sacræ scripturæ autoritatē, quàm uel canones, uel leges habeāt.[i]

12 Prouerbia ad formas probationis, si antiqua sint, referuntur, usurpanturq; in causarum decisionibus, maximè si legibus scriptis destituemur.[k] Horum usum pulcherrimè describit, magnum illud naturæ ingenijq; miraculum Erasmus Roterodamus: & extāt eorum exempla aliquot apud Vlpianum,[l] & item Celsum,[m] pontificem[n] quoq;, & alios: quæ passim adolescentia annotare poterit.

13 Ad pronunciatorum usum uidentur & ea referri posse, quæ similitudinem & cognationem aliquam cum prouerbijs habere uidentur: cuiusmodi ferè sunt γνῶμαι, quas Latini sententias appellant, & passim se offerunt. ueluti, Obsequendum parentibus ac patriæ esse:[o] Cum natura cognitionem inter nos constituerit, nefas esse hominem homini insidari.[p] Item, Vtilitatibus hominū seruiendum esse, &c.[q] Et ἀποφθέγματα, quæ Latinè, breuiter & scitè dicta uerti poterunt, quorum exempla pulcherrima extant apud Plutarchum, Valerium Maximum, & Erasmum Roterodamum, &c.

a in l. in tantum. ad fin. ff. de rerum diuision. b in l. 1. ibi Paulus. ff. de contrahend. emptio. c in l. proponebatur. ff. de iudicijs. d Alberic. qui multa huius argumenti recenset, in l. septimo mense. ff. de stat. hominum. Bald. in l. conuenticulam. C. de episcop. & cleric. gl in d. l. in tantum. ff. de rer. diuisio. & gloss. in §. ita precium. uersic. Homerū. instit. de empti. & uenditio. Alexan. in l. 1. ff. si cert. petatur. l. prospexit. ff. qui & à quibus. & gloss. cum text. in Authent. ut iudices sine quoq; suffrag. §. 4. uersic. es quoq;. e l. si ædibus. ibi nostri præceptor. ff. de dam. infect. & c. 1. §. 1. ibi quoq; glo. de decimis. f in c. literas nos autem. §. extra. de restit. spoliator. g in lib. Geneseos. h idem probat Ioan. de Turr. cremata. & in c. noli. distinctio. 9. i Baldus in Authent. ad hæc. C. de usur. per text. in Authent. ut iudic. sine quoq; suffragio. §. cogitatio. Innocent. in c. quia pleriq; de immunitat. ecclesiæ. gloss. in c. de libellis. distinctio. 20. Abbas in c. qualiter & quando. el. 2. de accusat. k Alber. in l. 7. mense. ff. de statu. hominum. l in l. solent. de offic. procons. & legat. m in l. si chorus. §. 1. ff. de legat. n in c. etsi Iudæus. extr. de Iudæ. ibi Ioan. Andr. & Felinus. o l. ue luti. ff. de iustit. & iur. p l. ut uim. ff. eod. tit. q l. 1. §. idem aunt, si aqua. ff. de aqua pluu. arcend. & l. 2. §. item Varrus. ff. eod tit.,

DE TABVLIS, SIVE INSTRVmentis. Cap. XVI.

1 *Tabularum atq; instrumentorum appellatione, quæ ueniant.*
2 *Ex his tamen quædam propriè instrumenta dici, quædam impropriè.*
3 *Duplicem autem instrumentorum formam esse.*
4 *Protocolla quando in iudicio fidem mereantur.*
5 *Priuatas scripturas publicis postponi.*
6 *Neque tamen scripturas omnes publicas, plenam fidem mereri, ut exempla instrumentorum publicorum.*
7 *Euenire tamen ut & exemplis credatur, certis casibus hic notatis.*
8 *Instrumentorum præcipuus usus qui sit.*
9 *Omnem uerò lituram à publico instrumento abesse debere, quod illa eius fidem suspectam reddat.*
10 *Quia hominis memoria res labilis atq; lubrica sit, omnia monumenta publica testibus præferri, nisi hi omni exceptione sint maiores.*

11 *Rasura, si quæ appareat in instrumentis, quando & quatenus obsit, aut non obsit.*
12 *Nihil tam sanctum atq; firmum esse, quod non petulanti quorundam hominum perfidia uioletur.*
13 *Priuati instrumenti uis quæ sit.*
14 *Librum rationum cōtra ipsum scribentem plenam fidem facere, emolumento autem sibi esse non posse.*
15 *Hunc tamen creditoris manu conscriptum, hodie ualere.*
16.17 *Epistola debitoris, quando fidem faciat. Item epistola creditoris debitū petentis, quam do debitori præiudicet.*
18 *Parem esse instrumentorum ac testium fidem.*
19 *Instrumenta quando producenda sint.*
20 *Reum non teneri edere instrumentum, actore iubente, ad intentionem eius fundandam, nec econtrà.*



Abularum & instrumentorum nomine Paulus[a] accipienda 1
omnia ea esse scribit, quibus causa instrui potest, & ideo tam
testimonia quàm personas instrumentorum loco haberi: &
Vlpianus[b] existimat perquam difficile esse separare, quæ in-
strumentorum appellatione contineantur. Quædam enim 2
propriè & uerè sunt instrumenta, ut chartæ, quibus quid inscribitur: quæ-
dam non propriè sunt instrumenta, quę tamen ipsa instrumentorum nomi
ne continentur, ut testes:[c] neq; dubitationem ullam habet, quin eiusmodi
aliquod instrumentum, quod manu publicæ personæ confectum dicitur,
Authenticū habeatur:[d] sicut & illud, quod uel patriæ consuetudine appro
batum,[e] aut trium uiuentium testium subscriptionibus consignatum,[f] aut
ex archiuo publico editum est,[g] quando & Marcellus de senatus senten-
tia refert,[h] census & monumenta publica potiora testibus esse. Est enim 3
duplex instrumenti forma. Altera enim publica, altera priuata dicitur. In-
strumenti publici ea uis est atq; potestas, ut & plenam fidem in iudicio sine
ullis aliȷs adminiculis faciat: nec necesse sit, ut testes in eo annotati in testi-
monium adhibeantur, aut etiā tabellio attestationis suæ fidem faciat: quan
do etiam illis mortuis uim suam retinet:[i] nisi dubitetur de scriptione tabel-
lionis, quo casu standum erit ipsius tabellionis attestatione.[k] Exempla hu-
ius statim attulimus, satisq; constat quamcunq; scripturam priuatam, quæ
quidem in acta, iudice pro tribunali sedente, relata sit, publicā & Authen-
ticam censeri, neq; ullo alio testimonio ad faciendam fidem indigere.[l] Ac
proinde registrum, quod quidem apud eum qui autoritatem Authentici
instrumenti conscribendi habet, retinetur, plenam fidem facit, & non ali-
ter:[m] Et protocollum, quod uocant, si ea quæ instrumentum publicum re- 4
quirit, nempe contractum initum, locum, tempus, indictionem, anni tem-
pus, tabellionis & suscriptionem & signum complectatur, fidem mere-
tur.[n] Eaq; de causa receptum quoq; est, ut si tabellio, quæ acta sunt, anno-
tauerit, mortuus autem sit prius, quàm eiusmodi annotationem in publi-
cam instrumenti formam referre potuerit, sufficere in eius locum alium ta-
bellionem posit iudex ordinarius, qui publicam instrumenti formam con
scribat, rogantib. uidelicet ȷs ad quos ea res pertinet.[o] Sed & priuata scri 5
ptura cum adiecta causa de qua constat, probationis fidem retinet, scriptu
ræ tamē publicæ postponitur, nisi trium testium inscriptiōne sit insignita:
cuius rei exemplum alicubi refert Imperator.[p]

a in d. l. ff. de fide instrum. b in l. notion. §. instrum. ff. de uerb. & rerum significat. c in Authen. de fid. instrum. tot. tit. Bart. in d. l. notio. instrum. de uerb. & rer. signif. Iac. Butr. in l. 1. ff. de fid. instrument. glo. in d. § instrum. d c. scripta uerò. Aut. extr. de fide instrum. e c. cum dilect. eod. tit. f l. scrip. C. qui potior in pign. habeant. g Auth: & ibi Bald. ad hæc. C. de fid. instrum. & c. ad audientiam. uersic. nos igit. extr. de præscript. & ibi gl. in uerb. censualem. de præscriptio. Bartol. in Auth. si quis. C. qui pot. in pign. habeantur. h in l. census. ff. de probat. i Innoc. in c. 1. de fid. instrum. text. in c. 1. eo. t. gloss. in l. 2. ff. quemadmodum testament. aper. k l. si quis decurio. C. de fals. l l. ae in arbit. ibi Bald. C. de recept. arbitr. m Innocent. in c. 1. de procur. & hunc secut. Bal. in l. si quis in alior. C. de edend. n Alber. in l. contract. de fid. instrum. o c. cum. P. ext. de fide instrument. p in l. scriptur. C. qui potior. in pignor. habeant.

Non

6 Non tamen omne instrumentum publicum fidem plenam facit. Nam Authenticum, ut diximus, etiam originale instrumentum, hoc est, prima Notarij scriptura, quæ alijs matrix, alijs uerò protocollum, nonnullis imbreuiatura barbaro uocabulo dicitur, fidem facit.[a] Exemplum autem, siue index, siue transumptum, non solum fidem nullam facit, uerumetiam calumniosam scripturam esse arguit:[b] idq; hac potissimum ratione, quòd Notarius, ut instrumentum conscribat, ab ijs quorum interest, & quorum res agitur, rogari debeat:[c] neque credatur notario, nisi in earum rerum at-
7 testatione, quæ illo præsente sunt gesta.[d] Distinctionem tamen hæc res recipit, ut exemplo fides habeatur, primùm si collatione eius ad Authenticum facta, permissione iudicis, & parte aduersaria ad hoc specialiter uocata, in formam publici instrumenti redactum, etiam iudicis sententia interlocutoria comprobatum sit:[e] quod tamen ipsum non ita firmum esse potest, quin argui falsitatis crimine queat.[f] Secundò, si idem tabellio & originale ipsum siue Authenticum, & exemplum conscripserit: propterea quòd idem tabellio multa eorundem actorum instrumenta conscribere non prohibeatur.[g] Tertiò, si exemplum ab eo, qui uel agit, uel conuenitur, edatur, habere sanè probationis fidem contra eum, quo editum est, debet.[h] Postremò, si eiusmodi exemplum partium consensu descriptum sit.[i]

8 Vt autem præcipuus hic instrumentorum usus est, quo id quod actum est, literarum monumentis facilius probari queat, etiam si id quod actum dicitur, & probari poterit, sine his ualeat: exemplo nuptiarum, quæ constare poterunt, licet testatio siue scriptura adhibita non sit:[k] ita non statim fides ijs adhibenda erit, qui instrumenta ui ignis consumpta, aut infesto aliquo casu perijsse ideo mentiuntur, ne debitam quantitatem persoluere cogantur,[l] præsertim si in eam rem fides aliunde peti & haberi queat: & tabellio sanè, qui rogatus edere ac communicare petenti instrumentum debeat, si conceptam breuem formulam, quam uulgus imbreuiaturam appellat, incendij conflagratione, aut calamitate aliqua amiserit, poterit eius exemplum ab eo repetere, cui eius copia facta sit: merebiturq; eiusmodi exemplum eandem fidem, referente Bartolo,[m] quam & ipsum Authenticum siue originale. Quomodo etiam instrumentum amissum esse probari possit, docent alicubi glos. & doct.[n]

9 Abesse tamen ab eiusmodi publico instrumento debet omnis litura atque cancellationis uitium, ut fidem retinere possit:[o] quoniam eiusmodi litura ab eo facta, qui eius inferendæ potestatem habebat, graui suspicione afficit id quod scriptum est:[p] præsumptioq; est, eiusmodi lituræ siue expunctionis uitium sponte illatum esse.

10 Quando etiam Marcellus de senatus sententia rescripsit,[q] census & monumenta publica, potiora testibus esse, propterea quòd ualde lubrica planeq; labilis res sit hominis memoria:[r] receptum est, ut instrumenta refutari ac conuelli nō debeant, nisi eorū testimonio, qui omni exceptione sunt maiores.[s] Qua etiam ratione, modo, ac ordine hæc testium confutatio ad refellendam instrumenti fidem suscipienda sit, ualde diligenter describit Lanfrancus ab Oriano.[t]

11 In conuincenda instrumenti falsitate hanc ferè moderationem distinctionemq; retinent legum professores, ut si rasura aliqua substantialem instrumenti partem suspiciose pertingat, reddat ipsum instrumentum in uni-

uersum

a l. quicunq. ff. de fide instrum. Innocent. in c. 2. extr. eo tit. Baldus in l. public. C. de testam.

b text. in l. quicunq. ff. de fide instrument.

c §. nos autem in Authen. de tabellion.

d Lanfrā. pulchrè in repet. c. quoniam cōtra de probat. c. instrument. productiones.

e Alberic. & doct. in d. l. quicunq. ff. de fide instrument.

f Innocēt. in c. Abb. de uer. & uer. signifi. Bald. in d. Authent. si quis in aliquo documento.

g Fel. in c. ult. de fide instrum.

Bart. in l. Sempron. procul. ff. de leg. 2. Angel. d. l. publ. C. de testam. Bald. in rubric. C. de fid. instrument.

h Bart. in l. in fraudem. §. 1. uersic. neq; instrum. ff. de iure fisc.

i Ioan. de Imol. in c. 1. extrà, de fid. instrument.

Bart. & Bald. in Authēt. si quis in aliquo. ibi quoque doct. C. de edendo.

k l. in re hypothe. nom. ff. de fide instrum.

l l. sicut. C. e. t.

m in l. ult. C. de edend.

n in d. l. sicut. C. de fide instrum.

o l. ult. C. de edict. diui Adriani tollend.

p Lanfranc. de fent. Bartol. in loc. prædict.

q in l. cens. ff. de probation.

r l. peregrē. ff. de acquirend. possess.

s Lanfranc. in loc. prædict.

t In repetit. c. quoniā cōtr. de prob. c. instrum. product. uersic. quaero, nunquid instrum. possit reprob. per test.

uersum falsum.[a] Si uerò rasura eam instrumenti partem cōplectatur, in qua
nec quæstionis status uertitur, nec quę suspicionem malam gignat, ualebit
instrumenti fides: cum alioquin, si principalem quæstionem complectere
tur, eius uim planè conuelleret.[b] Quod si aliud fortè uitium in ipsius in-
strumenti scriptionem inuectum foret, quod non leuem falsitatis suspicio-
nem gignere uidetur, certè illud si cū principali capite siue quæstione con-
iunctum foret, redderet quoq; ipsum instrumentum uitiosum. Si uerò plu
ra eiusdem instrumenti capitula connexa sint, & horum unum aliquod se-
paratim uitio affici conuinceretur, solum hoc corruet, cæteris partibus, si-
ue capitulis firmis manentibus.[c]

Et quoniā in hac disciplinæ ueteris grauissima inclinatione, & quadam
omnis recti officij honestissimarumq; actionum perturbatione, nouas sub
inde fraudes connectit hominum nequitia: neque quicquam ferè tam san- 12
ctum atq; firmum est, quod non uiolare conetur quorundam hominū pe-
tulans perfidia: non imprudenter à maioribus institutum est, ut quotiens
de instrumentorum uel fide, uel uitio, controuersia mouetur, aut litigato-
res ea recipere nolint, adhibeatur diligens ac sobria literarum comparatio,
ad eruendam eius quod scriptum est ueritatem.[d] Huius formam atq; tra-
ctationem cum ualde diligenter inter cæteros tradat Lanfrancus ab Oria-
no, uir legum sanctissimus, in sua repetitione c. quoniam contra, de proba
tionibus: non inanem operam ponet, qui huius præceptiones in hanc rem
traditas, quotiens causa uel res postulat, diligenter legerit, etiam animo &
memoria pertractatas habuerit. Sintq; hæc pauca præcepta de instrumen-
tis publicis nobis notata.

Priuatum instrumentum siue scriptura, fidem firmitatisq; robur, contra 13
eum tantum retinet, à quo illud uel scriptum, uel editum est.[e] Nam ut Im-
perator ait, exēplo perniciosum est, ut ei scripturæ credatur, qua unusquis-
que sibi annotatione propria debitum constituit. Et Papinianus[f] dicit, ad
cognoscentis temperationem pertinere, ut æstimet, quatenus quis sibi epi
stola priuata alium obligare posit, & quatenus in eam adhibitus sit con-
sensus. Itaq; instrumentum domesticum uel priuata scriptura, siue annota-
tio, nisi alijs adminiculis communiatur, ad probationem planè infirma est,
& nullius momēti:[g] & syngrapha, si negetur debitoris manu cōscripta, aut
uera esse quæ in ea contineantur, nullam probationis uim retinet, nisi uel
partium testiumq; triū subscriptione sit cōsignata: uel cum debitor se sub-
scriberet, testes tres interfuerint:[h] iudicium tamen aliquod & quandā tan-
quam præsumptionem adfert, referente Baldo.[i] Sanè liber rationum con- 14
tra ipsum scribentem plenam fidem facit: præsidio tamen atq; emolumen
to ipsi esse non potest.[k] Si tamen partim contineat, quæ ipsi scribenti pro-
sint, partim etiam noceant: non poterit eius fides ab aduersario in una par-
te conuelli, in alia uerò approbari.[l] Idem tamen rationum liber credito- 15
ris aut mercatoris manu conscriptus, fidem hodie facit, & ita obseruatur.[m]
Porrò epistola per debitorem ipsum, aut alium scripta, sigillo tamen debi- 16
toris consignata, fidem probationis facit:[n] alioquin si affixum sigillum nō
sit, debitor etiam eam à se conscriptam neget, nullius momenti erit, nisi lite
rarum comparatione facta diuersum doceatur, referente Bartolo.[o] ideoq; 17
etiam si quis ab aliquo epistolam accipiat, quæ pecuniam debitam petat,
neq; ad eam respondeat, se obligatū non esse, aut quicq; debere, sed tacen-
do hoc ipsum dissimulet, præiudicio certè eiusmodi epistola esse poterit.[p]

Quæstio-

a Bald. in l. si ex fal. C. de transaction.
b Bald. in d. l. si ex fals. & l. ult. C. de edict. diui Adrian. tollend.
c Idem Bald. in d. l. si ex fals. C. de transact. Innocent. in c. fraternit. de hæret.
d l. comparat. C. de fide instrumēt. ibi doct. Felin. in c. 2. de fide instru. Bart. & Bald. in Authēt. sed nouo iure. C. si cert. petat.
e l. general. C. de nō numer. pecun. l. instru. l. ratio. C. de probationib.
f in l. Pub. Meuia. §. Tit. Sempron. ad finē. ff. depositi.
g l. instrum. C. de probat.
h At si contractus. C. de fid. instrument.
i in l. admon. ff. de iureiur.
k l. quæd. §. numul. ff. de edēd. tex. in d. l. exem. et l. rationes. C. de probat. & in l. cum de indebi. §. ult. ff. de prob.
l Ang. in l. quædā. §. numul. ff. de eden. text. & glo. in l. publ. ad fin. ff. depositi. et quæ notant. in l. siquidem. ff. de except.
m Nicol. Mata. Iac. Butr. Angel. in d. §. numular. Bart. & Iason pulchrè in l. admonend. ff. de iureiur. & d. l. nuda.
n Bart. in l. admonen. ff. de iureiurand. Bal. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. & l. si qua per calum. C. de episc. & cler.
o in d. l. admonen. & l. nuda.
p l. si filius. ff. ad senatusc. Macedon.

Quæstionis esse poterit, si duo contendant, quorũ hic instrumento publi
co, ille priuato, sed tamen trium testium annotatione signato utatur, uter
præferri debeat.[a] Et sanè Angelus[a] existimat, si non aliud conuenerit, præ-
ferri eum certè debere, qui priuato eiusmodi instrumento utatur, propte-
18 rea quòd par sit instrumentorum & testium fides.[b]
19 Produci autem instrumenta poterunt, ad conclusionem usq; causæ,[c] nisi
terminus instrumenti producendi, definitus ac præscriptus sit statuto: uel
lege, qui ferè semper accipi solet peremptorius.[d]

De edendis tabulis siue instrumẽtis breuis hęc poterit esse explicatio. In-
20 strumenta utriq; parti cõmunia edi debẽt.[e] Si ꝓpria sint, petieritq; actor à
reo edi instrumenta, ꝗuib. intentionẽ suã probare uelit, repelletur: quoniã
ipse instructus ad causam accedere, nõ aũt à reo probationẽ suæ intẽtionis
exigere debet.[f] Sed nec ecõtrà actor cogẽdus erit, ut reo instrumentũ quo
ille defensionẽ instituere posit, edat: nisi uel actor, uel reus instrumentũ ali
quod ad causæ cõfirmationẽ in iudicio producat, cuius certè editio faciẽda
est parti petẽti. nam ut Vlp. ait.[g] qua quis actione agere uult, prius eam e-
dere debet. Aequissimũ siquidẽ uidet, eum qui acturus est, edere actionẽ:
ut perinde sciat reus, utrũ cedere, an cõtendere ultrà debeat: & si cõtenden
dum putet, ueniat instructus ad agendũ, cognita actione qua cõueniatur.
Et sanè omnia, quibus uel actor uel reus in iudicio usurus est, edi debẽt.[h]

a in l. scriptur. C. qui potior. in pignor. habeant.
b in exercend. C. de fide instru- mẽt. Bart. quoq; in d. l. script.
c c. cum dilect. de fid. instrum.
d Innocent. in c. cum in tua. extr. qui matrim. acc cus. poss.
e c. G. perpet. uicar. de instru- ment. edit.
f c. s. de proba. l. qui accus. C. de edend.
g in l. 1. ff. de e- dendo.
h d. c. G. perpe tum. & c. cõtin git. eod. tit.

DE TORMENTIS, ET QVAESTIONIB. CAP. XVII.

1 *Quæstionum habendarum rationem ualde difficilem atq; lubricam esse.*
2 *Quòd in illis parum relinquatur loci ueritati. Alios enim patientia quadam singulari*
3 *doloris, mentiri: alios eiusdem impatientia, falsum quoq; dicere.*
4 *Et hoc exemplis declaratur.*
5 *Quid igitur iudici hic faciendum sit.*
6 *Quia ad tormẽta nõ eatur, nisi ex certis indicijs, sumẽda illa ex certis locis & reb. esse.*
7 *An & quando semel adhibitæ quæstiones, repetendæ sint.*
8 *Iudicis esse, quæstionibus modum statuere, non accusatoris.*
9 *Non semper illi credendum esse, qui ultrò de facinore suo confiteatur.*
10 *Sed potius ex certis probationibus illa cognoscenda esse.*
11 *Neq; quæstiones temerè in quamlibet personam conijciendas esse.*
12 *Aetatem enim minorem, excusationem mereri.*
13 *Decuriones quando torqueri possint.*
14 *In quæstionibus adhibendis quis ordo obseruandus sit.*
15 *Quæstionum effectus.*

1 QVæstionũ, siue tormentorũ difficilis admodũ & ualde lubrica
habetur ratio.[a] Nam tormenta, qui adfirmant, uerã fatendi ne-
cessitatem illis attribuũt: qui dissoluunt, nulli dolori fidem esse
adhibendam cõtendunt. Gubernat enim tormenta dolor, mo-
2 deratur natura cuiusq; tum animi, tum corporis: & ut Cic. ait, regit quæsi-
tor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, ut in tot rerum angustijs
nihil ueritati loci relinquatr, iuxta prouerbiũ: Mẽtitur in carcere, qui dolo-
rem pati potest: mentit, qui dolorẽ pati non potest. Et quemadmodũ Vlp.
asserit,[b] quæstioni fidem nõn semper, nec tamẽ nunq; habendam, cõstitu-
tionib. declaratur. Etenim res est fragilis, inquit, & periculosa, & quæ ueri-
tatem fallat. nam pleriq; patientia, siue duritia tormentorũ, ita tormenta cõ
temnũt, ut exprimi ab eis ueritas nullo modo posit. Exẽplo esse poterũt,
3 Leæna meretrix, quę horrendis excarnificata tormentis, non tamẽ profes-
sione sua indicare uoluit Harmodium & Aristogitonẽ tyrannicidas: & A-
naxarchus in quæstionib. suspensus, & miserandum in modum laceratus,

a l. 1. §. 1. uers. quæst. ff. de quæ stionibus.
b in d. l. 1. §. 1. uersic. quæst. ff. de quæst. & pro batur in l. edict. ff. eod. tit.
Amplificatio ab exemplis.

a in loco alleg. b in l. absent. de pœn. c l. edict. l. diu. Pius. uers. 2. ff. de quæst. l. quoti. C. eod. tit. d in d. l. edict. e in l 1. ff. de quæst. f d. l. diu. respō. 2. et l. maritus. l. edict. ff de q. & l. ult. C. de falsi. g l. de minor. §. tormenta. & l. quæst. modū. ff. de quæst. h l. 3. ibi. tu ma gis scire pote. ff. de test. l bod ff. de pœn. l. sancio mus. C. e. t. l. 2. §. 1. ff. de effract. i l. si plur. §. alsi dua. ff. de admi nist. tut. l. ædil. §. Pæd. ibi, aleator fortè. ff. de ædi lit. edict. k l. ultim. C si mancip. ita fuer. alien. l. aut fact. §. loc. ff. de pœn. l in d. l. aut fact. ff. de pœn. m l. si inimic. ff. de ys quib. ut in dig l. 4. §. ult. ff. de adim. leg. & l. 1. §. inim. ff. e. t. n l de minor. §. torm. ibi, uel cu ius æstimat. ff. de quæst. l. si ambo. 2. respon so. ff. de rei uendic. l. 1. C. si quis imperat. mal. dix. o l famosi. ibi, aut poter. facere. ad l. Iul. maiest. p l. de min. §. tor. ff. de quæst. l. quæst. e. t. l. 4. §. ult. ff. de re mi litar. l si quis. ff. ad senatusc. Syl la n. doct. in l. re pet. ff. de quæst. q l. quæst. ff de quæst. d. l. de minor. §. tormenta. e. 1. l. item apud. §. quæst. ff. de iniur. r in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst.

ut sibi ipsi magno periculi cōtemptu unicum indicij remedium adimeret, fremens indignabundusq; linguā suam dentibus præsecuit, præsectamq; in os tyranni, cuius sæuitia torquebatur, expuit. & Agesilaus Lacedæmiorum rex, quum animaduerteret insignem grassatorem scelerum consciencia obstrictum, neq; tamen ulla tormentorū ui, ut admissum facinus cōfiteretur, impelli posse: dixisse fertur, difficilem & lubricā esse quæstionū siue tormentorū rationem: sed eos tamē insigniter fore infœlices, qui ob res flagitiosas tantū corporis cruciatū admirabili doloris patiētia sustinerēt. Alij 4 aūt, ut idem Vlp. ait, tanta sunt impatientia, ut in quouis potius mentiri, q̄ pati tormenta uelint: & ita fit, ut etiā uario modo fateantur. ut facit Philotas apud Curt. neq; se tantū, uerumetiā alios criminent. Ac proinde cum & in ciuilibus, & criminalibus causis tribunalia siue iudicia non hominū, sed Dei sint, cū salute hominū nihil fingi aut dici ex omni rerū natura possit præstantius, cum idem Vlp. dicat, satius esse impunitū relinqui facinus nocentis, q̄ innocentē damnare: pertinebit ad iudicis religionem & inte- 5 gritatem, summa animi cùm pietate, tum uerò iudicio in quæstionib. adhibendis prouidere: primùm, ne quæstiones adhibeat, nisi capitalia & atrocia sint maleficia, & quorū ueritas aliter q̄ quæstionib. inquiri nō possit: propterea q̄ Paulus existimet, quæstiones neq; semper, neq; in omni causa & persona desiderari debere: sed cū atrocia sint crimina, neq; alia quàm tormentorū ratione explicari possint, & Vlp. scribat, à tormētis incipiendum non esse: sed ita demū adhibere quæstiones oportere, si causa magna subsit, & uel personæ, uel rerū qualitas hanc confessionē postulet. Secūdò, ut iudex quæstiones adhibeat, nō ulla ulciscēdi libidine mala, nō animorū percussionib. nō odio, uel gratia, sed certis quibusdā indicijs cōmotus. nā hæc res, quoniam uitæ atq; necis est, prudentiā, & rerū inquisitionē, cæterasq; eiusmodi circūstantias requirit. Et quanq̄ non una aliqua indiciorū, quę quidē uaria & multiplicia sunt, ratio adferri aut pręscribi possit, eorūq; moderatio atq; cognitio ex iudicis arbitrio ꝓpemodū depēdeat: tamē in- 6 dicia, argumenta, signa, & præsumptiones ex ijs personarū & rerū locis, q̄s infrà cap. huius lib. 25. recēsebimus, sumi poterūt: & magnā æstimādi facultatē præbebit anteacta uita, studiū item, & cōuersatio, siue cōsuetudo eorū quibuscū is cui adhibēdæ erūt quæstiones, quotidie cōflictatur. nam talis ferè quisq; præsumitur, quales sunt ij quibuscū cōsuetudine quotidiana coniungitur. Et locus suspicionē auget, uel minuit: idq; non aliter, atq; causa, persona, tēpus, qualitas, quātitas. & euētus, quib. ferè generib. Claud. existimat facta puniri Susceptæ tamē inimicitiæ, & hinc secutæ acerbæ necis atq; mortis cōminationes, uehementer cōmissum scelus uel arguūt, uel detegunt. Aestimatio item nominis & famæ ad suspicionem pertinet, item faciendi facultas, & quæcunq; alia huius generis argumēta sunt. Tertiò, 7 ne iudex semel adhibitas quæstiones temerè, sed ita demū repetat, si noua indicia, eaq; nō leuia, aut uulgi calūnijs, sed bonorū hominū denūciatione collecta, exorianī. is etiā qui torquēdus iterū erit, ea sit & ualetudinis bonæ & corporis firmitate, ut illū præter conscientiā quicq; in quæstionib. acerbius dicturū nō sit uerisimile: quādo semp hæc tenēda erit moderatio, ut is qui torquetur, uel innocētiæ, uel supplicio incolumis esse queat. nam & iudi 8 ces quæstionis modū arbitrari oportet. Et Arc. scribit, tormenta habenda esse, nō quāta accusator postulat, sed ut moderatæ rationis tēperamēta desiderant: nec debere initiū probationū de domo rei accusatorē sumere, dum aut liberos eius quē accusat, aut seruos in testimoniū uocat. Plurimū quoq; in ex

in excutienda ueritate & uocem ipsam, & cognitionis subtilis diligentiam
adferre. Quartò, ut rectus & integer iudex eam in quæstionib. adhibeat
moderationẽ ac prudentiã, ut non solum quenq; temerè quæstionib. subij-
9 ciat, uerumetiã ei qui de suo facinore nullis tormentis excarnificatus fatetur,
fidem non semper habeat. nam si quis ultrò, inquit Vlp.[a] de maleficio fatea
tur, nõ semper ei fides habẽda est. nonnunq; enim aut metu, aut alia de cau
sa in se cõfitentur. Postremò, ut cùm cæteris in causis omnib. tum uerò ma-
ximè in adhibendis quæstionib. non ullam priuatã gratiæ aut offensionis
ambitionẽ consectetur, sed oẽs iustitię partes amplectatur:[b] ad easq; oẽs suas
actiones, studia atq; consilia referat, neq; ab ullo uirtutũ genere deflectat:
10 quoniã Seuerus rescripsit,[c] cõfessiones reorũ pro exploratis facinorib. haberi
nõ oportere, si nulla probatio religionẽ cognoscentis instruat, & quæstio-
nũ iudicia nõ affectionib. sed probationũ fide, argumẽtis item, signis, atq;
11 indicijs erũt cõstituenda. Porrò quod attinet ad personarũ qualitatẽ, non erũt
quæstiones temerè in unũquemlibet adhibendæ.[d] Nam ex libero homine
pro testimonio nõ uacillante quæstionẽ habere nõ oportet.[e] & de minore
quoq; xiiij. annis in caput alterius quęstionẽ habendã non esse, diuus Pius
Metillio rescripsit:[f] maximè, ut ille ait,[g] cũ nullis extrinsecus argumẽtis ac-
cusatio impleatur: nec tamẽ cõsequens esse, ut etiã sine tormentis eidẽ credatur.
nam ætas, inquit, quæ aduersus asperitatẽ quæstionis eos interim tueri ui-
detur, suspectiores quoq; eosdẽ facit ad mentiendi facilitatẽ. Possunt tamẽ
minores xiiij. an. quotiẽs hoc causæ cùm magnitudo, tum rerũ seueritas po
stulat, ferula cædi, uel terreri corrigio, uel uirgis leniter percuti ad eruendã
12 ueritatẽ. nam quemadmodũ ætas excusationẽ meretur,[h] nec supplicio adfici-
tur, nec ea quæstio de ea habetur: ita tamẽ usu obseruatur, ut uel ea terreatur, uel
habena, uel ferula cędatur.[i] Sed & ijs ignoscitur, qui ætate defecti,[k] aut in
dignitate positi sunt: cuiusmodi cẽsentur, iudices eminentissimi, milites, &
itẽ decuriones, & horũ filij ac nepotes, ne uidelicet turpitudinis ac infamiæ
macula ipsis inuratur.[l] nec de puerpera, nisi post quadragesimũ purgationis
diẽ, haberi quæstio debet:[m] nisi fortè læsæ maiestatis crimen intendatur, in
13 quo uindicando nõ facilè uel ætati, uel dignitati parcitur.[n] Quotiens etiã de
fide instrumentorũ quæritur, poterũt decuriones earũ rerũ causa torqueri,
quæ ab ipsis ad decurionatus dignitatẽ sunt turpiter & flagitiosè cõmissæ.
14 [o] In quæstionib. adhibendis ordo quoq; spectari solet. Nam Vlp.[p] de sen-
tentia diui Adriani scribit, à suspectissimo quoq; incipiendũ esse, & à quo
facillimè possit ueritas cognosci. ac proinde utilius erit ordine primùm eos
torqueri, qui & grauiore suspicione laborãt, & doloris sunt impatiẽtiores,
etiã naturæ infirmitate debiliores.[q] in quam rationẽ pulchra ac in primis æ-
qua sentẽtia Pauli ita refertur:[r] unius facinoris plurimi rei ita audiẽdi sunt, ut
ab eo primũ incipiatur, qui timidior est, uel teneræ ætatis uidetur. Reus euiden
tiorib. argumentis oppressus, repeti in quæstionẽ potest, maximè si in tor-
menta animus corpusq; durauerit. In ea causa, in qua nullis reus argumẽtis
urgebatur, tormẽta non facilè adhibẽda sunt, sed instandũ accusatori, ut in id
15 quod intendit, cõprobet, ac sic cõuincat. Quæstionis effectus est, ut qui spõtè
cõfitetur admissum crimẽ, statim ueniat uel incarcerãdus, uel supplicio pu-
niẽdus.[s] Cõfessio uerò tormẽtorũ cruciatu expressa pro explorato facino-
re haberi nõ debet:[t] sed excutiẽdus & rogãdus iterũ atq; alio tempore erit
reus, nũ stare se cõfessioni factę uelit. Si quis pleniorẽ huius rei cognitionẽ,
quæ certè in hoc argumẽto breui oratiõe explicari nõ potuit, desideret, le-
gat licet cõment. Bart. de Saxo ferrato, Francisci Bruni de S. Seuer. D. Gui
don. de Su. Mãtuani, & Bald. de Perig. Perusini in rationẽ quæst. scriptos.

a in l. 1. §. si quis ultrò. ff. de quæstio.
b l. nihil sibi. C. de quæst.
c in l. 1. §. diuus. ff. de quæstio.
d l. de minore. §. potest quæri. ff. de quæst.
e l. ex lib. homine. de quæst.
f l. ex lib. §. de minor. ff. de quæstion.
g Callistrat. in d. l. ex libero.
h l. 1. §. impub. ff. de senatusc. Syllan. et Clau.
l. 1. C. si aduers. delict. l. 1. §. ignoscitur. ff. de senatusc. Sylla.
i d. l. 1. §. impuberi. ff. de senatusc. Sylla. l. 1. C. de cur. publ.
k l. si quis grauis. §. 2. uersic. ignoscitur. ad senatusc. Syllan.
l l. diuus Marcus. ff. ad senat. Syllan. l. milit. l. decurione. ff. de decurio.
m l. prægnantis. ff. de pœnis.
n l. de minore. 1. respons. ff. e. t. de quæst. l. desert. §. is qui. et l. prodit. ff. de re milit.
o l. ut si quis de cur. C. ad l. Cornel. de fals.
p in l. 1. ff. de quæst.
q l. 1. §. 1. ff. de quæst.
r in l. unius. ff. de quæst.
s l. ult. C. de custod. reor. l. con reis. C. de pœn.
t l. 1. §. diu. ff. de quæst. & l. 2. C. appell. rescind. non poss.

DE IVREIVRANDO.

Cap. XVIII.

1 *Iurisiurandi religionem, ad finiendas lites, remedium maximum esse.*
2 *Temerè tamen iurandum non esse.*
3 *In quibus causis iurisiurandi usus præcipuè requiratur.*
4 *Promissionem factam cum fidei nostræ protestatione, ualere tanquā iuramento uallatā.*
5 *Simpliciter tamen quid per fidem promittentem, mitius puniri, quàm eum qui iurauerit.*
6 *Quæ iuramenta reijciantur. Et num. 8.*
7 *Quando contra datum iuramentum uenire possimus.*
9 *Quibus rationibus moti nonnulli, negent iuramentum probationem ueram esse.*
10 *Probabiliorem tamen esse eorum sententiam, qui iuramentum pro legitima probationis specie admittant, in certis casibus.*
11 *Esse enim casus quosdam, quibus iusiurandum loco probationis non sufficiat.*
12 *Neq; illud temerè in probationis supplementum admitti.*
13 *Eius autem potestatem uariam, & non leuem esse.*

ETsi Gaius iureconsultus scribit,[a] maximū remedium finien- 1
darum litium, inuectum esse, ipsa illa iurisiurandi religione,
qua uel ex pactione ipsorum litigatorum, uel ex autoritate iu-
dicis deciduntur controuersiæ:[b] neque dubitationem ullam
habet, quin pacis fœdera, pacta item, & conuentiones iura-
mento confirmentur[c] quando Abraham & Isaac cum Abimelech,[d] Iacob
item cum Laban, Booz cum Ruth,[e] Abdias cum Helia,[f] quod cōuenerat,
iurisiurandi religione cōfirmauit: & Paulus Apostolus scribit,[g] humanas
ac ciuiles controuersias iuramenti remedio decidi atq; expediri. Semper 2
tamen hæc adhibenda erit moderatio, ne uel contempta iurisiurandi reli-
gione, cuius testem ac uindicem Deum habemus,[h] temerè ac friuolè uel li-
bidinosè iuremus: sed defendendæ innocentiæ, retinendiq; æquabilis iu-
ris causa, in maiore quadā probationis inopia iusiurandum, sobriè, sanctè,
ac reuerenter ad magistratus iussionem præstemus.[i] Nam sicut magnus 3
& propè necessarius est iurisiurandi usus, in ijs præsertim causis ac rebus,
quarum fides non aliunde rectius, quàm hominum conscientia compro-
bari potest:[k] ita profanationis impiæ est, uel peierare, uel iurandi libidine
Deum contumelia afficere, ad cuius reuerentiam atq; gloriam referenda e-
rit omnis conscientiæ nostræ fides, animiq; attestatio, referente propheta
exemplo Ahas.[l] Itaq; receptum quoq; est, ut qui fide Christi aliquid pro- 4
mittit, etsi minus affirmet, quàm si iurisiurandi religione se astringat, iuras-
se tamen dicitur, quia protestatio eiusmodi fidei, est iuramentum:[m] etiamsi
non desint, qui scribant, protestationē fidei iuramenti speciem esse.[n] quod
uerum quidem est, quod ad Deum attinet, cuius iudicio perinde habetur
protestatio fidei, atq; promissio iurata:[o] sed tamen qui fidē simpliciter pr- 5
stitit, neq; iurasse dicitur, & mitius, quàm qui iurauit, punitur.[p] Et qui men-
tis suæ conscientiam attestatur sub periculo animæ suæ, ideo iurare dicitur,
quòd implicitè saltem per Deum, in cuius clementia animæ suæ salutē de-
fixam habet, iurat:[q] quamuis hæc iuramenti forma in testium examinatio-
ne, & ubicunq; actus solennitas ad maiorem fidei obseruantiam requiri-
tur, non sufficeret:[r] desideratq; ipsa illa iurandi religio, quæ ad Dei maie-
statem,

a in l.1.ff.de iureiur. b l.nam postea. l.iusiur. quod ex. & tot. tit.ff. de iureiur. c 22.quæst.1.c. omne quod. d Gen.c.31. e Ruth.c.3. f 3.Reg.18. g Hebræ.6. h Hier.5. Zopha.1. i d.22.quæst.1. c.omne.c. nō est contra præcept. c.ut noueritis. et ibi per omnia. k d.l.1.ff.de iureiur. et 22.q.2. c.om.quod Phi-lip.Dec.in repetit.cap.1.extr.de prob. text. in c. mulier. extr. de iureiurād. et l.si quis iusiur. C.de reb. credit.& l. tut.ff de iureiur. l Esa.cap.7. m Abb.in c.ad aur. quod metus caus. textus in c. & peruenit. c. 2. de fideiuss. Alciat.in c.cum cō ting. de iureiur.

n Abb.in d.c.ad aur. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in c.ex tempor. de arbitr. Alexand. & Ias.in l.si quis maior. C. de transact. o gloss. ult. in c.penult. de iureiurand. 22.quæst.5.c.iuramenti. p gloss.in c.constitutum. de transactio. Imol. in d.c. ex tempore. q c.fraternitatis. de frigid. & malefic. Innocent. Hostiens. & Bald. in c.etsi Christus. de iureiurand. Archid. Io. Andr. Gem. in c.2. de sepult. lib. 6. r Innocent. & Bald. in d.c.etsi Christus. Alciat. in rubric. de iureiur. Bald. in §.item sacramenta. de pace tenenda.

6 statem atque reuerentiam cõuertenda erit, in primis bonam fidem:[a] quando
si metu uel dolo adhibita sit, nullam obligationem inducit.[b] ac proinde e-
tiam quotiens iuramentum cõtra bonos mores est, aut peccati siue morta-
lis, siue uenialis turpitudinem inuehit, aut saltem in deteriorem animæ exi-
tum conuerti possit, nec suscipiendum nec dandum nobis erit.[c] Sed nec in
tertij præiudicium, siue læsionem dari debet iuramentum:[d] quando nec di-
spositio aliqua in præiudicium tertij principaliter est intelligenda:[e] & iura-
mentum, adeoque omnis actus, qui peccati turpitudinem infert, non debet
eam uim habere, ut contractum à lege prohibitum cõfirmet: ideoque si mu-
lier prius iurasset, se fundum dotalem non alienaturam, pòst diuersum iu-
rauerit, nullius momenti posterius hoc iuramentũ ad conuellendum prius
erit.[f] Et recepta est regula, iuramentum, quod sine graui salutis æternæ di-
7 spendio præstari non possit, implendum non esse:[g] quando etiam permis-
sum est dato iuramento cõtrauenire, si uel noua causa aliqua superuenitet,
[h]aut actus, qui iuramento confirmaṫ, uoluntarius, nec prætoris iurisdictio-
ni obnoxius est, qui certè actus tenebit, licet qui à iuramẽto desciuerit, per-
iurij crimine implicetur:[i] ueluti si quis iurisiurandi religione se astringat,
quod factum testamẽtum reuocare nolit, liberum nihilominus ipsi erit te-
stamentum reuocare:[k] aut si quid immoderatè præcipitur,[l] aut fides ei qui
iurauit, nõ seruatur:[m] quoniã iuramẽti natura ac potestas perpetua hæc est,
ut qui fidem frangit, ei quoque fides non sit seruanda, adeoque nullũ pactum,
quod quidem contra bonos mores est, uel confirmari uel retineri adhibita
iurisiurandi religione potest, imò iuramentum datum corruit & iure ipso
8 nullum est.[n] Eaque de causa iuramentum testandi libertatem adimens pe-
rinde non ualet,[o] atque pactum de hæreditate uiuentis propter uotum mor-
tis captandæ,[p] aut quo matrimonij libertas tollitur,[q] aut quod turpem &
inhonestam rem complectitur,[r] aut alteri damnum parit,[s] aut iniquitatem
fouere uidetur,[t] aut quod infamiam inurit.[u] Quemadmodum igitur in iu-
ramẽto non legis interpretatio, non ulla mala dissimulatio, sed ueritatis &
conscientiæ forum,[x] etiam eius qui iurat iudicium & discretio, perpetuò
erit spectandum,[y] ne uel ætati lubricæ, uel humanæ fragilitati in quadam
maiore recti iudicij egestate atque inopia insidiæ atque captiones parentur,[z]
ita ut iuramento, cuius uis uel maiestatẽ, uel uiolationem Dei cõplectitur,
quis contrauenire possit, adhibere in cõsilium debet rectam animi cõscien
tiam, ueritatem item, iudicium & iustitiam.[a] Quanquam autem non de-
9 sint ingenio ac iuris scientia præstantes uiri, qui scribant iuramentum pro-
bationem ueram non esse, uel quod datum iuramentum exoneret petito-
rem probandi necessitate, referente Paulo iurecõsulto,[b] habeaturque quod
iuratum est perinde, atque si probatum esset.[c] uel quod quasi probatio dica-
tur, propterea quòd Vlpianus scribat,[d] dato iureiurando, non aliud quæ-
ri, quàm an iuratum sit, remissa quæstione: an debeatur, quasi satis probatũ
sit iureiurando: uel denique, quod actore non probante reus absoluatur, e-
tiamsi nihil præstiterit,[e] intentio aũt actoris non probetur iuramento, &c.[f]

 Proba-

a c. debitor. extr. de iureiur.
b Alciat. in loco prædicto.
c 22. quæst. 4. c. si aliquid. gl. & doct. in c. quãuis. de pact. in 6. Butr. & Imol. in c. si uerò. de iureiurand.
d text. in c. quãuis. de pact. li. 6. c. ueniens de iureiurand.
e c. ueniens. de transact. Bald. in l. si constante. ff. solut. matrimon. Felin. in c. sicut. de sent. excommunic.
f gl. in c. licet mulier. de iura. libro 6. Imol. & Alciat. in d. c. cum conting. et. de iureiurand.
g d. c. quamuis. de pact. lib. 6. & c. cũ conting. de iureiur.
h c. cum inter. extr. de renunc. c. ad nostram. de iureiurand. l. ult. ubi moder. ff. qui satisd. cogunt.
i c. sicut. ext. de sponsalib. c. muliers. extr. de iureiurand. Io. Andreas in regul. quod semel. de regul. iur.
k Ioan. Andr. in d. regul. quod semel. doct. in l. si quis. in princ. testa. ff. de leg. 3.
l c. quintãnalis. extr. de iureiur.
m Ioan. Andreas, & Imol. in gl. c. cum contingat, de iureiur. & c. 3. eod. tit. & c. sicut. e. tit. n c. non est obligator. de regul. iur. lib. 6. o l. stipul. hoc modo. de uerb. obligat. p l. ult. C. de pact. q l. Tit. ff. de uerbor. obligat. c. gem. de sponsalibus. r l generaliter. l. si plegy. ff. de uerbor. obligatio. s c. cum contingat, de iureiurand. & d. cap quamuis. de pact. lib. 6. t c. quanto. c. etsi Christus. de iureiur. u gl. in c. 3. loc. extr. de præsumpt. Alc. in c. cum conting. de iureiur. x Io. Andr. in c. is qui fidem. extr. de sponsal. y c. etsi Christus. de iureiurand. z l pupillus. ff. de acquirend. hæred. l. uideamus. ff. de in litem iurand. c. pueri 22. quæst. 5. a d. c. etsi Christus. extr. de iureiurand. b in l. eum qui iurauit. ff. de iureiur. c l. sed etsi possessori. § si cum de hæred. ff. de iureiurand. d in l. non erit ratum. ff. de iureiurand. gloss. in c. 1. §. si quis. in uerb. absoluenda. tit. si inuestit. uet. dom. & uasall. lis oriatur. Bald. in rubric. C. de probatio. & l. actor. e. tit. Modern. in cap. 1. extr. de probatio. text. in l. si quando. C. unde ui. e l. qui accusare. C. de edendo. l. actor. C. de prob. c. inter dilectos. extr. de fid. instrument. f c. ult. extr. de eo. quod met. caus.

Probabilior tamen eorum uidetur ſententia, qui aſſerunt iuramentum eſſe 10
legitimam probationis ſpeciem, in eo maximè caſu, in quo iuramẽtum in-
uicem ſolidæ probationis recipitur:[a] quoniã & pontifex alicubi monet,[b]
controuerſæ cauſæ fidem, hoc eſt probationem[c] faciendam iudici eſſe ſa-
cramento, & Imperator quoq; iuriſiurandi religionem ad probationũ for-
mas refert:[d] aliter atque ſi liquida,[e] aut uera,[f] aut apertiſsima,[g] aut legitima 11
probatio requiratur,[h] aut ea facienda ſit per modum conditionis.[i] Nam in
his caſibus nõ ſufficit probatio, facta iuriſiurãdi religione. Cum enim pro-
bationis nomine accipienda ſit probatio plena,[k] hoc eſt, eiuſmodi quam
lex ipſa ueram habeat,[l] adeò ut ſi in ſtatutis, aut alia quauis diſpoſitione re
quiratͤ qualiſcũq; probatio, ea tamen accipienda ſit plena & idonea:[m] (niſi
fortè cauſa eiuſmodi ſit, quæ ſemiplena probatione confirmari, & interpre
tationem ſecundum ſubiectam materiam habere queat.[n]) uera autem &
propria probatio ea intelligatur, quæ fit teſtium profeſsione, uel inſtrumẽ-
tis:[o] non poteſt ſimpliciter dici, iuramentum probationem eſſe:[p] ac proin- 12
de etiam recepti iuris eſt, iuramentum in probationis ſupplementum nec
temerè, nec ſemper admitti. Nam ſi duo teſtes ex forma ſtatuti in actu ali-
quo requirantur, non poteſt deferri iuramentum in probationis ſupple-
mentum,[q] nec in quæſtione ſtatus alicuius perſonæ,[r] nec ubi leuis tantum
præſumptio adfertur,[s] nec ubi quis conatur ſententiam dictam impugna-
re, uel retractare,[t] aut cauſa magna & ardua eſt,[u] aut lex uel ſtatutum aper-
tam & liquidam probationem exigit,[x] aut præſcriptio probanda ſit,[y] aut
eiuſmodi grauiores aliquot cauſæ proponantur. Poſtulare hic locus ui- 13
detur maiorem aliquem tractatũ de iuramenti formis, ui, ac poteſtate, quæ
ſanè non leuis eſt. Nam etſi in obligationibus facti, quis non tenetur præ-
ciſè facere, ſed ſoluendo id quod intereſt, liberetur:[z] tamen iuramentum
datum efficit, ut quis obligetur præciſè facere:[a] item clauſula derogatoria,
etiam literę ſalui conductus, non tollunt actum iuratum:[b] item quod com-
penſatio contra iuramentum, quod impleri in forma ſpecifica debet,[c] non
admittitur:[d] item quod actus aliàs retractabiles, propter interpoſitam iu-
riſiurandi religionem, retractari nequeant, ut in iuramento minoris xxv.
annis,[e] fundo dotali,[f] pacto de non ſuccedendo,[g] & illiuſmodi alijs. Item
quod facit actum ualere, omni modo quo poteſt, cum alioquin iuramento
non dato, ualere non potuiſſet:[h] quando Baldus aſſerit,[i] quod ſubſtitutio
iuramento firmato, quæ non ualet iure directo, propter interpoſitã tamen
iuriſ-

a Salyc. in rubric. C. de prob. text. in l. ult. §. licent. C. de iur. de liberãd. text. in c. 2. ext. de prob. Philipp. Decius ampliss. in d. c. 1. de prob. et text. in c. statutum. §. cũ uerò, in uerb. proprio iuramẽ. de reſcript. li. 6. gloſſ. in l. in contrac. §. illa. uerſ. offerri. C. de non num. pecun. Baldus in Auth. ſed nouo hoc iure. C. ſi cert. petat.

b in d. c. ſtatut. §. cũ uerò. de reſcript. lib. 6. & in c. paſtoralis. de except. c. nulli. de electio. li. 6. et c. inſinuat. de procurat.

c Clement. conſtitut. §. in ſuper. de elect. & clement. 1. de probationibus.

d in l. general. C. de nõ numer. pecun.

e l. ſi quando. ibi Salyc. C. unde ui.

f Bald. in l. eum qui. ff. de iureiurand. g gl. in c. 1. in uerb. apertiſſ. ibi quoq; Archidi. Ioan. Andr. & Domin. de exceptio. gl. magn. in l. ult. ff. quod met. cauſ. h gl. in l. cum de indebito, in uerb. legit. ff. de probat. i Bald. in l. bonæ fidei. C. de rebus cred. Bald. in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudic. Bald. in c. quoad conſultationem. extr. de re iudic. k Bald. in c. 1. in principio. titul ſi de inueſtit. int. dom. & uaſall. & l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iudic. & l. ædem. C. locati. Angel. in l. 1. C. quorum bonorum. l Bald. in l. admon. ff. de iureiur. m Bart. in l. etſi inſtrum. per gloſſ. ibi. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. & in l. 1. C. de fide inſtrument. n Bald. in l. peremptor. C. ſentent. reſcind. non poſſe. & idem in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim. text. in l. qui accuſare. ibi quoq; gl. in uerb. probante. C. de edendo. & l. 1. §. debebit. ibi quoq; gl. in uerb. uerè filius. ff. de liber. agnoſcend. o c. form. §. cauſa. de uerb. ſignif. p Pulchrè & ualde copioſe Iaſ. in d. l. ſi quando. C. unde ui. q Baldus in l. 2. ad fin. C. de bonor. poſſeß. ſecundum tab. & l. 2. C. de conſtitut. pecun. r Pulchrè Iaſon in repetit. l. admonend. ff. de iureiur. num. 104. s gl. notab. in l. 3. §. 1. in uerb. leuior. ff. de minoribus. t Iaſon. in d. l. admonendi. u gloſſ. in d. l. admonendi. & l. in bonæ fidei. C. eod. tit. x gl. in l. ult. ff. de eo quod met. cauſ. in uerb. præſumptioni. Bald. in l. ult. C. de ſecund. nupt. & l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine. y Iaſon in loco præalleg. z l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerbor. obligat. l. ſi quis ab alio. ad finem. ff. de re iudicat. a gloſ. ſingul. in l. ſi pecuniam. in uerb. neceſſe habeas. ff. de condict. ob cauſam. & ibi Iaſon. b Iaſon in l. quoties. ff. de precibus Imperator. offerend. gl. ſingular. in cap. cum non deceat. de electio. libro 6. & cap. conſtitutus. de reſcriptis. c c. ad noſtram. elect. 1. de iureiurando. d Bartol. in l. amplius non petitum. ibi quoque Angel. Paulus de Caſtr. & Raphael. ff. rem ratam haberi. e Authentic. ſacramenta puber. C. ſi aduerſ. uenditionem. f c. cum contingat. extr. de iureiurando. cap. licet mulieres. eod. tit. lib. 6. g c. quanta. de pactis. libro 6. h l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. Bartol. in l. ſi quis minorem. col. ult. C. de tranſactio. i in l. uerb. ciuil. ff. de uulgar. & pupil. ſubſtitut. & in l. ſi iure. C. de teſtament. manu.

iurisiurandi religionem ualeat iure obliquo, ubi aliàs annullaretur. Item quod moræ purgatio interposito iuramento impeditur,[a] adeoq; datũ siue appositum iuramentũ in testamento haberet uim clausulæ derogatoriæ.[b] Et quod fideiussor tenetur in causam duriorem, quàm principalis, si iurauerit, cum aliter non teneretur,[c] complectaturq; uim expresi præstiti iuramenti:[d] item quod iuramentum prius datum contra ius commune, hanc uim retineat, ut actus factus contra consensum dispositionis iuris communis ualeat:[e] sic etiam alienatio fundi cum iuramento, per mulierem facta, propter ipsam legis prohibitionem non tenet: sed quia accesit, ualebit iuramentum,[f] & si qua alia eiusmodi sunt, &c. cum tamen in hanc rem Commentarij per Speculatorẽ, Iasonem in repetitione l. admonendi. ff. de iure iurando, Ioannem de Selua. Marcum Antonium Baueria. Ludouicum de Petruria, & magnum illud iurisprudentiæ ornamentum Andream Alciatum in cap. cum contingat, extrà de iureiurando. & plerosq; alios scripti, pasim in omnium manibus uersentur, non est uisum hic immorari, cõtenti usum tantum aliquem pro suscepto studio nostro indicasse.

a Bart. & alij in l. si quis maior. C. de transactio.
b Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. Iason pulchrè, in l. si conuen. ff. de iurisdict. om. iud.
c l. 1. ff. de fideiussor. Bart. in l. si quis pro eo. de fideiussor.
d Bal. in l. 1. & ibi Salyc. C. commod. Ias. in loco præallegato.
e c. dilecto. de præbend. c. ficut. de sponsalib.
f text. & ibi. doct. in c. cũ contingat. de iureiur.

DE TESTIBVS. CAP. XIX.

1 *Nullam probationem firmiorem esse ea, quæ hominum conscientia sit confirmata.*
2 *Testimonia uerò, propter uaria personarum discrimina, etiam inter se discrepare.*
3 *Quasdam enim à testimonio dicendo excusari, quasdam in totum arceri.*
4 *Vt parentes in causa liberorum, & econtrà: nisi in certis casibus, qui hic enumerantur, in num. 5. 6. 7. 8. & 9.*
10 *Fratrum testimonium, pro se mutuò factum, quando ualeat, & non ualeat.*
11 *Rogationis autem prærogatiua, fratris testimonium plerunq; recipi, secundum Bald.*
12 *Consanguineorum atq; affinium testimonia ualere in ciuilibus, secus in criminalibus.*
13 *Testimonium uerò uiri pro uxore, & contrà, nunquam admitti: nisi aliter rei gestæ fides haberi non posit.*
14 *Neq; sponsæ, in futuri mariti causa testimonium consistere.*
15 *Neq; liberti in patroni, & contrà.*
16 *Testimoniũ dominicæ quoq;, & patriæ potestatis, nõ aũt iurisdictionis ratione, impediri.*
17 *Quando eius testimonium, qui membrum collegij sit, in causa uniuersitatis recipiatur, aut non recipiatur.*
18 *Vehementiorem obligationem nullam esse ea, qua uasallus domino obligetur.*
19 *Neminem idoneum testem in re sua esse.*
20 *Domesticorum testimonium quando, & in quibus rebus ualeat.*
21 *Domesticorum appellatione qui ueniant.*
22 *De legatariorũ testimonio, uariæ doct. opiniones. Bart. tamen sententiam ueriorem esse.*
23 *Pupillum in testimonium non adhiberi, nisi in crimine læsæ maiestatis. In cæteris uerò criminalibus, nullum minorem 25. ann. testem esse posse.*
24 *Similitudinẽ causæ, quam quis cũ alio habeat, à testimonio ferẽdo in simili causa arcere.*
25 *Magistratus testimonium quando, & in quibus ualeat.*
26 *Iudicem ante litis contest. non põst, causa ita postulante, testimonium perhibere posse, remoto tamen iudicandi officio.*
27 *Quod in eadem causa & iudicis & testis functio retinenda temerè non sit.*
28 *Distinctio Lanfranci, de iudice in testimonium producendo.*
29 *Quibus casibus fiat, ut & aduocatus, & procurator in ea causa, quam defendunt, testes esse posint: cum regulariter id prohibeatur.*
30 *Grauiores inimicitias atq; odium, quod quis in aliquem gerat, efficere testimonium suspectum, quamobrem reijci.*
31 *Infamia notatos à testimonio ferendo repelli. Infamiam autem multiplicem esse.*
32 *Euenire tamen aliquando, ut etiam infamium testimonio uti nos oporteat.*

33 Bami-

33 *Bannitos hodie æquiparari deportatis, ac relegatis.*
34 *Eum qui semel malus fuerit, præsumi semper malum esse.*
35 *Absq; ulla resipiscentia in peccato mortali uersantes, eos sui criminis ratione testes esse non posse.*
36 *Quot & quibus partibus constet testium productio.*
37 *Ad testium examinationem, iudici quæstiones interrogatorias dari solere, quarum ipse sibi moderationem sumere debeat.*
38 *Testium professiones quales esse debeant.*
39 *Falsi quiddam à teste prolatum, eius totum testimonium uitiare: leuem tamen circa circumstantias errorem, illud non impugnare.*
40 *Testimonium auditus quam uim habeat.*
41 *Maiorem fidem adhiberi testibus affirmantibus, quàm negantibus.*
42 *Inter testes, qui præferri cæteris debeant, testimonio pari existente.*
43 *Fauorabilem autem causam tuentes testes, alijs præferri.*
44 *Sic odio causæ contingere, ut aliquando pauci præferantur pluribus.*
45 *Pluralem locutionem etiam ad duos referri.*
46 *Testes infra quadragenarium numerum coartandos esse.*
47 *Vnumquemq; suo iuri renunciare posse.*
48 *Testium publicatione legitima semel facta, amplius testes adhiberi non posse, nisi certis casibus.*
49 *Iuris ciuilis professorum, & canonistarum, de testibus in causa appellationis adhibendis, dissensio.*
50 *Renunciationem testium in certis capitulis factam, non præiudicare uolenti producere testes in alijs.*



Vrisiurandi religio, sicut temerè suscipi non debet: ita & testimoniorum usus maximus est, in ciuilibus & criminalib. causis, ad conuincendam hominum incredulitatem.[a] Huius aût 1
cum multiplex & uaria sit tractatio, neq; ulla ferè probatio fir mior, quàm ea quæ hominum sit conscientia confirmata, habeatur: personæ autem discrimen faciant, quarum fides ab ipsarum conditione, spe, uoluntate, natione, fortuna, studijs, & eiusmodi alijs circumstantijs uel approbari, uel eleuari soleat:[b] hunc ordinem seruabimus, ut primo loco declaremus, quib. testibus, & quatenus testimonij dictio permittatur. Secundò, quæ habenda sit siue ratio, siue solennitas in testium fide examinanda. Tertiò, quomodo testes rogandi sint. Quartò, quibus argumentis testium professiones uel conuelli, uel comprobari queant. Postremò, quatenus testium productiones sint prohibédæ. Qua tamen in re, eam quam passim tenere conati sumus, moderationem retinebimus, non ut longos commentarios, quod alterius esse laboris poterit, in hanc rationem scribamus, sed ut tractationis saltem facilitatem aliquam ac modum annotemus.

a 22. quæst. 1. c. non est contra præcept. cum sequentib.

b l. in testibus. l. testium. ff. de testib. l. cum hi. §. in persona. ff. de transact.

PERSONAE TESTIVM.

Calistratus non insciè monet,[c] testium fidem, conditionem, uitam ante 2
actam, fortunam, existimationem atq; dignitatem, diligenter exquiren-
dam: nec eandem omnium testationis fidem esse, propterea quòd alij iudi- 3
cis autoritate, alij legibus in reum testimonium dicere prohibentur,[d] non-
nulli etiam à dicendo testimonio excusantur.[e] & ipsa personarum digni-
tas atq; ueneratio, lubrica item consilij ratio, uitæq; turpitudo & infamia à
testimonij dictione quosdam arcet:[f] ac proinde receptum est, omnes eos
testes esse posse, quib. testimonium nô interdicitur, nec ulla lege à testimo-
nij dictione excusantur.[g] Solet autem testimonium prohiberi, uel consan-
guinitatis,

c in d. l. testib. ff. de testib.

d l. 3. § 1. & l. idonei. l. test. idoneus. l. nullus. l. ex eo. ff. de testibus.

e l. 2. ad finem. ff. de testib.

f l. testium. l. lege Iulia. l. in legibus. ff de testib.

g d. l. ad finem. ff. de testib.

guinitatis, uel familiaritatis, uel utilitatis priuatæ, uel admissi criminis ratio
ne, uel quod alioquin testis ipse nullam legitimã testimonij dictionem ha-
bere queat. De ijs igitur generatim quædam subijciemus: quando & per-
sonarum potior priorq; haberi ratio debet, & prudentiæ est in omni causa,
cuius fides testium confirmatione facienda est, uidere, quí ue testes adhi-
beri queant. nam hæc cura neglecta, magna sæpe detrimenta infert.[a]

PARENTES.

4 Parentes in linea ascendente in infinitũ usq; sine ullo sexus discrimine,[b]
nullam testimonij dictionem in causa liberorum suorum habent, nec libe-
ri econtrà, qualescũq; etiam illi sint, siue legitimi, siue naturales, siue eman
cipati, siue spurij, & incestuosi:[c] idq; propter affectionem, debitam item
parentibus reuerentiam, & naturæ inductionem: cuius ea uis & potestas
est, ut hæc naturæ cognatio infringi, aut iudicis autoritate induci non de-
beat, quo minus ea cum omni obseruatione atq; reuerentia retineatur: aut
liberi impelli debeant testimoniũ contra parentes dicere,[d] nisi causæ qua-
litas permittat parentibus testimonij dictionem in liberorum causa dice-
5 re. Cuiusmodi est prima, si quæstio proponatᷣ, quo animo et cõsilio, filius
se in cœnobium siue monasterium dederit, hoc est, an religionem cum uitę
innocẽtia professus perpetuò sit, siue uerò disciplinæ causa hoc sit factũ.[e]
6 Secunda, si de liberorum ætate quæratur, in qua quidem quæstione defi-
nienda, parentum testimonium non plenam fidem, sed præsumptionem
7 cognoscenti facit.[f] Tertia, quotiens in matrimonio uel contrahendo, uel
soluendo, quæstio consanguinitatis uertitur, recipitur parentũ, in quorum
cognitione hæc ferè res posita est, testimonium:[g] cum hac tamen modera-
tione, si nulla eos maior priuatæ utilitatis, uel affectionis suspicio premat.
Quando nec pater, nec mater pro filiæ matrimonio admittetur, si uir, qui
& diuitijs, & generis nobilitate, existimatione item & honoribus sponsæ
antecellat, neget se uxorem sibi despondisse.[h] Aliter atq;, si utriusq; par sit
& fortuna & dignitas: quoniam ea res suspicionem adimit, & auget paren
8 tum professionem.[i] Quarta, si miles de castrensi pecunia testamentum
fecisse dicatur, in quam rationem parentum testimonium admittitur.[k] quo
niam eiusmodi militis testamentũ propter singulare priuilegium nullam
9 requirit solennitatem. Filius autem patri in nulla causa, ex qua quidem
cõmoditas aliqua ad ipsum uel ipsius patrem deuolui possit, testis esse po-
test: cum tamen idem in alijs causis, in quibus nulla priuata uel utilitas, uel
incõmoditas spectatur, testari filius pro parente queat: ueluti si pater pro
curatorio nomine agens, filij testimonio utatur: quod tamen patri pro fi-
lio non item permittitur.[l] Vtriusq; tamen & parentis & filij testimonium
mutuum admittitur, aduersariæ partis consensu & uoluntate.[m]

PATER, SIVE FILIVS SPIRITVALIS.

Pater spiritualis & item filius spiritualis testimonij dictionem pro se ha-
bent, nisi filius in domestica ratione quotidie uersetur, alaturq; benignita-
te patris spiritualis.[n]

FRATRES, SORORES.

Etsi fratres pro se testimonium mutuò dicere possunt,[o] si tamen paren-
tibus ipsorum uel uiuis, uel mortuis de familia herciscunda uel communi
diuidundo, inter eos non conuenerit, infirmum ipsorum erit testimonium
& suspicioni obnoxium.[p] Et sicut in leui quadam causa ciuili eorum testi-

[a] l. in test. l. testiũ. §. 1. ibi, cum qui iudic. mag. scir. pos. cũ §. §. sequẽt. ff. de test.
[b] d. l. parent. ibi quoq; glos. C. de testib. l. quiq. §. præt. ff. de in ius uocando. Specul. tit. de testib. §. 1. l. parent. ff. de uerb. signific.
[c] gl. in d. l. parent. & Specul. in d. § 1. & ibi Io. Andr. in addit. Bald. & Angel. de sent. Cyn. in d. l. parent. ff. de in ius uocand. l. test. idoneis.
[d] Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de testib. § 1.
[e] 2. quæst. 3. c. sicut Spec. in loco præalleg. & Lanfr. eod. t. de testium deposit.
[f] gl. in l. etiam. ibi quoq; doct. ff. de probat.
[g] c. uidetur. quæ matri. accusat. poss. & 35. q. 6. cap. 1.
[h] c. super. eod. la. 2. de testib.
[i] gloss. in d. c. uidetur. & in c. super eo. la. 2. de testib. Specul. et Lanfranc. in loco allegat.
[k] l. qui testam. §. per contrariũ. ff. de testam. Specul. in d. § 1.
[l] Bart. & Baldus in d. §. per contrarium.
[m] Guilielm. de Suz. in d. l. parentes. Ioan. Andr. in addit. Specul. circ. prim. facit l. ult. C. de tempor. appell. Alber. de Rosat. in suo tract. de testib.
[n] text. in l. pater & filius. ff. de testib. doct. in d. l. parent. Alber. de Rosat. & Lanfr. in loco allegat. Cyn. in l. parẽt. ff. de in ius uocando.
[o] gl. in d. l. parent. gl. in c. cum canon. & c. insinuante. de offic. deleg. Spec. Lanfr. Alber. in loc. alleg.
[p] l. 2. C. de test. Anton. de Butr. in c. cum oport. de accus. gloss. & Bald. in l. parent. Azo in summa, de testib.

monium recipitur,[a] ita idem hoc in caussa criminali, quæ quidem hæresin non contingat, planè repellitur.[b] In quam rationem has distinctiones tradit[c] Baldus, quarum prima est, frater rogatus & instrumento inscriptus, quia appprobatus uidetur, testimonij dictionem habet,[d] quæ ipsa rogatio hanc uim præbet, siue ea à cōtrahentibus, siue testatore, siue iudice sit facta: quod ipsum memoria tenendum erit, ut qui alioquin inhabilis testis uidebatur, huius rogationis prærogatiua recipiatur.[e] Secunda est, frater contra suum fratrem ab aduersario in testem adductus, testimoniū litis dicere potest.[f] Tertia, si frater contra fratrem, in ea caussa in testem producatur, qua fides domestica non repellitur.[g] Quarta, ubi caussa ciuilis non magna proponitur, eaq; uitæ dignitatis q; existimatione frater habeatur, ut non sit uerisimile, illum uel mentiri, uel calumniari uelle.[h] Fratris deniq; testimonium ad indicendam fratris sui purgationem admittitur, ut idem Bald. & alicubi Butri. plura in hāc rem scribit, in c. cum oporteat, extr. de accusatio. 11

CONSANGVINEI ET AFFINES.

12 Cum patruus pro suo nepote, consobrinus pro consobrino in testimonium adhiberi posśit, receptum quoq; est, ut consanguinei, in caussa ciuili litis testimonium habeant: sic tamen, ut exceptione omni sint maiores, uel ut litigatorū cōsensus adhibeatur.[i] Nam ut Calixtus Pōtifex 2. quæstio. 5. c. cōsanguinei. ait, Accusatores cōsanguinei aduersus extraneos testimoniū non dicant, nec familiares, uel de domo prodeuntes: sed si uoluerint, & inuicem consenserint, inter se parentes testificentur, & non in alios. In caussa criminali, item iniuriarum, affinis pro affine in testimonium adhiberi non potest:[k] quoniam iniuria affini facta, pudorem quoq; affinis pertingit.[l]

CONIVNCTVS PRO CONIVNCTO.

Nulla quoq; testimonij fides est coniuncti pro coniuncto, aut saltem suspicione non caret.[m]

VIR ET VXOR.

13 Propter naturalem coniunctionem, animorumq; consensionem, etiā indissolubilem uitæ societatem, quam & ipsa reuerentia in officio retinet, in testimonium non adhibetur uir in caussa uxoris, nec uxor in uiri caussa: nisi in ijs fortè negocijs, in quibus fides domestica suspecta non est:[n] quoniam ut testimonium dicant, ne cogi quidem debēt, nisi alia ratione fides rerum gestarum haberi non poterit.[o]

SPONSA.

14 Eadem ratione & spōsa in caussa futuri mariti à testimonij fide remouet:[p] excepto tamē eo casu, qui in l. 2. C. lib. 10. quādo & quib. quart. part. debet.

SOCER, GENER, VITRICVS, PRIVIgnus, sobrinus, sobrina, &c.

Lege Iulia, & Papia iudiciorum publicorum, inquit Paul.[q] cauetur, ne alicui inuito denuncietur, ut testimonium litis dicat aduersus socerum, generum, uitricum, priuignum, sobrinum, sobrinam, sobrino sobrina'ue natum, eosq; qui propiore gradu sint: item nec liberto ipsius liberorū'ue eius parentum, uiri uxoris'ue, item patroni & patronæ aduersus libertos, neq; liberti aduersus patronos cogantur testimonium dicere. Generi autem appellatione, & sponsus filię continetur: quemadmodum et soceri appellatione, sponsæ pater comprehenditur.[r]

PATRONVS, LIBERTVS.

15 Liberti testimonium contra patronum nec exigendū erit, nec exactum quip-

a Alber et Lanfr. in loc. alleg.
b 4. quæ. 3. uersic. itē lege. c. literas. de præsumptio. Butrio. in d. l. parentes.
c in d. l. parent.
d Bald. in d. l. parentes.
e Pulchrè Alb. de Rosat. in tractatu de testibus.
f l. si quis testib. C. de test. Bald. singular. in c. literas. de prascr.
g in l. cōsensu. C. de repudi. c. ueniēs. de testib.
h Baldus in loco prædicto.
i gloss. in c. accedens, ut lite nō contestata. DD. in l. parentes. c. de testib. Barth. in l. parentes. C. de testib. Barth. in l. qui testamento. §. per contrarium. ff. de testamēt. Specula. Alber. Lāfranc. de test. gl. in l. lege Iulia. ff de test.
k 3. quæst. 1. & 3. quæstio. 9. c. præsens. Barth. in d. l. qui testamēt. §. per cōtrariū. ff. de testam. & idē in l. lex Cor. ff. de iniur.
l l. 1. l. 2. ff. de liberali caus.
m Barthol. in l. aut affines. ff. de procuratoribus.
n Abbas in c. in literis. de testib. gl. in d. l. parēt.
o Bald. et DD. in d l. parētes. et l. etiam C. de testib. Barth. in l. lex. ff. de fals.
p Petr. de Sam. Bald. & DD. in d. l. etiam.
q in l. lege Iulia ff. de testibus. l. inuiti. eod. tit.
r l. in legibus. ff. de testibus.

quippiam momenti propter ciuilem naturalemq; reuerentiam habere potest, etiamsi in hoc patroni adhibitus sit consensus,[a] nisi eiusmodi testimonium ad caussam piam referatur.[b] ac proinde Bald. existimat,[c] prolatã sententiam ad liberti testimonium contra dominum factum iure ipso non ualere, quasi dicta sit prætextu earum probationum, quæ iurè reprobentur:[d] maximè si contra liberti professionem sit exceptum.

SVBDITI IN DOMINVM, ET ECONTRA.

16 Idonei testes non uidentur, quibus, ut testimonium perhibeant, edici potest:[e] idq; dominicæ uel patriæ potestatis, non autem iurisdictionis ratione. nam hæc testimonium non impedit, nec uetat quo minus dominus pro subdito, & subditus pro domino testimonium dicere posit.[f] alioquin inueniri nemo posit, qui in Cæsarem testaretur. si tamen ea sit domini, cuius iurisdictioni testis parêre cogitur, præpotẽs uis, & libidinosus quidam furor, cum summa tyrannide coniunctus: ut metus iustus sit atq; religio, illum quacunq; etiam ratione offendere, minorem certè testis dictio fidem propter ipsius metus suspicionem habebit.[g]

MEMBRVM COLLEGII CONTRA VNIuersitatem.

17 In quæstione ea, quæ singulorũ uniuersitatis commodum, ueluti communi sylua, prato, molendinis, pascuis, &c. complectitur, non est idoneus testis, qui uniuersitatis membrum est.[h] Si tamen uniuersitatis caussa, sine priuato singulorum commodo agatur, ualebit eius testimonium.[i] Maximè si eiusmodi quoq; caussa proponatur, cuius definitio nisi eorũ fide, qui uniuersitatis sunt, cõstitui nõ potest,[k] aut quæ in ꝓbatione erroris uertitur.[l]

VASALLI CONTRA DOMINVM, ET item Emphiteota.

Cum fidelitatis iusiurandum præstitum, obligationem, & quandam tanquam seruitutem inducat,[m] serui autẽ testimonij dictionem non habeant
18 pro domino,[n] neque uehementior obligatio esse possit cuiusquam alterius quàm uasalli erga dominũ, propterea quòd eius defensionem atq; propugnationem, in magnis rerum temporumq; aduersitatibus suscipere contra patrem ac fratrem cogitur:[o] non potest uasallus contra dominum testimonium in causa feudi dicere.[p] Emphiteota tamen in quauis alia causa, quàm emphiteotica, adhiberi in testem contra dominum potest.[q]

TESTIMONIVM CREDITORIS IN causa debitoris.

Creditor & uenditor si euictionis nomine obligetur, in causa, cuius controuersia emptori mouetur, testis idoneus esse non potest:[r] sed nec in diuisionis causa, quæ emptionis uicem ac similitudinem habet, testimonium dicere poterit.[s]

SOCII BONORVM VEL CRIMINIS.

Socij omnium bonorum, uel eius rei quæ petitur, testimonium, pro lucri conmunione, non recipitur.[t] Sed nec criminis socius, testimonij fidem facere potest.[u]

CAVSAE PROPRIAE.

19 Pomponius sanè scribit, nullum idoneum testem in re sua intelligi,[x] ni-

a l. libert. C. de test. & ibi gl. et doct. in uerb. ad uers. Spec. in d. l. uers. nũc quod si libertus.
b Bald. in l. 1. C. de sacrosa. eccl.
c in d. l. libert.
d gl. & Io. Andr. in c. quon. cõtr. de prob. Bartol. & Angel. in l. quamuis. ff. de in ius uocand.
e l. ido. ff. de testib. l. 4. C. e. t.
f Cyn. Bartol. Flor. An. in d. l. idonei. ff. de test. Alb. de Rosat. in tract. de test. c. caus. quæ. de offic. deleg.
g Bald. in l. 4. C. de test. Alber. de Rosat. in suo tract. de test. uersic. consequẽt. est uidendũ, quid de subditis alicuius domini.
h Cõmun doct. sent. refert. Lanfr. in c. quorum cõtr. de prob. c. test. deposit.
i doct. in l. nullus. ff. de test. & l. om. C. e. t. et l. sed si hoc. §. qui manumit. ff. de in ius uocand.
k Lanfr. in loco prædict. unde Innoc. in c. insuper de test. c. ueniens, et l. 2. ibi quoq; gl. de test.
l Bart. in l. si librar. de reg. iur.
m arg. c. indig. de reg. iur.
n l. serui respõ. ff. de test. c. accedens. ut lite non contest. l. si municipes. ff. quod cuiusq; uniuersi no.
o c. domino guerram. ad fin. tit. hic finitur lex contradi. in usu feudorum.
p Bald. & Petr. de Sun. in libert. C. de testib. Specul. eod. tit. §. 1. uersic. sed numquid uasallus.
q Bald. in d. l. libert. C. de test. Alber. de Rosat. in loc. præallegato.
r Communis opinio doct. & gloss. in l. nullus. ff. de testib. Spec. in tit. de testib. §. 1. uersic. quid si in uenditore. Innocent. in c. super. de testib.
s l. 1. C. omnia utriusq; iudic. Bald. in l. omnib. C. de testibus.
t gloss. in uerb. particeps. in l. quoniam liberi. C. de testib.
u in d. gl. in uerb. particeps.
x in l. null. ff. de testib. l. omnib. eodem titul.

si partis aduersariæ consensus adhibeatur, ut Bald. existimat in l. ult. de fideicōmissionib. Si tamen secundariò utilitas quædam ad ipsum peruenire poterit, non reijcietur eius testimonium.[a]

DOMESTICI.

Domestici in earum rerū negocio, quę domi explicanē, nec quarū cognitio & ueritas aliunde cōmodius haberi poterit, testes admittunē.[b] Nam si 20
uel maritus, uel uxor adulterij rea fiat, probatio eius criminis, q̄d domi & clàm plerunq; semper cōmitti solet, non aliunde q̄ ex domestica familia, quæ certissima testis earū rerum quæ domi aguntur, est, eius criminis fides peti poterit:[c] & quæ in collegijs uel uniuersitatib. tractantur, semotis reliquis arbitris, eorum rationē habere solent domestici.[d] Quæ contrà foris sunt acta, eorum probatio rectius ab alijs sumetur testibus: quando etiam in domesticis rebus nō magni fit testimoniū testis domestici, qui suspicione aliqua mala, uel præsumptione premitur.[e] Nulla tamen dubitatio est, quin is testis domesticus, qui utriq; litigatori æquali uel consuetudine domestica, uel affinitate cōiunctus est, testimonium sine ulla suspicione dicere possit.[f] Dicuntur autem domestici, seruus, colonus, adscriptitius, famí 21
liaris, libertus, mercenarius, uxor, coniunx,[g] & coniuncta familia.[h]

FAMVLI, SIVE SERVI.

In testimonio famulorum, siue seruorum, spectanda erit eorum cōditio, nempe an magno alicui uiro, an uerò mediocribus hominibus seruiant: item quo tempore famulus, & qua etiam mercede conductus esse ceperit, ut sic constituatur, pro persona & existimatione testis, etiam rerum quæ aguntur qualitate, quatenus eiusmodi testi haberi fides debeat.[i]

COLONVS.

Communis est opinio, colonum pro domino suo in testem recipi non posse, ut tradunt Albericus in l. etiam. C. de testib. gl. in §. in testam. institutio. de testam. Lanfr. in c. quoniam cont. de probat. c. testium confessiones.

CLIENS, MERCENARIVS, LIBERTVS, ADscriptitius, & eiusmodi alij.

Quoniam hi omnes domestici habentur, recepta est eorum sententia, qui illis testimonij fidem adimunt:[k] etiamsi Speculator alicubi scribat,[l] eiusmodi nonnunquam testes de consuetudine adhiberi in testimonium posse, minorem tamen testimonij fidem illis tribui.

LEGATARIVS.

Legatarius quatenus in causa testamenti testis esse possit, multæ sunt o- 22
piniones.[m] Verior tamen Bartoli est sententia,[n] si testamento inscripti sint legatarij, quia testamentum solum in iure edunt, ipsos facere fidem: uel q̄d ea ipsa inscriptione fides eorum sit approbata. Sed extra testamētum & in quacūq; dispositione alia, ex qua nullum priuatum commodum ad ipsum legatarium defertur, testimonij dictionem habere potest. Scribit in hanc rem certas quasdam cōclusiones Alberic. de Rosat. in suo tractatu de testibus: quas adolescentia, si quando hoc causa postulat, intueri poterit.

DONATOR, CEDENS, PROSONETA.

Quia hi omnes in eam rem quam semel dederunt, cesserunt ac contraxerunt, ita affecti sunt, ut quod actum est, ualere ac constare posse perpetuò desiderent: cōmunis est legum interpretum, & uerior etiam in quadam opinionum uarietate eorū sententia, qui nullam his testimonij fidem attribuunt, etiamsi non uulgaris nominis uiri nonnihil dissentiant.[o]

FIDE-

a l. dictant. C. de testamēt. et l. qui in potest. l. in omnib. C. e. t.
b Spec. in d. §. 1. uers. itē quod est domest. l. consensu. C. de repudijs. c. ueniens. extr. de test. Bart. in l. si quādo. C. unde ui.
c in d. l. cōsensu. C. de repud.
d c. ueniens. de testibus.
e c. in lit. de offic. deleg. ind. 13. quæst. 2. c. 1. ubi in eam rem exēplum refertur.
f l. non solum. §. 1. ff. de ritu nupt. Alberic. in suo tract. de test.
g gl. 1. in c. 1. 3. quæst. 5. et c. insinuan. extr. de off. iud. deleg. l. ult. §. sanè enim. C. de ijs qui ad eccl. confug. ibi gl. l. respic. §. furta domest. ff. de pœn. l quicūq. de re milit. li. 12.
h l. 1. §. si uir. ff. ad senatusc. Syl.
i l. etiam. C. de test. Innoc. in c. in liter. extr. de off. iud. delegat. Bald. in d. l. etiā. de testib. & in l. 1. ff. de quæstio. Angel. in l. seru. C quomodo & quando iudex.
k l. ult. §. sanè. C. de ijs qui ad eccl. cōfug. l. respic. §. facta. ff. de pœn. Alber. in d. l. etiā. C de test. ubi dic. eiusmodi test. de consuet. admit. non debe. gl. in §. in testā. de test. quē Bogar. et Gualfredus sequūtur.
l in d. §. de test.
m Lanfr. in d. c. quon. contr. de prob. c. test. deposit. gl. in l. qui testam. ff. de testam. §. legatar. instit. de testam.
n in d. l. qui testam. et l. dictant. C. de testam.
o Cyn. in d. l. om de testib. Guilelm. et Bald in l. bar. §. nos aūt. de pact. Lanfr. in repet. c. quomā contra. de probat. c. testium deposit. Alber. de Rosat. in suo tract. de testib.

FIDEIVSSOR.

Vera est sententia, cum fideiussoris intersit, ne litibus ac sumptibus diuexetur,[a] non posse illum quantumuis soluendo sit, testimonium dicere, in causa ea, cuius fideiussor est: reiecta hic Speculatoris sententia contraria.[b]

TVTOR.

Tutor in causa ab alio instituta, testimonium pro pupillo dicere potest, aliter atq; si actor à iudice uel ab ecclesia constitutus ac datus sit pupillo: quoniam eo casu testimonium tutoris in causam propriam datum uidetur, propterea quòd actor constituatur periculo tutoris.[c]

PVPILLVS.

23 Pupillus in testimonium non adhibetur, excepto læsæ maiestatis crimine, in quo explicando quæstio de minore quatuordecim annis haberi poterit:[d] alioquin minor uigintiquinq; annis in causa criminali testis esse nõ poterit.[e] Estq; recepta sententia, quæ minor in pupillari ætate uiderit, posse ea illum, ubi maior factus est, testari. Sic tamen, ut eo tempore, quo illa gesta dicuntur, fuerit pubertati proximus:[f] quando si infans fuerit, nullo recto animi iudicio uti potuerit.[g]

CONFESSIO EIVS QVI SIMILEM causam habet.

Quotiens testis ad eiusmodi causæ testimonium probationemq; adhibe-
24 tur, cuius definitio sibi uel præiudicio, uel commodo, uel exemplo cauendi esse poterit, in simili causa quam ipse cum alio in iudicio proponit, nulla eius attestatio erit: pertinebitq; ad iudicis arbitrium atq; cognitionem, diligenter animaduertere, quatenus eiusmodi confessio sit recipienda.[h] estq; hæc quoq; in multiplici doctorum opinione, sententia uerior.[i]

QVI TESTES INVITI, VT TESTIMONIVM dicant, cogi non possunt.

Inuiti, inquit Scæuola,[k] testimonium dicere non coguntur, senes, ualetudinarij, milites, uel illi qui cum magistratu reipublicæ causæ absunt, uel quibus uenire non licet. Senes autem accipiendi erunt, maiores lxx. annis, quos lex publicorum munerum functione eximit.[l] Sed nec publicani cogi debent. nam ut Vlpian. ait,[m] inuiti testimonium in iudicio nõ dicunt publicani. Item is qui non detrectandi testimonij causa aberit. Item is qui exercitui præbendam conduxerit. Sed nec pupillis testimonium denunciari potest. Sunt autem publicani omnes, qui quid à fisco conducunt.[n]

MAGISTRATVS.

25 Magistratum in testimonium earum rerum, ex quibus nulla priuata utilitas ad ipsum peruenit, aut affectio mouetur, & quarum cognitionem alij sibi sumunt, testimonium dicere posse, dubitatio nulla est. Quando dignitas ipsa non remouet, sed multo magis auget, magistratus fidem.[o]

IVDEX, ARBITER, ARBItrator.

Quanquam in Carthaginensi concilio quinto cautum est,[p] ne in iudi-
26 cium ad dicendum testimonium uocari is debeat, qui uel præses, uel cognitor controuersæ causæ fuerit: Recepta tamen est primò hæc sententia, ut quotiens necessitas requirat, iudicis testimonium, ante litis uidelicet

 conte-

a Alber. et Lanfranc. loc. alleg.
b Ioã. Andr. in uers. de fideiuss. et in c. insuper. de testib. l. minorib. ff. de minor.
c gloss. & Bartol. in l. qui testam. ff. de testibus. Lanfran. et Alberic. in loco prædict: text. in l. ult. ff. de testib.
d in l. minore. ff. de quæst.
e l. in testimon. ff. de testib.
f gl. in l. 3. §. lege Iulian. super uerbo, impuberes. et uerbo cõtigerit, in fin. in l. ad testium. ff. de testament. et gl. super uerb. neq; impubes. in §. test. autem. instit. de testam.
g Argum. l. 1. §. 1. ff. commod.
h Ioan. Andr. in c. personas. de testib. 4. q. 3. c. liberi testes. c. caus. de testibus. l. quoniã. C. e. t.
i Lanfranc. in loco suprà not.
k in l. inuiti. ff. de testibus.
l l. 3. ff. de iure immun. l. min. C. qu. ætate se excus.
m in l. inuiti. la. 2. ff. de testib.
n l. 1. §. hic tit. ff. de publica. uectigali.
o l. 2. ff. de test. Alberic. de Rosat. in tract. suo. eod. tit.
p 2. quæst. 6. c. statuendum.

conteſtationem, nec aliunde rerum geſtarum fides ac ueritas erui poſsit, ut eo caſu iudex non temerè, ſed cum quadam cauſæ cognitione à iudicandi officio remoueatur, teſtimonium'que ſuum dicat, cum tamen idem poſt factam litis conteſtationem non liceat.[a] Secundò diſtinguendum erit de ſententia Cyni.[b] Aut enim iudex in teſtimonium eius cauſæ adhibetur, cuius cognitionem ipſe ſibi pro tribunali ſumpſit, aut quæ coram alijs propoſita eſt. In priore caſu, nullam prorſus teſtimonij dictionem habeat, quia in eadem cauſa iudicis, & aduocati, ſiue teſtis functionem retinere,[c] 27
aut priuatam ſuam conſcientiam in iudicium adferre temerè non debet,[d] neque etiam poterit iuramentum ſibi ipſe deferre.[e] In poſteriore caſu teſtimonium dicere poteſt, cum hac moderatione, ut ſi ab ipſius iudicis ſententia interpoſita ſit appellatio, neque tamen de cauſæ iuſtitia, uel iniuſtitia, ſed proceſſus tantum nullitate agatur.[f] Et quoniam hæc res uariè tractatur, non ſum grauatus Lanfranci Oriani ſententiam hic adſcribere.[g] Aut 28
iudex, inquit, producitur in teſtem in cauſa appellationis ipſius à ſententia iudicis: tunc aut producitur in teſtem, quoad inſtantiam, & quoad merita cauſæ, ut cognoſcatur de iuſtitia cauſæ, & tunc non poteſt: quia tractatur de honore & uerecundia eius. Aut producitur in teſtem ſuper proceſſu, quia negatur aliquis actus factus, & tunc poteſt. Aut producitur ſuper declaratione animi ſui, & bene poteſt produci: ſed dictum ipſius non ualebit, quia in ore duorum uel trium ſtat omne teſtimonium. ſed ſi eſſent duo iudices, uel arbitri, uel etiam plures producerentur ſuper declaratione animi ſui: tunc bene ualeret dictum eius. Interdum iudex producitur, in alia cauſa, in qua nunquam fuit iudex, & tunc poteſt eſſe teſtis: & in omnibus & per omnia dic in arbitro, omnia quæ dicta ſunt à iudice. Sed in arbitratore, in quem eſt factum compromiſſum de iure, Bartolus in l. ſi ſocietatem. in §. arbitratorem. ff. pro ſocio. tenet quòd non, quod limitat ipſe alibi multum ſingulariter: uidelicet niſi in compromiſſo partes dederint arbitratori baliam & poteſtatem procedendi, & terminandi inſcriptis, & ſine. nam tunc arbitrator poterit eſſe teſtis, de geſtis per eum & coram eo: quia uidentur partes approbaſſe perſonam eius, & uoluiſſe credere ei & uerbis eius, ſine ſcriptura. Item dicit ſingulariter Bald. in Authent. niſi bre uiores. C. de ſentent. & peric. recip. Si autem plures arbitratores, eis creditur, ſecundum Bart. in d. §. arbitratorem. Hactenus ille.

a c. dilectus. ibi Butr. de teſtibus. Alberic. de Roſat. in tract. ſuo de teſtib. uerſic. conſequent. uidendum eſt de iudice.
b in l. ne in arbitr. C. de arbit.
c l. quiſquis. C. de poſtulat.
d l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præſid.
e Alber. de Roſat. in loco præallegat.
f l. ob carnem. §. illud. ibi quoq; gl. ff. de teſtib.
g in c. quoniã. cõtra. de probationib. c. teſtium depoſitiones.

ADVOCATVS ET PROCVRATOR CAVSAE, & negociorum ſolicitator, item'& tabellio, ſiue Notarius.

Vterque ſanè in omni cauſa, cuius aduocationem & procurationem ſibi non ſumpſerit, etiamſi de ſalario conuenerit, aut ex qua nullum priuatum commodum conſequatur, teſtimonium adhibere poteſt: cum alioquin in ea cauſa, quam defendit, ſiue ea primæ inſtantiæ, ſiue appellationis ſit, à teſtimonij autoritate remoueatur,[a] contra clientulum ſuum teſtari tamen poteſt. Caſus tamen efficit, ut teſtimonium uterque adhibere 29
poſsit, uidelicet, ſi uel pars ei denunciet, ne ante adhibitum teſtimonium aduocationem procurationem'ue ſuſcipiat: uel ſi rei geſtæ fides non aliunde, quàm ab ipſo aduocato ſiue procuratore haberi poterit.[b] idem iudicandum erit de negotiorum procuratore,[c] & de cauſæ ſolicitatore: qui niſi cauſa finita, teſtis eius rei, quam ipſe ſolicitauit, eſſe non poteſt:[d] quemadmodum nec tabellio ſiue Notarius in cauſa à ſe conſcripta teſtis

a gl. in l. ult. ff. de teſt. ibi doct. Spec. in tit. de teſtam. §. 1. uerſic. quid ſi aduocat. tex. in c. mediat. lib. 6. de teſt. c. Rom. e. t. lib. 6.
b Ioan. Andr. in addit. Spec. § 1. de teſtib. Butr. in ca. cum à nobis. de teſtib. Lanfr. in d. c. quon. contr. doct. in c. 1. de teſt. lib. 6. Bald. in l. om. ff. de teſt. c Bart. in l. defer. §. idem decre. ff. de iure fiſc. Alb. de Roſ. in ſuo tract. de teſt. d Butr. in c. inſup. & c. cum à nobis. & ibi Abb. de teſtib. Rota in deciſione 363.

eſſe

esse potest, nisi productus ratione actorum, quæ perdita sint:[a] in alijs uerò habet testimonium. Idem est in quocunq; alio, qui litis particeps est.[b]

AMICVS, INIMICVS, PAVPER, RVSTICVS.

Cum humanæ uitæ societas præcipuè retineatur amica animorū uoluntate, atq; consensione, communiq; beneuolētia, neq; eadem in tam immensa & multiplici rerum functionumq; uarietate esse posit hominum uel fortuna uel conditio: receptum est, ut amico, inimico, pauperi, rustico homini, si nulla grauiore suspicione ij laborent, fides testimonij adhibeatur. etiamsi illa personarum qualitas non leuem interim gignat uel præsumptionem ue suspicionem, quæ tamen ipsa iudicantis arbitrio atq; cognitione
30 moderanda erit.[c] Inimicus tamen, qui uehementius quoddam odium in aduersarium gerit, uel magnam offensionem nocendiq; cupiditatem in testimonium adferre uelle uidetur: uel eius amicitiam studiosè cōplectatur, qui reo, in quem testimonium dicendum erit, prorsus inimicus est, testimonij fidem non meretur.[d]

CLERICVS, MONACHVS.

Clericus secularis testimonij dictionem habet.[e] Eius tamen examinationem atq; rogationem iudex ecclesiasticus sibi sumere, aut hanc uicem iudici seculari cōmittere, omninoq; calūniæ iuramentū de illo accipere debet.[f]

Monachus uerò clericus sine uenia ac permisione eius, in cuius potestate est, in testem adhiberi non potest.[g]

QVI INFAMIAE RATIONE REMOVEANTVR.

31 Cum testimonij dictio ad dignitatem aliquam pertineat,[h] nullus autem aditus ad consequendam uel retinendam dignitatē ijs detur, qui infamiæ turpitudine notantur,[i] ijsq; interdictum quoq; sit legitimis actibus,[k] recepta est uera hęc Iurisperitorum sententia, qui infamia notantur, eis testimonij fidem adimi. quæ ipsa res, quoniā distinctionem recipit, explicanda erit paulo amplius.

Infamia est, aut
- Iuris, quæ infertur, uel
  - Iure ipso
  - Sententia iudicis
  - Irrogatione pœnæ.
- Facti, cuius discrimen facit caussa, uel
  - Ciuilis
  - Criminalis.

Iure ipso infamia contrahitur ex facti qualitate, ueluti uitæ cōditionisq; & actionum turpitudine aliqua: cuius rei exempla apud iureconsultos extant.[l] & Marcellus scribit[m] Infamem non ex omni crimine sententia facit, sed ex eo quod iudicij publici causam habuit. Itaq; ex eo crimine, quod iudicij publici non fuit, damnatum infamia nō sequitur: nisi id crimen ex ea actione fuit, quæ etiam in priuato iudicio infamiam condemnato importat, ueluti furti ui bonorum raptorum, & iniuriarum. Sic & usurarius iure ipso infamis habetur.[n]

Est aūt uera regula, Qui iuris infamia notatur, eū nec in ciuili nec in criminali caussa testimoniū dicere: nec in eum, qui ipse infamis est, testari posse.[o]

Causa

a Io. Andr. in c. quon. de probat. Alber. & Lanfr. in loc. præd. b Bald. in l. diā Adiub. C. de test. c gloss. singularis in §. cogitandum. in Authēt. tit. de monach. col. 1. text. in l. sciendum. ibi Angel. de usur. Bal. in l. eos. de test. Alber. in l. 3. de test. ibi quoq; gl. Lanfr. pulchrè in d. c. quon. contra. de probat. c. testium depositio. Specul. in §. 1. de testib. uersic. itē quod est pauper. Alberic. in suo tractat. de testib. pulchra inprimis gloss. in l. test. in uerbo egens. ff. de testib. d Innocent. in c. inquisitionis. de accusatio. & c. cum oporteat. c. tit. Cyn. in l. si quãdo. de testib. gl in l. 3. ff. de testib. Alber. et Lãfr. in locis alleg. e 14. quæstio. 3. c. quicunq. f Lanfranc. de sentēt. Archidiacon. in loc. prædict per c. 1. de iuramēt. calūniæ. g Speculator in tit. de testib. uersic. sed quid si monach. & uersic. quid de monac. Alberic. in Authēt. Si testis productus dicatur. c. de test. Lanfrãc. in prædict. loc. h gloss. in c. testimonium. de testibus. & in l. 3. §. lex Iulia. ff. de testib. & 13. quæst. 2. c. præceptū. i c. inter dilectos. de excess. prælator. l. 2. C. de dignitat. lib. 12. et ff. tot. tit. de ijs qui infamia notantur. k c. licet ex quadam de testib. l tot. tit. C. ex quibus causs. infam. irrogat. & ff de ijs qui infam. notãtur. l. improbatū. C. ex quib. causs. infam contrab. l. 1. C. de postulãdo. ibi gl. l. infamē. ff. de pub. iudicijs. m in l. infam. ff. de public. iudicijs. n l. improbū. & ibi Bald. in princ. C. de infam et idem Bald. in l. qui accusare. in uer. aduertatis. C. de edēdo. et in l. 1. C. de test. o Bartol. et communiter DD. in l. cum mulier. ff. solut. matrimonio. notabil. gloss. in d. c. testimonium.

32 Causa tamen & personarum, etiam rerum qualitas, distinctionem exceptionemque huius regulæ facit. nam primò, si ueritas eius rei, de qua controuersia mouetur, nulla alia ratione, quàm testimonio eius qui infamia notatur, haberi poterit, admitti sanè eius testimonium in probationis tantū præsidium debet: idque præcipuè in tormentis, siue quæstionibus:[a] quoniam eo casu etiam quilibet testis, qui alioquin inhabilis dicitur, adhiberi solet, solo inimico capitali siue hostili excepto.[b] Secundò testis iuris infamia insignitus, in causa hæreseos animi sui conscientiam attestari poterit,[c] sic tamen ut idem hæreticus non habeatur, ac proinde à testimonij dictione pellatur.[d] Tertiò, ad conuincendum læsæ maiestatis crimen iuris infamia notatis quoque admittitur.[e] Quartò, in crimine Symoniæ, testis alioquin infamis recipitur, propter enormitatem scilicet criminis.[f] Quintò, in causa sacrilegij iuris infamia notatus in testimonium adhiberi potest.[g] Sextò, in causa annonæ suppressæ.[h] Septimò in crimine fraudati census, hoc est, eius pecuniæ quæ deposita publicè fuit, furto sublata.[i] Octauo in crimine perduellionis.[k] Postremò, in dilapidatione rerum ecclesiasticarū.[l] Poteruntque pauca hæc exempla sufficere.

Sententia iudicis infamis dicitur, quicunque uel repetundarum, uel peculatus, annonæque item impeditæ, aut de ambitu, iudicio publico dānatus est.[m] ac proinde Papinianus monet, iudicantium religione æstimandum esse, quatenus eiusmodi fides adhiberi debeat. Sic enim ait, [n] scio quidem tractatum esse, an ad testamentum faciendum adhiberi possit adulterij dānatus, & sanè iustè testimonij officium ei interdictum existimo, ergo neque iure ciuili testamentum ualere ad quod huiusmodi testis processit, neque iure prætorio, quod ius ciuile subsequitur, ut neque hæreditas adiri, neque bonorum possessio adiri possit.

Itaque nec in testem adhibendus erit excommunicatus:[o] nec si ab excommunicatione absolutus sit, eius testimonium ualebit, si uidelicet furti, adulterij, sacrilegij, & eiusmodi famosorum criminum causa prius excommunicatus, pòst absolutus fuerit.[p]

Et cui bonis interdictum est, testimonij fidē non habet: quando referente Vlpiano,[q] is cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non potest: & si fecerit, ipso iure non ualet. quod tamen ante interdictionem uetustius habuerit testamentū, hòc ualebit. meritò ergo nec testis ad testamentum adhiberi poterit, cum neque testamenti factionem habeat.

33 Eundem ad modum etiam qui proscripti, siue ut uulgo dicitur, banniti sunt, neque testamenti factionem, neque testimonij attestationē habent, propterea quod hodie æquiparentur deportatis ac relegatis, habeanturque tanquam mortui.[r]

Criminis quoque iudicio publico damnatus, uel illud cōfessus, à testimonio litis remouetur, quantumuis absolutus:[s] quando etiā, si malè sibi eius sit conscius, recipi in testem non debet, propterea quòd causæ quodammodo suæ testimonium dicere uidetur. c. personas, extr. de testibus.

Periurij damnatus, etiamsi pœnitentia ductus, ad uitæ innocentiam se conuer-

a Bart. in l. 1. C. de sum. trinit. & fide cathol.
b Specul. tit. de accus. §. 1. per c. per tuas. extr. de Symonia. Lanfr. in loco prædict. & in Auth. de testib. §. si non ignoti. col. 7.
c gloss. in d. c. testimon. de testibus. & l. 3. §. lege Iulian. & ibi doct. ff. eod. tit.
d Auth. Gazaros. C. de hær. et c. uergēt. de hær. et l. p. C. c. 1. gl. in d. c. test. de test.
e l. nullum penitus. ibi doct. C. de testib. Alber. de rosat. in tract. suo. de testib.
f licet Heli. ibi quoque DD. & gloss. ext. de symonia.
g l. si quenquam C. de episcop & cler. & ibi DD. & Alber. de Rosat. in tra. alleg.
h Specul. in §. 1. tit. de accusation. Al. de Rosat. in suo tract. de test. et §. sunt præterea. Institut. de pub. iudic.
i Specul. & Al. in loc. prædict.
k Speculat. in loc. prædict.
l d. c. licet Heli. ext. de Symonia. et c. si quis pref. extr. de reb. eccles. non alien.
m d. §. præterea. ibi sicut gloss. Instit. de pub. iudi.
n in l. quæsit. ff. de testib.
o Text. in c. ueniēs. elect. 2. de test. 3. quæst. 5. c. conspicat. cum sequent. c. et c. excōmunicatus. §. cred. de hæret. Speculat. in loc. præ. allegat. uersic Item quod est excommunicat. DD. in c. testimonii. de test.
p Innocent. in d. c. testimon. & ibi communis DD. sentent. Lanfranc & Abb. in loc. præd.
q in l. is cui bonis. ff. de testamen. ibi quoque Bald.
r gloss. Institutio. quib. mod. ius patr. potestat. soluat. §. re legati. Bal. in l. 1. c. de hæredibus instituend. idque præcipuè si bonis amissis exulent. Barthol. in l. ad cognitionē. ff. ex quib. causs. in possess. eatur. Felinus in c. 1. de offic. iudic. delegat. et facit l. 1. §. ult. ff. con. tabu. Bald. in l. cum mulier. ff. solut. matri.
s 3. quæst. 3. c. ob carnem l. ob carnem. ff. ob carnē, de testib. l. 3. §. lege Iulia. ff. e. tit. Albericus in suo tract. de test. c. quando test. repellan, ratione criminis uel infamiæ.

34 conuertere cœperit, à testimonio repellitur: [a] premiturq́ uulgari illa suspicione, ut qui semel malus conuincitur, semper præsumatur malus. [b]

Qui pecunia corruptus, siue quæstus, aut sordium causa illectus, testimonium adhibuisse conuincitur, ab omni probationis fide atq; testimonio remouetur. [c] Contra corrumpentem tamen, in testimonium adhiberi potest, odio uidelicet corruptionis. [d]

Homicida sine quæstionibus adhibitis, in ardua præsertim causa, testationis fidem habere non potest: nisi fortè causa cognita, dignitati pristinæ sit restitutus. [e]

Poteritq́ in hanc rem iuris studiosus, plura exempla uel colligere, uel obseruare, si ita uidebitur.

Irrogatione pœnæ infamia contrahitur. Itaq; ictus fustium, ut Marcellus ait, [f] infamiam nō importat: sed causa propter quam id pati meruit, si ea fuit quæ infamiam damnato irrogat. In cæteris quoq; generibus pœnarū eadem forma statuta est. Sintq́ hæc breuiter nobis de infamia iuris, sententiæ, & irrogatæ pœnæ dicta.

Infamiam facti diximus & in ciuili, & criminali causa spectari. In ciuili causa, facti infamia notati à testimonij dictione non remouentur, sed infirmam tamen et suspicioni obnoxiam adferunt probationem. [g]

In criminali uerò causa, nulla eorum est testimonij dictio. [h]

Habentur autem facti infamia notati omnes ij, qui uel patrem, uel matrem contumelijs afficiunt, aut manus impias eis inferunt, aut eos maleficos appellauerunt, aut doli iniuriarumq́ actione eos diuexauerint. [i] nam licet, inquit Paulus, uerbis edicti non habeantur infames, ita cōdemnati: re tamen ipsa, & opinione hominum, non effugiunt infamiæ notam.

Stipendiarius in causa criminali, propterea quòd infamia facti notatus habetur, in testem adhiberi non potest: aliter atq; in causa ciuili. [k]

QVI RATIONE CRIMINIS TESTES esse nequeant.

Et sanè puto ad hunc ordinem referri, quicunque sine ulla pœnitentia,
35 aut resipiscentia in peccato mortali uersantur. [l]

In horum numero est denunciator, qui non commonendi fratris errantis, atq; ad meliorem uitæ frugem conuertendi, sed solum periculi creandi causa alium in criminationem publicam, iudiciumq́ trahit. [m]

Ergastulo item, siue carceri impactus, quia facinus in se admisisse dicitur, testimonij fidem non meretur. [n]

Concubina item & meretrix, quoniam uehementi affectione commoueri, & summa leuitate laborare solent. [o]

Gulosus quoq; & aleator, & quicunq; morum, libidinis, pessimæq; uitæ turpitudine implicantur, nec ullum uel honestatis publicæ sensum, uel priuati pudoris rationem habent: item ij qui uel furiosi perpetuò sunt, uel planè ad res getendas inepti. [p] Non possunt breui compendio, quæ in hāc rem annotari amplius poterunt, comprehendi.

Exposuimus simplici oratione primam propositionis partem, quibus

 uideli-

a text. in c. testimō. de test. gl. in l. 3. §. lege Iulia. ff. eo. t. Bart. & Ang. in l. Lucius. §. quæro. ff. de ijs qui notantur infam. Lanfr. in loco prædict. & item Alberic. de Rosat.
b cap. qui semel mal. de reg. iur. lib. 6. d. c. testimon. & Lanfr. in loco iam not.
c Lanfr. in loco prænot. & l. 3. §. leg. Iul. ff. de test. l. 1. in princ. de fals.
d text. sing. & ibi Bald. tit. si de feud. int. dominum & uasall. lis oriat. Specul. tit. de testib. §. 1. uers. quòd accusat & uers. item opponitur testi quod recepit. & in l. si quis testib. ibi Bald. et doct. C. de test.
e Bart. in l. 3. §. leg. Iulia. ff. de test. Bald. in Authent. si test. producti. dicatur. Io. Andr. in addit. Specul. eod. §. 1. uers. item quòd est homicida.
f in l. ictus fustiū. ff. de ijs qui notãt. infam. & idem probat. in l. fustibus. C. ex quib. caus. inf. irrogat.
g gl. in l. Cass. ff. de senatorib. cui tamen reluctatur gloss. in l. 1. C. de sum. trinit. sed tamen hanc sentent. confirmat Bart. in d. l. 1. C. de sum. trinitat. estq; cōmunis hæc doct. sent. facit l. lic. ex quadam. de probat. l. 3. §. duæ cauf. ff. de Carb. edict.
h doct. in d. c. testim. de test. Lanfr. & Alber. in loco suprà allegat.
i l. 1. l. 2. ff. de obseq. à lib. præstand.
k Alber. de Rosat. in l. 3. §. lege Iul. ff. de test. & Lanfr. in d. c. quoniā frequent. de probat. per c. testim. de test.
l gl. in l. 3. §. lege Iul. ff. de testib. Spec. e. t. §. 1. uers. quid in crim. hæres. gl. in l. ult. C. de infamib. 3. quæst. 5. c. cōstituimus. Innocent. in d. c. testim. de testam.
m c. in omni. extr. de testib. Alber. in suo tract. e. t.
n Alber. in d. l. 3. §. lege Iul. ff. de testib. ubi exemplum Azonis adfert. & Alber. de Rosat. in suo tract. de testib.
o Alber. in d. suo tract. et Lanfr.
p 3. quæst. 1. c. indices. l. qui furore. ff. de statu hominum. l. eacum. l. cum furiosus. ff. de iudic. Specul. & Alber. in loc. prædict. & Lanfr. in d. c. quoniam contr. de probat.

uidelicet,& quatenus testimonij dictio permittatur. Nunc alterius partis ratio breui oratione explicanda nobis erit, nempe:

QVAE HABENDA SIT RATIO, SIVE SOLENnitas in testium examinatione.

Alteram solennitatē in producendis testibus legum professores cōstare dicunt: Citatione partis aduersæ, iurisiurādi religione, litis cōtestatione. 36

Harum partium omnium, potiores aliquot locos annotauimus: & poterunt in eam rationem, si ita uidebitur, plures ex Guilielm. Durant. Alberici de Rosat. Francisci Curtij, Lanfranci de Orian. & aliorum scriptis, quæ passim extant, colligi: quando uix alia iuris pars diligentius tractata est. quemadmodum autem litigatores sine consensu renunciare poterunt testium iuramento, quod in ipsorum utilitatem datur: ita iuramento calumniæ, quod reipublicæ causa inductum est, renunciare expresse nō possunt.[a] In testium iuramento, cuius formæ in constitutione Imperialis processus diligenter præscriptæ sunt, præstando, requiritur litigatorum præsentia: quando etiamsi is qui uocatus fuit, iusto impedimento retardatus, uenire non potuit, potestatem habet eas testium professiones omnino confutandi, quæ ipso absente ac impedito sunt factæ.[b] Iurare autem debent testes in iudicio & die iuridico, etiamsi festis diebus profiteri poterunt.[c] Neq; temere iudex debet uices suas in deferendo hoc iuramento, committere notario: nisi hoc personarum & rerum qualitas reposcat, ut uidelicet ad egregias personas, uel infirmas, uel mulieres mittatur.[d] In criminali sanè causa iudex ipse testes examinare debet, nisi causa maior sit, quare id facere nequeat. In ciuili autem causa poterit alteri officiū examinationis delegare.[e]

QVOMODO TESTES ROGANDI SINT.

Tertiam propositionis partem fecimus, quomodo testes rogandi sint. Solent enim interrogatoriæ quædam quæstiones uni iudici, aut testiū examinatori dari ad inquirendas & excutiendas omnes rerum personarumq; circumstantias: quarum moderationem iudex sibi sumere poterit, ut quæ captiosę, superfluæ, aut pugnantes uideantur, eas rejciat: ac quod desit ueritati eruendæ, pro officij sui religione suppleat.[f] nam si iudex uel dolo malo, uel negligentia ductus ad eiusmodi interrogationes editas, testes non examinauerit, liberum erit ei, contra quem testes sunt examinati, etiā post publicationem confessionum petere, ut iterum testes ad propositas interrogationes examinentur.[g] ut alicubi pulchrè monet Alber. de Rosat.[h] Itaque & Modestinus[i] monet, testium fidem, dignitatem, mores, grauitatēq; diligenter examinandam, etiam in his excutiendis singulare animi iudiciū adhibendum, ac nonnunquam quid probationis fides postulet, ex sententia animi æstimandum esse. Et Venul. Curent, inquit,[k] magistratus cuiusq; loci, testari ualentibus, & se ipsos et alios testes, uel signatores prębere, quo facilius negotia explicentur, & probatio rerum salua sit. 57

QVIBVS ARGVMENTIS TESTIVM CONfessiones conuellantur.

Vniuersa huius partis quartæ tractatio propendet ex argumentis, personarum & rerum,[l] quorum loci à nobis sunt notati, & poterunt his communes quædam præceptiones addi, ueluti:

Qui testis personam non approbauit, non statim & eius professionem admittit. nam eam reprobare potest, ut ait Cynus.[m]

Testis qui nō rogatus, sed sua uoluntate se ingerit, fidē non meretur.[n]

Testium

a c.tuis. de test. gl. in l. 1. ff. de feriys. l. 2. §. obser. C. de iur. calum. l. ius publ. ff. de pact. c. si diligēt. de for. compet.
b in nom. de testib. Lanfran. in loco allegat.
c gl. sing. in clement. iud. de off. deleg. l. 3. §. Sab. ibi gl. ff. de test. Lanfr. ut sup.
d l. ad egreg. ff. de iureiur. c. ult. de test. c. mulieres. de iud. lib. 6.
e Cōmun. doct. sent. in l. iud. & Auth. apud eloquent. C. de fide instrum.
f Spec. tit. de testib. §. iam de interrogat. Alber. de Rosat. eo. t. c. de interrogat.
g c. per tuas. C. de testib.
h in suo tract. de test. c. de interrog.
i in l. in testib. ff. de test. & Callist. in l. test. ff. eod. tit.
k in l. Cur. ff. de testib.
l l. test. fid. §. 1. uersic. eiusdem. ibi, quæ argum. ff. de testib.
m in l. si quis testib. C. de test. et doct. in c. præsent. de testibus.
n gl. sing. in l. post legat. §. bis uerò. ff. de his quib. ut indig. ibi Bart. et Bald. in l. presbyt. C. de episc. & cleric.

38 Testium professiones esse debent necessariò concludentes, uel præsumptiuè, uel iuris aliqua præsumptione communitæ.[a]

Testis quoque concludentem confessionis suæ causam atque rationem in ijs præsertim rebus, quæ sensu & communi intelligentia non facilè percipi poterunt, adferre debet: etiamsi non rogetur, alioqui testimonij fide excidet: quando si causam suæ scientiæ adferre rogatus sit, neque eam attulerit, nullius momenti eius testimonium habendum erit.[b] Itaque cum par testium siue numerus, siue professio est, eorum probatio qui testimonij sui rationem attulerunt, præferri cæteris debet.[c]

Testes singulares, hoc est, quorum professiones ex facti diuersitate separationem recipiunt,[d] nec plenam fidem faciunt:[e] nec deferri iuramentum, ut Bald. asserit,[f] in probationis supplementum ei debet, qui testes habet singulares.

Quicquid testis amplius profitetur, quàm positio, ad quã rogatur, continet, totum hoc impertinens & reijciendum est, propterea quòd testis nõ uidetur super eo iurasse: nisi fortè in causam uniuersam iuratum sit.[g]

Obscura testis professio interpretationem accipere atque habere debet, contra eum à quo est productus.[h]

Notum est, non recipi testem uarium,[i] ac sibi contrarium, aut etiam uacillantem.[k]

Testis sanè qui in confirmatione, uel cõfutatione eius rei, siue negotij, de quo principalis quæstio proponitur, falsum dicit, siue in uno, siue altero capite, efficit ut uniuersum ipsius testimonium habeatur falsum: idque propter præstitum iusiurandum, quod indiuiduum est: & quòd is qui periu-
39 rus est, fidem amplius mereri non potest. Leuis tamen error in rerum circumstantijs non uitiat uniuersam testimonij dictionem.[l]

Probabili ratione, atque æqua iurisperitorum sententia receptum est, ut ij testes, quorum contrariæ ac repugnantes professiones ad concordantẽ aliquam opinionem referuntur, non tam probent id de cuius fide agitur, quàm excusentur à crimine falsi ac periurij.[m]

40 Testimonium auditus nihil momenti habet, nisi in matrimonij causa,[n] & rerum quadam antiquitate comprobanda:[o] præsumptionem tamẽ inducit, ut multis probat Franciscus Curtius.[p]

Cui res de quo agitur, commodo esse poterit, is testis idoneus esse non poterit.[q]

41 Quanquam maior eorum testiũ qui affirmant, fides, euidentiorque probatio haberi soleat, quàm eorum qui negant:[r] si tamen negatiua eiusmodi professio certo loco ac tempore definita sit, cadatque in sensum ipsius testis, aut ex facto eius proprio propendeat, eandem sanè uim potestatem que eiusmodi negatiua professio habebit, quã & affirmatiua, ut asseruit Bald.[s]

Aetas quoque, & sexus testationis fidẽ uel augent, uel minuunt. nam ut Vlpian. ait,[t] si de tabulis testamenti agatur, deponendis, & dubitetur, an eas

a l. non hoc. C. unde cognat. ibi Bart. & l. 1. ff. si cert. pet. Lanfr. in loco prædict. b Innocẽt. in c. cum caus. de testib. doct. in l. solam. C. et t. Lanfr. pulch. in repet. c. quoniã cõtr. de probat. c Io. Butr. & Bald. in l. presbyt. C. de episc. & cleric. d Bald sing. in l. 1. C. si unus ex pluribus. e text. in l. iurisreligio C. de probat. c. cause. de test. c. dilect. c. bonæ. de elect. f in l. de quib. ff. de leg. Bald. in l. testium. C. de testib. g Bart. in l. si duo patroni §. idem iul. ff. de iureiur. & hũc secut. Ang. in l. si libert. ff. de pet. hæredit. h c. in præs. de probatio. ibi gl. Bald. & Angel. in l. ueter. ff. de pact. et Bart. in l. 2. §. ult. ff. e. t. i c. propter. de testibus. k text. in l. 1. ff. de testib. Spec. in §. 1. tit. de testib. Io. Andr. in ca. præter. & c. in nostra. eod. tit. Alber de Rosat. in suo tract. de test. Bart. in l. eos. ff. de falsi. l Alber. in l. si ex fals. C. de transact. & ibi Bald. l. si gemina. ff. arbor. furt. cæs. Innoc. in c. fraternitatis. de test. & in c. cum iure patron. de off. deleg. iud. m c. in nost. de test. 3. quæst. 8. c. pura. Bart. in l. 1. C. de usufr. & l. inter stipul. ff. de uerb. oblig. & l. 2. §. ult. ff. si cert. pet. & l. insul. §. 1. ff. solut. matri. Butr. in l. cum de ætate. ff. de probat. n c. quotiens. c. lic. ex quadam. de test. o l. arbit. ff. de probat. et c. uen. ibi Innoc. e. t. Alber. de Rosat. in suo tractat. de testib. p in tract. suo de testib. eod. tit. conclus. 31. q text. in l. nullus ff. de testibus. gloss. Angel. & Alex. in l. si duo rei. ff. si quis cautio. gloss. in l. quoniam liberti. C. de testib. & in §. sed neque in uerbo Adhiberi. institut. de testament. r gloss. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitris. Bartol. Baldus & Angel. in l. hæredes palàm. ff. de testament. Imol. & doct. in c. quòd per nouale. de uerborum significatio. ibi quoque Hostiensis. s in d. l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitr. Salic. in l. 2. C. de rescindend uendit. Bart. in l. nec is qui. ff. de acquir. hæred. gloss. in l. Pantonius. §. rei perduell. in uerbo, potest. ff. de acquir. uel amit. hæred. t in l. si de tabul. ff. de fide instrumentorum.

an eas deponi oporteat, semper seniorem iuniori,[a] & amplioris honoris, inferiori, & marem fœminæ, & ingenuum libertino præferemus.[b]

Qualitas quoque testimonij dictum arguit, quid sequi debeat iudicantis religio, quando ij qui falsò, uel uarie testimonia dixerunt, uel utrique parti prodiderunt, non solum nullam testimonij fidem merentur,[c] uerumetiam à iudicibus competenter puniuntur, lege uidelicet Cornelia de falsis.[d]

Iudicantis cognitio referri debet non ad testium multitudinem, sed sinceram testimoniorum fidem: & ea testimonia, quibus potius lex ueritatis assistit.[e] ac proinde Arcad. inquit,[f] si testes omnes eiusdem honestatis & æstimationis sint, si negotij qualitas ac iudicis motus cum his concurrit, sequenda sunt omnia testimonia. Si uerò ex his quidam eorum aliud dixerint, licet impari numero, credendum est, quod naturæ negotij conuenit, & quod inimicitiæ aut gratiæ suspicione caret: confirmabitque iudex motū animi sui ex argumentis & testimonijs, & quæ rei aptiora & uero proximiora esse compererit.

42 Quotiens par est siue probatio siue testimonium, ij testes præferri cæteris debent, quorum confessio cum iure communi est coniuncta:[g] poteritque eo casu iudex cognitionem suam, animique æstimationem ad alterius litigatoris testes conuertere, sic tamen, ut hanc animi sui inclinationem siue æstimationem in acta referat.[h]

Rectè etiam à diuo Adriano rescriptū est, referente Arcadio,[i] eum qui iudicat, æstimare oportere, quanta fides habenda sit testibus: neque cognitionem alligari statim debere ad unam probationis speciem, sed potius æstimare quid, aut cui credat.

Etsi testes, qui suspecti uidentur, suspicionem augeāt, si unū, eundemque præmeditatum sermonem attulerint,[k] tamen si existimationis bonæ sint, & in facti qualitate conueniant, testationis fidem habebunt, etiamsi in testimonij dictione, siue tenore non ita consentiant.[l]

Ea quoque ueritatis eruendæ uis est, ut testis falsum dicens perinde habeatur, atque si ueritatem supprimat:[m] quando etiam is testis, qui falsò profitetur, puniri lege Cornelia de falsis solet.[n]

43 Sicut sententia, in quadam iudicum dissensione, pro reo dicta ualet, modo ea causam fauorabilem, puta matrimonij, libertatis, dotis, & testamenti non complectatur:[o] ita attestationum fides, in quadam professionū uarietate, ad naturalem fauorem referri debet. ac proinde ij testes, qui fauorabilem causam tuentur, cæteris sunt anteferendi.[p]

Quotiens res quæpiam in uniuersum probanda erit, cuius tamen qualitas ex multis formis atque partibus constitui ac definiri potest, ueluti iurisdictio, imperium, possessio, territorium, hæreseos crimen, & eiusmodi res aliæ, quę nisi uaria rerum descriptione explicari aut constitui non possunt, neque certa & una aliqua species probanda proponitur, ueluti mutuum, depositum, & huius generis alia, recipiendæ erunt testium confessiones, quæ in uniuersum non consentiunt, sed tamen formas siue partes, siue qualitates eius rei, de qua lis mouetur, comprobant.[q]

Quemadmodum autem Imperator scribit,[r] solam testationem prolatā, nec alijs legitimis adminiculis causam approbatam, nullius momenti esse:

ita

a l.semper. ff. de iur. immunit. b gl. in l. cum quid. ff si cert. petat. Bald in l. procurat. ff. de edend. c l.2. ff. de test. gl. in uerbo. puniuntur. in l. qui falso. ff. de test. d d.l. qui falso. ibi quoque in uerbo puniun & l. eos qui. ff. ad leg. Corn. de fals. et l. null. C. de test. e l. ob carmen. §. ult. l. cū de ætate. C. de prob. l. iurisiur. C. de testib. f in d.l. ob carmen. ff de test. §. si testes. g Bald. in Authent. om. peregrini. C. communia de successio. Imol. in c. audit. de præscriptio. Baldus in c. 1. de controuers. inuestit. Petr. de Anchar. & Anton. in c. 1. de rescrip. lib. 6. Bart. in c. canon statut. de constitut. h Bald. in l. magist. l. ult. C. quādo prouoca. non est necess. & idē in l. Luc. ff. de ijs qui infam. notantur. i in l. 3. §. 1 uersic. eiusdē. ff. de testib. Bald in c. rer. caus. extra. de probat. & in rubr. de controuers. inuest. text. in c. cum ad sedem. de restitut. spol. c. præsent. extr. de renunc. leg. 10. Andr. in princ. in Aut. de test. o c. ult. extr. de re iudic. & in l. rescript. l. data opera. C. qui accus. non poss. & in l. de quib. ff. de leg. gl. Bart. & Alber. in l. ob car. §. ult. ff. de test. Iac. But. in l. Arrid. c. præter. de test. k text. in l. test §. ideoque diu. Adrian. ff. de test. l Bald. tit. de pac. constant. uers. ult. ad c. nihil. de uerb signif. Iac. Butr. in d. l. test. §. 1. ff. de test. m Bald. in l. presbyt. C. de episc. et cleric. gl. & in test. n Idem Bald in l ea quæ commend. ff. de contrab. empt. & in l. præscript. C. si contr. ius utilit. public. p Bald. in l. cum magist. C. quando prouoc. non est necess. q Bald in l. actor. C. de probat. & C. de heret. gl. & Arch. in c. nihilom. 3. q. 9. Ang. & Abb. in c. cum oport. de accus. r in l. solam. C. de testib.

ita ea causa dicti testimonij allata, cuius contraria ratio ipsa rei ueritate defendi ac retineri potest, nullam probationis fidem quoque facit.[a]

44 Odio fortè uis illatæ receptum est, ut maior testationis fides adhibeatur testibus duobus probantibus metum adhibitum esse, quàm pluribus asseuerantibus consensum interuenisse.[b]

Postremò, cum testium fides ipsa animi conscientia, & simplici facti ex positione, cõstare, etiam eorum plerunque professione, explicari soleat, qui non magnam rerum cognitionem, uel subtilitatem ad testimonium dicendum adhibere solent, ualde probabilis eorum est sententia, qui asserunt testium professiones non calumniose, & affectata quadam rerum subtilitate, conuellendas, sed potius pro causæ ac negotij qualitate, æquabili sententia atque interpretatione retinendas esse,[c] poteritque ad hunc modum alios locos studiosa iuuentus colligere.

QVATENVS TESTIVM PROFESSIONES sint prohibendæ.

Postremam propositionis partem fecimus, quatenus uidelicet testium productiones sint prohibendæ? Et sanè Innocent. ad Tirent. episcopum scribens,[d] nullas attestationes recipiendas amplius esse refert, si uel sufficiens testium numerus adhibitus, uel renunciatũ testimonijs sit, uel testium professiones publicatæ, cognitæque litigatori fuerint,[e] aut denique in causa sit conclusum.

Et quantum ad testium numerum attinet, Vlpian.[f] existimat, ubi numerus testium non adijcitur, ueluti in testamento, codicillis, donationibus,[g]

45 &c. etiam duos sufficere, propterea quod pluralis locutio duorũ numero contenta sit: Arcadius tamen scribit,[h] sufficientem tantum numerum testium coartandum esse, ut iudices, inquit, moderentur, & eum solum numerum testium, quem necessarium esse putauerint, euocari patiantur, ne effrenata potestate ad uexãdos homines superflua multitudo testium protrahatur.

46 Et sanè iurisperitorum communi sententia receptum est, ut testes infra quadragenarium numerum sint coarctandi.[i] Qua tamen in re obseruandum est, non tam numero testium quàm examinationis multiplicitatem remoueri testium productionem: ac proinde primam secundam & tertiam dilationem protrahendi testes sine causæ cognitione dari: quartam uerò non dari, nisi adhibita ea solennitate, quam & Gregorius pontifex, & Imperator præscribit:[k] ut scilicet is qui testes producere uelit, iuret nullo se dolo, aut machinatione mala testes in testimonium adhibere, aut quod eorum qui examinati sunt, professiones didicerit.[l]

Renunciatio de testibus semel facta, plerunque semper potestatem testes producendi adimit,[m] etiamsi in diuersa sint sententia. Glossa alicubi,[n] &

47 Azo.[o] Cuius sententiæ ratio hæc affertur, quod permissum sit, ut suo quis iuri renunciare possit:[p] receptaque prior illa sententia, quã diximus, nisi fortè noua quæstio proponatur, quę testium professionibus nõ sit explicata:[q] aut causa iusta sit cognoscenti, quamobrem ex clausula illa generali si qua mihi causa iusta uidebitur, testationem in eadem quęstione, in quam testes dixerunt, iterum admittere uelit,[r] iuramento tamen præstito ne quid calumniose aut dolo malo fiat.

48 Post testium publicationem litigatorum cõsensu factam, aut quod pars

B 3 altera

a Bald. in l. cũ uenit c. uers. nam ad i. ff. C. de epi sc. & cler. et in l. her. pal. ff. de testam. Bart. in l. cum hi. §. ult. igitur. & l. qui interrogat. ff. de petit. hered.

b Innoc. in c. si per hoc de resti ciat. Baldus in l. obseru. §. proficisci. ff. de offic. procons. Angel. in l. 1. ff. quod met. caus.

c Bald. in c. per son. de test. Spec. tit. de testib §. 1. Arch. & Io. de Ana. in c. in cæter. de homicid.

d in c. de testib. extr. de test.

e Lanfr. de Oriano in repetit. c. quoniam contra. de probat. e. test. deposit.

f in l. ubi num. ff. de testibus.

g gl. in d. l. ubi numerus.

h in l. 1. §. 1. ff. de testib. & probat. in c. signifi. et gl. in c. in causis. et c. cum causam. ext. de test.

i d. c. cum caus. ibi cõmun. doct.

k in c. ultra tertiam. de test. & in Auth. de test. §. qua uerò. unde Felin. in c. in causis. & d. c. ultra tertiam. de test. et c. signific. e. t.

l Pulch. Lanfran. in sua repetit. c. quoniã contra de probat. et Angelus in d. §. qua uerò. in Authent. de test.

m text. in c. de testib. & c. cum uenisset. de testib. Spec. in §. satis utilit. uers. quid si publicat. eod. tit. Innoc. in c. constit. eod. tit. scribens commun. bene opin. esse.

n in §. qua uerò, in Auth. de testib.

o in summa. cod. tit.

p l. si quis in conscrib. C. de pact.

q d. c. cum uenisset. extr. de test.

r Bart. in Auth. iubemus. C. de iudic. Innocent. in c. ultra tertiam. de testib. Alber. de Rosat. in suo tract. de testib.

altera legitimè uocata sit, adesse tamen noluerit, etiam cognitis testiū pro-
fessionibus, testes adhiberi amplius non poterunt: [a] cū hac tamen siue ex-
ceptione, siue distinctione, nisi instrumentū, quod testationis factæ fidem
confirmet, edat, [b] propterea quòd nulla subornationis suspicio mala illi im
pingi possit, aut leuem exceptionē peremptoriam, postquam actor, quod
asseuerat, monstrauerit, probare quoq; uelit. [c] poterit enim reus actorem,
qui facta testimonij publicatione mutuū datum probauerit, remouere ex-
ceptione pacti de non petendo: [d] quoniam hæc exceptio nō est planè con
traria actoris intentioni. cum alioquin rei defensio siue exceptio, quæ om
nino cum actoris intentione pugnet, ueluti si actor mutuum datum dicat,
reus uerò acceptum neget, post publicationem testimonij admittenda nō
sit. [e] Aut consuetudine inductum sit, ut attestationes facta testium publica
tione admittantur. [f] Aut iudex, quod in testium examinatione, uel negli-
gentia, uel dolo malo examinatoris omissum est, excutere post factam pu-
blicationem uelit. [g] Aut noui aliquot articuli edantur, qui nec facti ipsius,
aut probationis qualitate, cum antiquis coniuncti sunt, sed eiusmodi qua-
litatem inducunt, quæ prioribus articulis inclusa nō est, & tamen idipsum
de quo quæritur, demonstrat: ueluti si is qui possessionem rei petitæ non
probauerit, docere eius dominium siue titulum uelit. [h] Aut iudex pro offi
cij sui religione, testes iterum examinare, aut quod deesse uidetur, inquire-
re amplius uelit. [i] Aut si testium professiones, siue attestationes, post publi
cationem earum factam, sint amissæ. [k] Aut deniq; si quis eodem contextu,
& testis professionē, & ipsius personam arguere uelit, ueluti eum qui pos-
sessionem quatuordecim annorum attestatus sit conuincere, qui ipse non-
dum annos quatuordecim sit natus. [l]

Etsi inter legum professores, & canonum scriptores, non leuis dimica- 49
tio sit, quatenus in causa appellationis probationes recipiantur super capi
tulis antiquis, quorum attestationes publicatæ sunt, propterea quòd com-
munis legisperitorum opinio sit, in causa appellationis super ijsdem capi-
tulis antiquis uel omnino contrarijs, uel super connexis, non autem super
nouis connexis, testes adhiberi posse: [m] Canonum tamen auctores diuer-
sam sententiam retinent, existimantq; testes solum admitti super articulis
nouis, ab antiquis connexis dependentibus. quorum uerior & æquior
est sententia: [n] etiamsi Lanfrancus ab Oriano scribat, [o] iurisperitorum opi-
nionem in foro seculari, Pontificum uerò decreta in ecclesiastico foro reti-
nenda esse.

Poterunt in hanc rationem pulchræ quædam præceptiones colligi: sed
nos usurpationem tantum, nō infinitos commentarios notare uoluimus,
etiamsi ulterius hic, quàm animo studijsq; uoluntate concepimus, sumus
progressi. Notumq; est, attestationes in uno iudicio receptas, fidem facere
in eadem causa, & inter easdem personas, coram alio iudice. [p] Item in causa
appellationis super nouis capitulis, tantum testes nouos ac ueteres produ
ci, iuramento tamen prius recepto. [q] Et publicationem uel renunciatio- 50
nem testium, in certis capitulis factam, non præiudicare uolenti testes pro-
ducere in alijs. [r] Item, eum qui testes adhibuit coram certis iudicibus, nō
posse eosdem in rationem eandem coram alijs iudicibus producere, sed o-
portere eum attestationib. stare. [s] Et publicatis attestationib. aduersarium
admitti, ut eius quod probatum uidetur, contrarium doceat: modò ante
testium

a text. in Aut. §. quia uerò. ibi Angel. de test. c. fraternit. extr. eod. tit. Bart. in Aut. at qui sem. C. quom. et quando iudex. facit c. consul. extrà, de off. iudic. deleg. Alberic. de Rosat. & Lanfranc. de Oriano, in loc. præd.
b l. off. ff. de rei uendic. c. series. de test. ibi Butr.
c l. except. C. de probat. Bart. in l. certi edict. §. quoniam. ff. si cert. petat.
d gl. in d. l. except. Angelus in Auth. §. quia uerò. de test. Lanfranc. in repet. c. quoniam contra. de probat. c. test. deposit.
e Angel. in d. §. quia uerò.
f Io. Andr. tit. de except. §. dicto. uers. sed numquid in additio. Specul. & in c. fraternit. extra. de test. & Imol. in c. series. e. t.
g text. in c. per tuas. extr. de testib. & c. cū clamor. eod. tit. Angel. in d. §. quia uerò. in Auth. de testib.
h Pulchrè Angel. in d. §. quia uerò. in Auth. de testib. text. in c. cum uenissꝫ. eod. titul.
i gloss. singul. in d. §. quia uerò. in Auth. de test. Alber. in l. solū. C. de test. Ang. quoq; in d. §. quia uerò. Lanfr. in loco prædict.
k Lanfr. in loco prædict.
l Bart. in Auth. At qui semel. C. de probation.
m Vide in hanc rem Alber. de Rosat. & Lanfr. in loco prædicto.
n c. fraternit. de testib. text. in clem. testib. de testibus. Lanfr. in repet. c. quon. contr. de probat. c. test. deposit. Alber. de Ros. in suo tract. de test. Imol. in d. c. fratern.
o in loc. statim alleg.
p c. causs. ext. de test.
q c. frater. ibi doct. e. t.
r c. causs. quæ uert. e. t. et c. cū uen. e. t.
s c. cōstit. e. t.

testium publicationem in eam rem instrui non potuit. [a] Et attestationes in summario iudicio receptas, non facere fidem, in iudicio plenario, & eiusmodi aliæ.

Quatenus etiam post causæ conclusionem, testes admitti, uel remoueri debeant, nec obscurum est, & pluribus tradit Lanfranc. ab Oriano. [c]

a c.ex tenore. eod.tit.
b c.ueniës.e.t.
c in loco prædicto.

DE RVMORE AC FAMA, ETIAM VEHEMENTE quadam, & tanquam consentiente omnium opinione. Cap. XX.

1 *Rumor quid sit, apud iuris autores.*
2 *Fama quid sit, apud eosdem.*
3 *Hanc tamen maiorem probationem adferre, in multis ac uarijs indicijs, quàm illum.*
4 *Idq; præsertim si in ore omnium uersetur.*
5 *Ita ut multum conducat, ad rerum antiquarum comprobationem, præcipuè si testium professione adiuuetur.*



Nter rumorem et famam hoc interesse tradunt legum profes-
sores, [a] quòd rumor sermo quidam est sine ullo certo autore
dispersus, cui malignitas, ut Fab. Quintilianus ait, [b] initium
1 dedit, incrementũ credulitas, quod nulli non etiam innocen-
tissimo accidere potest fraude inimicorum falsa uulgantium:
2 eoq; etiam minorẽ probationem adfert, quàm fama: [c] quæ quibusdam ar-
tium scriptoribus quædam communis ac consentiens opinio, & tanquam
3 publicum ciuitatis testimonium dicitur. [d] Huius sane non leuis est pro-
batio in causis ac rebus, si non omnino uana et ex mendacissimorum homi
num calumnijs collecta, sed communi quadam opinione sit comprobata.
Nam & ea si publica sit atq; constans, non solum arguit conscientiã earum
rerum, quæ turpiter & praue commissæ dicuntur, uerumetiam uehemen-
tem opinionẽ adfert. [e] Itaq; qui proximus à filio posthumo hæres dicitur,
non potest hæreditatem adire prius, quàm sciat, hoc est, ex cõmuni & con
stanti hominum opinione, quæ cum ipsa ueritate consentit, [f] cognouerit,
mulierem prægnantem non esse: [g] quoniam hæc res non leui rumore aut
fama, sed maiore quadam credendi consensione est definienda. [h] Eadem
fama, si publica sit, sine communi hominum testimonio communita, ple-
nè probat eius hominis qualitatem, de qua controuersia est: [k] aut si ad pos-
sessionem antiquissimam accedat, magnam probationis uim retinet in iu-
dicijs possessorijs: [l] aut si eadem probata sit plurium testium professione,
accedatq; ad unius testis, qui hoc ipsum, de quo agitur, probat, dictionem,
fidem certè meretur. [m] quando etiam receptum est dominij, quæstionẽ pro
bari fama publica, quæ & omnium hominum memoria excedat, neque sit
4 contraria opinione diuulsa. [n] Eam siquidem uim fama publica retinet, ut
si in ore omnium uersetur, rem ipsam, quæ in causæ cognitionem uenit, fa-
ciat sine ulla maiore probatione liquidam atq; notoriam: [o] planeq; cum ue
ritate conferatur in instrumentorum uel editione, uel probatione, ratione
maximè instrumenti publici: [p] præcipuè uerò comprobet confines agro-
rum atq; terminos, qui non alijs euidentioribus signis atq; indicijs osten-
di queant. [q] Aut si fama publica uera non sit, iustam tamen credendi cau-
sam

a Innoc. in c. ad petit. de accusat. & c.3. de præsumpt. Alex. in §. tormenta. de quæst. & in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solut. matrim. Abb. in c. testimon. de testib. gloss. in c. super eod. de consang. & affinit. & c. si duo. 35. q. 6. Bald. in l.1.C. de probat. & l. quidam. de accusat. Iod. Andr. in c. ubi pericul. de elect. lib.6. Specul. tit. de notor. crim. §. Nunc de rumore.
b in lib.5. ca.3.
c Speculator in loco alleg.
d Loci suprà sunt notati.
e Bart. Bald. Angel. etiam gl. in l. si tutor. C. de peric. tutor. Bartol. in l. Cels. de usucap. et in l. is potest. ff. de acquir. hæred.
f gl. in l. cum quidam. §. quod dicitur. in uerb. sed si scit. ff de acquir. uel omit. hær. g text. in d.l. cum quidam. §. quod dicitur. h dic. gloss. in uerbo, si scit. Bald. in l. quicunq. C. de seruis fugit. & l.1.C. de testam. k Bald. in l.1.C. de testam. & in l. prouid. de postul. l Bald. in l. at qui. §. cum me absente. de negoc. gest. & in l. bonæfidei. C. de reb. cred. m Bart. in l. si quidem. C. sol. matri. Alex. consil. 40. uolum. 4. n Bart. in l. Cels. de usucap. & l. atqui nat. §. cum me absent. & ibi gl sing. de negot. gest. Bald. in l. indic. C. de rei uend. & l. prop. C. de prob. o c. quia nos. ibi doct. de appel. præc. uerò Phe. Franc. Bald. in addit. Spec. de not. crim. p Bald. in l.1. col.1. q.4. C. de testam. q c. cũ caus. & ibi Abb. de test. Ant. de Butr. in c. cũ in tua. ad fin. de desponsat.

ſam nihilominus adfert, [a] excuſatq; eum qui falsô aliquem in criminatio-
nem uocat: uel iudicem, qui inquiſitionem proponit: modò tamen eiuſ-
modi fama ex optimorum hominum ſiue opinione, ſiue aſſertione ſit col-
lecta. [b] alioquin ſi leuis & inconſtans ſit, non ullam probationem magnã,
ſed adminiculum leue adferri poſſe uidetur. Quotiens tamen rerum an- 5
tiquarum, aut territorij atq; iuriſdictionis, aut dominij ueteris, iuris item
patronatus, & illiuſmodi rerum quæſtio mouetur, poterit commoda ad-
modum probatio ad eiuſmodi res conuincendas ſumi ex fama, quæ quidẽ
teſtium profeſſione adiuuetur, ſiue ea etiam de auditu tantum ſit. [c] Quo-
modo autem fama probetur, item quæ haberi opinionis ratio debeat, quo
niam hoc ipſum alio in loco notabimus, [d] ſatis erit hæc indicaſſe.

a l.ult. ibi Bartol. ff. de hær. instituend. l. cum quidam. §. quod dic. ff. de acqui. uel amit. hæred. Bald. in addit. Specul. de accuſat. uerſ. ſed an fama.
b Loci ſunt allegati.
c Bald. in l. propriet. C. de probat. & in Auth. quas act. C. de ſacroſ. eccle. doct. in c. cum cauſ. de teſtibus. Flor. in l. 2. §. ind. ff. finium regundor. Alexã. conſil. 1. uolum. 4.
d lib. 6. cap. 13.

DE REI EVIDENTIA.
Cap. XXI.

1 *Euidentiam criminis patrati, non egere accuſatoribus.* Et num. 3. & 7.
2 *Nam & ſine his, patrantes iuſtè condemnari.*
4 *Diſtinctio Innocentij de ijs quæ notoria ſunt aliquibus, aliquibus uerò non.*
5 *Non teſtimonijs, ſed teſtibus iudicandum eſſe.*
6 *Quando illi purgatio commiſſi ſceleris indicenda ſit, qui eius ſuſpicione laboret.*
8 *Quæ probatio euidens, item quæ euidentiſſima dicatur.*
9 *Vis multiplex eius probationis, quæ ex rei euidentia prouenit.*


AVguſtinus ſcribit, [a] euidentiam patrati ſceleris non egere cla-
more accuſatoris. Nam & Claudius Gorgonius, uir clariſſi 1
mus, uxorem accuſans, cum detectus eſſet, uxorem in adulte-
rio deprehenſam retinuiſſe, etiam ſine accuſatore lenocinij 2
damnatus eſt à diuo Seuero, ut Vlpi. ait. [b] Et Apoſtolus Pau-
lus, eum qui publicè nouercam ſuam loco uxoris habebat, ſine ulla teſtiũ
uel profeſſione, uel accuſatione condemnauit, condemnatumq; ſatanæ
tradidit in interitum carnis. [c] Non enim, quæ manifeſta ſunt, aut accuſatio 3
nem, aut teſtium profeſſionem requirunt, [d] niſi ſoli iudici fortè nota & ma
nifeſta, cæteris autem ignota ſint & planè incognita: quorum ſanè explica
tio cauſę cognitionem deſiderat, ne is qui pro tribunali cognoſcit, ſimul ſit
& iudex, & aduerſarius, quod ipſum leges prohibent. [e] Quædam enim, re
ferente Stephano pontifice, [f] nota ſunt iudici, & incognita alijs, ut ſtatim
diximus: alia autem manifeſta alijs, & tamen occulta iudici: quædam ue-
rò nota iudici & alijs. In quibus omnibus definiendis hanc diſtinctionem
adhibendam eſſe, ſcribit Innocentius: [g] Vt ſi crimẽ publicum, notoriumq; 4
ſit, & eiuſmodi quod nulla uel inficiatione uera, uel tergiuerſatione defen
di, aut celari poſſit, non ſit neceſſe cauſæ cognitionem adferre, aut ad accu-
ſatoris inſtantiam eiuſmodi crimen legibus ac ſupplicio punire: quoniam
ipſa illa criminis euidentia hanc cognitionis ſollicitudinem adimit. [h] Si ue-
rò publicum ſit non ex euidentia, ſed fama tantum, ueluti ſi quis in cõmu-
nione ac ſocietate domus eam retineat, quæ fornicationis quidem rea fa-
cta non ſit, laboret tamen graui libidinis atq; fornicationis ſuſpicione: [i] in
eo certè caſu ad condemnationem ſiue ultionem eiuſmodi criminis ſola te
ſtimonia non ſufficiunt, cum non ſit teſtimonijs, ſed teſtibus iudicandum: 5
[k] & alia ſit autoritas præſentium teſtium, qui interrogari ſolent, alia uerò te
ſtimoniorum, quæ recitari tantum ſolent. [l] Quod ſi ijs qui in criminatio- 6
nem

a in Geneſ. de morte Abel. & probat. in c. euident. de accuſ.
b in l. ex lege Iulia. §. ſi publico iudic. uerſic. unde quæri poteſt. ff. ad l. Iul. de adult. et ſtup.
c 1. Cor. 5.
d 2. quæſt. 1. c. manifeſt. & c. de manifeſta.
e d. c. de manifeſta.
f in d. c. de manifeſta.
g in c. tua nos. de cohib. cleric. & mulier.
h d. 2. q. 1. c. de manifeſt. & d. c. euid. de accuſ. & c. ad noſt. de iureiur. gl. in d. c. tua nos. in uerbo, nec accuſ. de cohib. cleric. & mulier.
i Exemplum huius adfert. gl. in d. c. tua nos. in uerbo, non ex euidentia. Idem diuus Adrianus. ff. de teſtibus.
k l. 3. §. idem diu. ff. de teſtibus. & 4. quæſt. 3. c. ſi teſtis. §. alia eſt fides.
l teſtium fides. §. 1. uerſic.

nem facinorosæ uitæ trahuntur, ea suspicione laborent, ut nisi eius uel excusatio, uel purgatio proponatur, ipsum illud crimē impunitate delicti ad disciplinæ publicæ infamiam & scandulum pertineat, licebit etiam nullo
7 extante accusatore purgationem indicere.[a] Porrò, sicut ea quæ manife-
8 sta sunt, nulla indigent uel probatione, uel expressione:[b] ita euidens probatio dicitur illa, quæ ex coniecturis insurgit:[c] euidentissima autē ea quæ ex priuilegijs, uel instrumentis, non solum in causis ciuilibus, uerumetiam statutis desumitur.[d] Scribit in hanc rationē pleraq; multa Guilielmus Duran. tit. de notorio crimine, quæ sanè diligenter lecta, nō mediocrē harum rerum omnium cognitionem prębere poterunt. Nulla autem in rerum natura maior est probatio, quàm ea, quæ euidentia rei, & oculorū inspectio-
9 ne fit, ut scribunt Azo,[e] & Baldus.[f] Itaq; quod in statutis nō nisi iuramento probari possit, ueluti in damno dato, eius tamen contrarium probari potest rei euidentia:[g] & cum reliquæ ferè probationes, postquam testiū professiones cognitæ sunt, excludantur, euidentia tamē rei admittitur:[h] & sententia, cuius iniquitas rei euidentia detegitur, nec in rem iudicatam transit, & retractari quandocunq; potest.[i]

a d.c. tua nos. de cohab. cleric. & mulier. b l.1. et ibi Bartol. ff. de restit. in integr. l.1. ff. de exercit. act. Spec. tit. de act. uersic. sed quid si iste. c l. si quis locuples. C. de manumiss. testam. l. licet Imp. de leg. 10. Ias. in l. constante. ff. solut. matr. d Abbas. in c. lic. de prob. Franc. Aret. in l. si plur. & l. quidam testam. ff. de uulgar. & pupill. sub. e in summa. C. ad l. Aquil. & l. de periurio. ff. de in f in rubr. C. de probat. g Bald. in d. rubr. C. de prob. & in l. contr. negant. ad l. Aquil. h Ias. in l. de item. iurand. Bald. in l. si quis testib. ad finem. C. de testib. i Innoc. & Canon. in c. fraternitat. de frigid. & malefic. Baldus in l. 1. C. sent. rescind. non poss. Alex. consil. 248. cuius initium est, Stantibus, quæ suprà narrata sunt. lib. 2.

DE PVBLICARVM PERSONARVM DEnunciatione. Cap. XXII.

1 *Sine diligenti causæ cognitione, de nemine iudicium ferendum esse.*
2 *Enormiter, atq; cum graui reipub. offensione peccantes, magistratui denunciandos esse.*
3 *Idq; per eos, qui ipsi nullo scelere implicati sint.*
4 *Correctionis moderatio, ex Augustino.*
5 *Tres denunciationis formæ, sec. legum interpretes.*



1 N omni uita, adeoq; uniuersa ciuilis huius societatis coniunctione tenenda erunt duo hæc præcepta: Primum, ne temerē & sine diligenti rerum ac causarum cognitione iudicium de alijs facere, aut indicta causa in criminationem eos adducere uelimus, qui nobis naturali societate sunt coniuncti. Nam & Deus omnipotens, qui pro immensa sua prouidentia omnium nostrarum actionum, sensuum, atq; cogitationum conscius est, cum in ore atq; oculis omnium uersarentur horrenda illa & prodigiosa Sodomæ atq; Gomorræ scelera, noluit prius admissi flagitij ultionem sumere, quàm causa cognita.[a] Nec ulla grauior in rempub. pestis inuehi potest, quàm eorum dissoluta leuitas, qui pro tribunali cognituri, non iudicium animi rectum atque integrum, sed inconsultam rationem, præcipitemq; uindicandi libidinē in con-
2 silio habent.[b] Alterum est, ut quotiens uel disciplina publica, uel iudiciorum seueritas, uel reipub. tranquillitas poscit, ut quorum scelera peccandi nequitia atq; impunitate illecta in reipub. uiscera serpunt, eos magistratui denunciemus:[c] hanc modestiam, animorumq; moderationem adhibeamus, ne quid contumeliosè, ne quid acerbè, ne quid deniq; insidiosè agamus, sed omnia nostra studia potius ad amplectendam & retinendam Christianam pietatem salutemq; communem conuertamus: non priuatum odium, non uindictæ cupiditatem, non ullam nocendi libidinem, sed piè ac fideliter admonendi corrigendiq; fratris errantis uoluntatem per-
3 petuam in iudicium adferamus.[d] Hac uirtutis uoluntate egregia commo

C rimaio-

a 2.q.1.c. Deus omnipot. & distinct. 86. cap. si quid uerò. & 11. quæst. 3. c. in cunctis quæ. b distinct. 86. can si quid uerò. & 2.q 7.c. iudicet. et c. cum æterni. de re iud. lib. 6. c l. ita uulner. uers. quod si quis absurdè. ff. ad l. Aquil. l. si long. §. 1. ff. de iudic. & l. 4. §. cum Dominus. ff. de noxal. act. d 2. quæst. 1. c. si peccauer. & c. Deus omnipotens. & 6. quæst. 2. cap. si tantum.

ti maiores nostri uoluerunt, ut quorum enormia scelera extarent, ij ad magistratum publicum, si prius admoniti desistere nollent, per eos denunciarentur, qui ipsi nullo scelere essent implicati: [a] propterea quòd legem innocentiæ, uitæ ac morum nemo alijs rectè dicere potest, qui ipse sit uitijs turpificatus. Quibus autem de causis à denunciatione repelli is possit, qui alteri periculũ creare conatur, multis refert Guilielmus Duran. Et Augustinus, [b] correctionis moderationem pulcherrimè in hæc uerba describit:
Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter teipsum solum. 4
Quare? quia in te peccauit. Quid est, in te peccauit? Tu scis, quia in te peccauit. quia enim secretum fuit, quando in te peccauit: secretum quære, cum corrigis quod in te peccauit. Nam si solus nosti quia peccauit in te, & eum uis coram omnibus arguere, nõ eris corrector erroris, sed proditor. Attende quomodo iustus Ioseph, tãto flagitio, quod de uxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit, antequam sciret unde illa cõceperat, quam grauidam senserat, & se ad illam non accessisse nouerat. Restabat igitur certa adulterij suspicio: & tamẽ ipse quia non nouerat, quod dicit Euangelium: Ioseph autem cum esset iustus, & nollet eam diuulgare, uel traducere, uoluit occultè dimittere eam. Ergo corripiẽda sunt ipsa coram omnibus, quæ peccanẽ coram omnibus: ipsa uerò corripienda sunt secretius, quę peccantur secretius. Hæc admonitio tertiò, atq; etiam, si ita res aut persona postulat, coram testibus facienda est, [c] ut is qui cõmonitus est, nolit se à peccandi nequitia, ad uitæ innocentiam conuertere, denuncietur postea suo magistratui. Faciunt autem tres denunciationis formas legum interpretes, ut 5
una sit Euangelica, quę peccati occultius admissi pœnitentiã iniungit. [d] Altera quę iudicialis est, quæ ipsa uel publica, uel priuata est. Illa ad magistratus officium inquisitionemq; pertinet, neq; requirit admonitionem. [e] hæc uerò ad ulciscendam priuatam nostram iniuriam pertinet. Tertia, quæ canonica dicitur, quæ ad eum pertinet, cuius interest, innocentem ecclesiæ præfectum, uel subditum ecclesiasticum habere.

[a] c. repell. extr. de accusat. & 2. q. 1. c. si peccauer. & 25. q. 6. c. episc. in synodo. c. præter. extrà. de test. cogend.
[b] in homeli. de pœnit. extat 2. quæst. 1. c. si peccauerit.
[c] Spec. Mar. Hostiens. in sum. tit. de denũciat.
[d] 32. q. 5. c. Christiana. & 6. q. 1. c. si om. & ca. sicut nobis. extr. de symon.
[e] c. Rom. §. sanè. extr. de censibus. c. ea quidẽ. C. de accusatio. 35. quæst. 6. ca. episcopus.

DE SIGNIS. CAP. XXIII.

1. 2. *Signorum alia necessaria, alia non necessaria esse.*
3 *Hæc igitur, quia necessaria non sint, singula per se, ad probandum, infirma esse: coniuncta uerò, multum fidei facere.*
4 *Signorum autem, in multis negotijs causisq;, usum maximum esse.*



Hetores artificialis probationis partes faciunt, signa, argumenta, & exempla. Signorum alia sunt necessaria, Græcis 1
τεκμήρια dicta, ex quib. Aristoteles existimat euidentissimas demonstrationes atq; syllogismos deduci: ueluti, si eum qui non spiret, mortuum: & mulierem quæ peperit, cum uiro coijsse dicamus: quæ ipsa signa Quintilian. putat [a] ad artis præcepta uix pertinere. Nam ubi signum est, inquit, insolubile, ibi ne lis quidem est. Id autẽ accidit, cum quid aut necesse est fieri, factum'ue esse: aut certè omnino non potest fieri, uel esse factum: quo in causis posito, lis non est nisi facti. adfertq; in eam rationem exempla aliquot. Alia autem non necessaria sunt, 2
quæ Græci σημεῖα καὶ εἰκότα, Latini uestigia, consentanea & uerisimilia appellant: cuiusmodi sunt, cruenta uestis, clamor, liuor, &c. Nam & cædem ab eo factam, cuius cruenta sit uestis: & eum qui in magna rerum paupertate & deserta quadam inopia sumptuosè uiuit, furto & rapinis obstringi suspicio est, etiamsi eiusmodi signa necessariò non inferant uel cædis, uel furti conuictionẽ. [b] Ac proinde posteriora hæc signa perinde fidem faciũt,

[a] Lib. institut. orator. 5. cap. 9.
[b] Baldus in l. neq. natal. C. de probat.

3 atq; externis adiuuantur auxilijs: quorum ut singula ad probandum infirma sunt, ita coniūcta grauem augent suspicionem. Nam quæ non prosunt singula, multa iuuant,[a] ut ait ille.[b] Vrgebit igitur uehementius suspicio, si dicamus non solum uestem cruentam, sed etiam inimicitias, comminatio-
4 nes mortis, uitæ atq; necis insidias factas fuisse. Est autem magnus signorum usus in causis atq; negotijs, præsertim ijs quæ nisi signis & aspectu explicari non possunt. Itaq; si probatio uirginitatis, aut uiolatæ pudicitiæ facienda sit, adhibēdæ honestæ matronæ, quæ & certis signis, & aspectu huius rei cognitionem faciant.[c] Et obstetricum quoq; aspectu atq; indicio diiudicari solet, quoties in posthumi causa quæritur, uentrē'ne gerat mulier, an uerò pregnans non sit.[d] Sic quoq; medici ex certis signis colligunt uulnus, quod quis inflixit, uel lethale, uel mortiferum esse,[e] item corpus humanum prospera uel aduersa ualetudine laborare.[f] Vlp. etiam refert,[g] ad officium iudicis de finibus cognoscentis pertinere, mensores mittere, & per eos dirimere ipsam finium regundorum quæstionem, ut æquum est: si ita res exigit, oculisq; suis subiectis locis. Estq; nō rarò locus, ut iudex in rem præsentem uenire cogatur, hoc est, quod uulgò dicunt, ocularē inspectionem facere, quotiens uel irruptione fluminis agri fines confundit ipsa inundatio,[h] aut termini direpti, uel exarari dicuntur. Quorum omnium explicatio obscura non est, & passim tradita.

a l. instrument. ibi gl. C. de probatio.
b Ouidius.
c c. fratern. de frig. de malefic. & c. caus. matr. de probat.
d l. 1. ff. de uētr. inspiciend.
e c. signific. de homicid.
f l. fem. C. de re milit. lib. 12.
g in l. si irruptione. §. 1. ff. fi. regund. facit l. si quis. C. eod. tit.
h d. l. si irrupt.

DE ARGVMENTIS ET PRAESVMPTIONIBUS. Cap. XXIIII.

1 *Præsumptionum alias hominis, alias iuris esse.*
2. 3 *Quarum neq; has, neq; illas, probationes ueras esse, uel dici posse, nisi certis atq; definitis casibus.*
4 *Actum à iure præsumptum sufficit & ipso probari, quòd non probetur contrarium.*
5 *Contra fictionem legis non admitti aliquam probationem.*



1 MAgnus est, & quidem frequēs, etiam rhetori ac iurisconsulto communis in omni causa præsumptionum usus:[a] quarū cum aliæ hominis sint, in quodam iudicantiū arbitrio positæ, aliæ uerò iuris, quæsitum scio, an præsumptionum nomine accipienda sit propriè probatio. Et sanè dubitationem in magna
2 doctissimorum hominum consensione non habet, quin eiusmodi præsumptiones, quæ ex iudicantium arbitrio atq; æstimatione propendent, ueræ probationes non sint,[b] sed potius coniecturæ aut argumenta, quæ certè à ueris probationibus differunt. nam illę, nisi legum sint,[c] aut à iure comprobatæ:[d] aut efficiant, ut res de qua quæritur, euidenter appareat,[e] probationes ueræ non habentur:[f] hæc uero, rationes quædam sunt, probationem præstantes, quibus aliquid per aliud colligitur, & quę hoc ipsum, quod dubium, per id quod dubium non est, confirmant, definitore Quintiliano.
3 Iuris aūt præsumptiones, etiamsi propriè non dicantur probationes,[h] propterea quòd probandi onus adimant, & per consequens probationes dici nequeant,[i] maximè ubi probationes euidentes requirantur,[k] cum tamen legis beneficio paria sint, uel id quod intenditur, probari, uel pro se iuris præsumptionē habere, receptum est, ut eiusmodi iuris præsumptio habea-

a Phil. Dec. in repet. rubric. de probat. Alci. in tractat. de præsumptionib.
b Roma. in l. 1. C. de testa. milit. per tex. in l. 1. ff. si tab. testament. extab. Philipp. Dec. in repet. rubric. de præsumptio. Specul. co: tit. Dominic. in cap. 1. de homic. lib. 6.
c l. lic. Imp. de leg. 1. Iason in l. si quis in fundi uocab. e. t. l. licet locupl. ff. de mas nonis. testamēti. C. de appel. Ias. & Ias. in d. l. si addit. Speculat. oblig. k text.

d d. l. lic. Imp. l. si tut. pet. C. de peric. tut. l. absent. ff. de pœn. Alex. & Ias. in d. l. lic. Imp. Bald. in l. ciues. not. 1. quoq; in l. si plur. num. 12. de leg. 1. e Ias. pulch. in d. l. licet Imper. no. 13. & 14. de leg. 1. f d. l. si tut. pet. Imper. g lib. 5. cap. 10. instit. Orat. h l. Lucius. ubi Dinus & Bart. ff. de cōdict. & demonstrat. Bald. in tit. deposit. uers. præsumpt. i notat. in rubr. extr. de probat. ibi Philip. Dec. Bart. in l. in illa. ff. de uerbor. in l. 2. C. qui accusar. non poss. Alex. in l. 1. C. de testam. militar.

tur probatio liquidissima:[a] quando etiam ubi lex probationem per instru-
mentum requirit,[b] aut statutum desiderat liquidissimas probationes, aut
causa pœnalis ac correctoria probanda sit,[c] satis est præsumptionem legis
adferri posse:[d] sufficitq; actum à iure præsumptum eo ipso probari, quod 4
non probetur contrarium.[e] Nec huic sententiæ obstat, quod pleriq; multi
scribant, eatenus iuris præsumptionem esse probationē ueram, quatenus
lex conditionis probationem non requirat, ueluti si probaueris te filiū es-
se:[f] quasi eo casu non solum iuris præsumptio, uerumetiam uera & conclu
dens probatio facienda sit,[g] ipsaq; conditio adiecta nō per parificationem
aliquam, sed ipsa forma specifica sit implenda.[h] Nam ea sententia locum in
eo casu haber, in quo constat præsumptionem subesse, & nihilominus re-
quiri probationem,[i] ne uidelicet adiecta cōditionis probatio uideatur in-
utilis: etiamsi eiusmodi conditionis probatio fieri possit ex præsumptioni-
bus & coniecturis,[k] neq; perpetuò requiratur ut uera & cōcludens sit, pro
pterea quòd ea propè impossibilis censeatur: & in dubio accipiendum nō
sit, dispositionem legis in casu impossibili factam esse:[l] & exempla nō ob-
scura sint, ac passim extent, quib. probationes per modum conditionis exi
gantur. ueluti, si tibi constiterit, ipsum Martinum fuisse filium Ant.[m] item
si constiterit eos esse filios sacerdotum, & c.[n] & eiusmodi alia,[o] & tamen sa-
tis sit præsumptiones iuris adferri: ut hinc satis liqueat, præsumptiones iu-
ris esse propriè probationes. Et quoniam præsumptiones in ueritate fun-
dantur, ideo quod lex ita præsumat,[p] fictio autem ueritati renititur, fit ut 5
contra fictionem legis nō admittatur aliqua probatio, propterea quòd ue-
ritas aliter se habeat, ex quo propriè illa inducitur contra ueritatem.[q] Non
autem necesse habuimus hoc in loco maiorem uel usum, uel tractatū præ-
sumptionū explicare, quando nec nostra, nec superiori ætate quisquā uel
eruditius, uel ingeniosius, uel deniq; maiore cum fructu studiorum, hanc
Præsumptionum rationem explicauit, quàm D. Andr. Alciatus, uir æter
nitate gloriæ dignissimus, cuius scripta uelim in primis diligenter legi, e-
tiam animi iudicio pertractari.

a d.l. licet Imper. ubi Alex. et Ias. ff. de legat. 1. gl. in l. si tut. po tit. C. de peric. tutor.
b l. quæcunq. & l.1. C. de apochis pub. lib. 10. Bald. in l.1. C. de fideicom. Moder. in l. pactum quod dotale. C. de pactis.
c l.2. ubi Fulg. ac cæteri. C. de testam. mil.
d Bart. & Alexand. in l.1. ff. de legat. 1.
e gl. in l 2. C. de error. calcul. in l. si cred. C. de pig. act. & l. in testam. C. de testam. milit.
f l. Lucius. ibi Alexand. de condict. & demonstrat. l. filium. ff. de ijs qui sunt sui uel alien. iur. Dinus & Bart. in d. l. Lucius. & idē in l. at prætor. §. si iudex. ff. de re iudic. Bartol. in l.1. de in tractatu suo à nobis. ibi Abb. m in c. Mecha. bonorū. & l. si q gl. in ca.2. de

g Philip. Dec pulch. in repetitio. rubr. de probat. h l. qui hæredi. l. Meuius. ff. de condit. & demonstrat. fid. instrument. & iur. host. fiscal. lib. 10. i text. in d. l. Lucius. Philip. Dec. in repet. rubr. de probat. Alciat. Præsumptionum. k d. l. fil. & quæ ibi notant. c. per tuas. de probat. & l. si uicin. scient. C. de nupt. l c. de sent. excommun. Bald. in l. ult. in §. in computat. C. de iure deliber. Philipp. Dec. copiose in loco præallegat. extr. de filijs presbyt. n in c. ex tua. eod. tit. o in c. laudab. extr. de frigid. & malefic. & l.1. C. quorum tut. petit. C. de pericul. tutor. p gloss. in l. unica. §. accod. C. de rei uxor. act. Alex. consil. 158. col. ult. uol. 2. arbitr. lib. 6. Fel. in c. quanto. eod. tit. Alex. in præalleg. tit.

ARGVMENTORVM LOCOS ALIOS AD PERsonas, alios ad res siue negotia pertinere.

Cap. XXV.

1 *In cognitione locorum, unde argumenta depromantur, magnam utilitatem uersari, in omnibus negotijs explicandis: quorum alij interni sint, alij externi.*
2 *Bonis parentibus ortum, præsumi & ipsum bonum esse.*
3 *Aetatis considerationem in multis iuris articulis haberi.*
4 *Cum magna uis sit primæ educationis, multum referre ubi pupilli & pueri educentur: eamq; curam penes Præt. Rom. fuisse, teste Vlp.*
5 *Diuitem non perinde puniri solere, ac pauperem.*
6 *Definitionis usum permagnum in causis ciuilibus esse.*
7 *Argumentum ab etymologia, quando in iure recipiatur.*
8 *Iureconsultos nomen generis, formæ & indiuidui, nonnunquam confundere.*
9 *Iureconsultos substantiam ferè id nominare, quod dialectici proprium uocent.*

10 Quan-

10 Quantitatis uocabuli usus apud iurecoss.
11 Argumentum de qualitate, ualere ad quantitatem.
12 Causarum usum, atq; tractationem multiplicem apud iurecoss. esse.
13 Optima argumenta in materia præsumptionum, ac iudiciorum duci ex ijs, quæ communiter euenire solent, sec. iurecoss.
14 Argumentum de personis ad locum ualere in iure, sic de tempore ad eundem.
15 Connexorum idem esse iudicium.
16 Argumentum à paritate rationis, frequentissimum in iure esse.
17 Dissimilitudinis uitium allegãti incumbere, ut illud probet.
18 Quibus casibus argumentum à contrario sensu ductum, non ualeat.

1 Rgumentorũ loci alij ad personas, alij ad res siue negotia pertinent: & horum alij interni, alij externi sunt. in utrisque magna est utilitas, nedum in ciuilibus actionibus explicandis, uerumetiam constituendo animi iudicio, quo solo magnæ res ac causæ definiuntur.

Personarum argumenta sunt {
Genus
Natio
Sexus
Aetas
Educatio
Habitus
Fortuna
Studia
Commotio animi.

GENVS.

Magnam æstimandi iudicandiq; rationẽ præbet obseruata generis qualitas, siue de successione ab intestato, [a] siue de excusatione tutelæ, [b] siue de agnationis prærogatiua, [c] siue de moribus eorum, quorum uel uita, uel res gestæ in suspicionem trahuntur, in negotijs ac iudicijs agatur: propterea
2 quòd quædam præsumptio eum frugi filiumfamilias esse arguat, qui probis parentibus sit prognatus.[d]

NATIO.

Non leue uirtutis uel uitij argumentum adfert natio. Nam in uenditione plerunq; natio serui, ut ait Vlp. [e] aut prouocat aut deterret emptorem: atq; idcirco interest nostra, scire nationem. Præsumptum etenim est, quosdam seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamaræ: quosdam malos uideri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Et M. Tul. Cicero, exẽplo Gallorum in oratione pro M. Fonteio, Græcorum Asiaticorumq; pro L. Valerio Flacco, & pro L. Murena, docet singularum gentium proprios mores & uirtuti & uitio obnoxios esse.

SEXVS.

Etsi in ijs quæ ad iudiciorum seueritatem ac formam pertinent, nihil magni momenti habeat sexus: [f] ualde tamen arguit animorum affectionem et discrimen in uiris & fœminis. [g]

AETAS.

3 Aetas in beneficijs, [h] in matrimonijs, [i] in tutore ac curatore, [k] in testium & iudicum persona, [l] in contractibus, [m] in restitutione in integrum, [n] in delictis, [o] & eiusmodi alijs causis spectari solet.

a l. 1. & ibi gl. ff. de probat.
b §. 1. instit. de excus. tut.
c d. gl. in l. 1. ff. de probat.
d l. fil. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. §. propter. in Auth. de refer. sacr. pal. pulch. gloss. in l. quod si nol. § si plures. uers. qui mancip. in uerb. non infam. ff. de ædilitio edicto.
e in d. §. uersic. qui mancip.
f Bald. in l. iuris. C. qui admitti ad bonor. posess. poss.
g l. fœm. ff. de reg. iur. l. in medijs. ff. de statu hominum. & l. 1. ff. de stat. hom.
h Bald. in l. cum te. C. de prob.
i Spec. tit. de dispens. impub.
k tot. tit. de administ. tutel.
l Specul. tit. de iudic. deleg. §. 8. uers. item quod minor. & tit. de testib.
m Bald in l. si minor. C. de in integr. restit.
n tot. tit. ff. de minor. 25. an.
o l. infam. ff. de sicar. l. quod infans. ff. de rei uend. l. post legat. §. ætat. ff. de ijs quib. ut indig. Bald. in l. Polla. C. eo. t.

EDVCATIO.

Cum omnis ratio atque institutio uitæ communem hominũ societatem
desideret, nihil etiam ad effingendos mores efficacius fingi possit, prima si
la educatione, cuius ea uis atque potestas est, ut uitiosam alioquin naturã uel 4
immutare, uel corrigere queat: non leuia morum experimenta adferunt, e-
ducatio, disciplina, & uirtus. nam Vlp. refert,[a] Prætorem solere frequentis-
simè adiri, ut constituat ubi filij uel alantur, uel morentur: non tantum in
posthumis, uerùm omnino in pueris: & solere ex persona, & ex conditio-
ne, & ex tempore statuere, ubi potius alendus sit, & nonnunquam à uolun
tate patris recedere.

HABITVS.

Habitus & animi & corporis est, & magnam præsumptionem adfert.[b]
Ducitque ab eo insidiarum argumentũ Cicero, in Oratione pro A. Milone.

FORTVNA.

In fortuna, diues an pauper quis sit, spectatur, non solũ in ciuilibus cau
sis, uerum etiam delictis: quando & diues non perinde cauere aut puniri 5
solet, atque pauper.[c] continetque hic locus personæ qualitatem, quæ & ipsa
non leue discrimen facit.[d]

STVDIA.

Studia docent, quibus uel dignitas, uel honos, uel fides adhibenda: uel
qui infames, & à iudicij foro arcendi sint.[e]

COMMOTIO ANIMI.

Cicero in Oratione pro P. Sylla monet, omnibus in rebus, quæ maio-
res grauioresque sunt, quid quisque uoluerit, cogitauerit, admiserit, non ex cri
mine, sed ex moribus eius qui arguitur, esse ponderandum. reus factus est,
spectandum fore: neque enim quenquam nostrûm fingi, aut cuiusquam ui-
tam, uel naturam mutari repentè posse: nec dubium est, quin animorũ affe
ctiones, ueluti ira, ambitio, misericordia, & illiusmodi aliæ, frequenter su-
spicionem aut augeant, aut minuant.[f] Ad hæc personarum argumenta, si
quis facta, consilia, proposita, uoluntatem, & alia eius generis addere ue-
lit, per nos licebit.

ARGVMENTA RERVM.

Argumenta rerum multiplicia sunt, eorumque locos, alios internos, in ip
sis rerum neruis atque uenis inhærentes, alios externos facit, præter Cicero-
nem in Topicis, Rudolphus Agricola.

DEFINITIO.

Definitio breuis & circumscripta est oratio, qua quid sit res explica-
tur. Huius usus magnus est in ciuilibus ac forensibus causis, etiam sacris
literis. Hinc enim illæ regulæ, omnis bona definitio cum suo definito con- 6
uerti debet.[g] Item, cuicunque non conuenit definitio, eidem quoque non
conuenit definitum.[h] Sed ea tamen est uel nominis, quæ sola ἐτυμολογία si-
ue enarratione constat, ne uocabulo nominis πολυσήμων, decepti in ἀμφιβο-
λίαν labamur: uel rei, quæ suis partibus, causis, & naturalibus conditioni-
bus exponitur: constatque ex genere & differentia. Ac proinde cum huius
posterioris definitionis non una, sed uaria forma apud dialecticos sit, uo-
luerunt ijdem certos uocũ ordines ceu classes efficere, ex quib. necessariò
eruerentur pronũciata, cuiusmodi sunt genus, species, differentia, propriũ
& accidens. Porrò argumentum à ui nominis, siue etymologia, si cum de 7
finitione non pugnet, aut ad nomen proprium non referatur, in iure rece
ptum est, maximè si negatiuè inferatur.[i]

GENVS

a in l.1.ff.ubi pupil. educ. uel morari debeat.
b Bald. in l. direct. urbis. C. de testam. manum. Ang. in l. itẽ apud. §. si quis uirgin. ff. de iniur. fac. l.2. ibi Bart. C. si seruus. export. uenia.
c Bal. in l. uerò. C. de sum. Trin. et fid. cath. Spe. in §.14. uer. quid si barr. de instrũ. edit. l. sciend. ff. qui satisd. cog. et Alex. in l.1. et l. Spec. in t. de accus. uers. item excipitur.
d l. aut fact. §. pers. ff. de pœn.
e c. ex stud. de præscr. et in l. is qui. §. diu. ff. de tut. et curat. tot. tit. ff. de uar. & extraord. cogn. item de ijs qui in fem. not. itẽ nat. camp. stabul. ut recept. rest. l. de sert. §.1. ff. de re mil. l. non om. §. à barb. ff. e. t. & l. tutor quoq. §. quandoq. ff. de suspect. tut.
f l. quod cal. ff. de regul. iur. l. si non conni. C. de iniur. l. si quen. ibi Bald. C. de episc. & cler. & 1. q.1. c. nul. l. diuus Marc. ff. de off. præsid. l. 1. à dement. C. de episc. aud.
g l.1. §. dol. ff. de dolo malo.
h l.2. §. appell. & ibi doct. ff. si cert. petatur.
i l.1. ff. de fide instrum. et l.2. §. appel. si cert. petat. ibi doct. et in l.1. ff. de acquir. poss. & in l. om. pop. ff. de iust. & iur. pulch. Alci. in l. Taber. ff. de uerb. & rer. signif. Felin. in rubr. de fide instrum. Alexan. in l.3. ff. de iurisdict. om. iudic. Bart. in rubr. ff. solut. matrimon. Ias. in l.1. de acquir. poss.

GENVS.

Genus commune nomẽ est, pluribus specie differentibus. Eius infirma est ad demõstrandam speciem probatio, firmissima autem ad refellendam; ac proinde à genere tantum negatiuè argumentamur. ut quod contractus non est, idem nec locatio, nec uenditio, nec emptio esse potest. Nisi fortè uniuersalem particulam generi addamus: ueluti, Omnia animantia naturæ
8 coniunctionem appetunt, Igitur & homines.[a] Iurisconsulti, generis, formæ & indiuidui nomen nonnunquam confundunt.[b]

SPECIES.

A' specie, quæ impressa quædam rei imago, siue notio est, ad genus affirmatiuam tantum argumentationẽ formamus: ut, Iustitia est, Igitur uirtus.[c] Nam posita specie, ponatur & genus oportet.[d] Hinc illa axiomata: In toto iure generi per speciem derogatur.[e] Item, Nõ permittitur in genere, quod in specie denegatur.[f]

DIFFERENTIA ET PROPRIVM.

Differentiam dialectici uocant propriam rei notam, certam cum genere speciem constituentem. Proprium uerò quod omni & soli, & semper competat, quasi certũ speciei officium. Sic enim potestas gladij ad animaduertendum in facinorosos homines, separat merum imperium à mixto:[g] adiuuaturq; ipsa illa definitio diuisione, quæ in quadam uerarũ differentiarum egestate demonstrat quàm uaria & multiplex sit eius rei, quę definitur, natura: eaq; frequenter utitur iureconsultus.[h] item partitione totius in partes: & enumeratione, quam alij distributionem appellant.

TOTVM ET PARTES.

Sicut à toto integrali affirmatiuè ducta argumentatio ad partem principalem probationis fidem facit: utputa, Aedes sunt, Igitur & solũ & superficies:[i] ita contrà, si negatiuè ad partem minus principalem deflectatur, infirma admodum est argumentatio: ut, Nauis non est, igitur nec artemon.[k]

CONIVGATA.

Coniugata dicuntur, quæ in eandem uerborum συζυγίαν cadunt, ut hæres hæreditas: & magnam cum etymologia cognationem habent, etiamsi non creber horum sit usus in argumentationibus. Exemplum horum esse poterit: Hæres succedit in uniuersum ius defuncti,[l] Igitur hæreditas successio est in uniuersum defuncti ius.[m]

LOCI QVI CIRCA SVBSTANTIAM SVNT.

Loci interni, qui circa substantiam sunt, uulgò prædicamenta appellantur, tanquam communes quidam loci, siue incomplexorum terminorum series, ac quędam ueluti definitionum supellex: ab alijs genera dicta, quòd ex his certorum uocabulorum sensus gignantur: cuiusmodi sunt substantia, quantitas, qualitas, πρός τι, ubi, quando, situs, habitus, actio, passio.

Inter omnes aũt uoces primum nomen est Ens, cui substantia, quã οὐσίαν Græci, Plaut. essentiã, Rodolph. subiectũ appellat, subijcitur, & item adiacentia: ac proinde dialectici classes Categoriæ substantiæ constituunt. Iu-
9 reconsulti substantiam ferè dicunt, quod propriũ dialectici uocant. Sic de mutui substantia est, ut mutuũ dantis sit, & accipientis fiat:[n] ut non eadem species, sed idem genus redditur:[o] & de substantia condictionis indebiti primùm est error,[p] secundò ut in accipientem transferatur, quãdo rem suam condicere nemo potest,[q] postremò ut error probetur.[r]

QVANTITAS.

Adiacentium locus primus est quantitas, secundum quam æquale quic-

quam

a l.1.§.ius nat. l.ut uim ff.de iust.& iure.
b in l.2.§.mutui.ibi Bald.ff.si cert.petat.& l.Meuia.ff.de legat.2.§.duob. et l.1.§.gene.ff.de acquir.poss.
c l.iust.ff.de iust.& iure.
d l.si quid uer. §.inter empt.ff.de legat.3.l.per seru.§ si usufr.ff.de usu & habitatio.
e l.in tot.de reg.iur.
f l.spem præmior.C.quæ res pig.oblig.poss.
g l.imper.ff.de iurisdic.om.iud.
h in l.sum.et l.& seruor.ff.de statu hom.& l.sum.rer.l.quædam natur.iur.ff.de rer.diuisio.& passim.
i l.qui ædes.ff.de usucap.l.solũ.ff de rei uend.l.dic profer.§.si plur.ff.de arbit.l.si quis cum tot.ff.de re iudi.Bald.in l.cbuerntic.C.de episc.et cler.per l.1.ff.de pact.
k l.malũ.ff.de uerb.sign.Bald.in l.1.C.de hær.instit.Bart.in l.per fund.& ibi gl.ff.de seruit.rustic.prædior.
l l.cum hær.ff.de diuers.et temporal.præscrip.
m l.hær.ff.de reg.iur.l.nihil.ff.de uerb.sign.
n l.2.§.appel.ff.si cert.pet.
o l.mutuũ.e.t.
p l.1.& 2.ff.de condict.indebit.
q l.ult.ff.usufruct.quomodo amittat.
r l.cum de indebito.ff.de probatio.

quam dicitur, aut inæquale, maius aut minus, uelox aut tardum. Ab hac loci eiusmodi sumuntur. Quantitas in specie debita, perit periculo creditoris.[a] Item quantitas pro specie non potest reddi.[b] Item sola quantitas nõ facit differre speciem.[c] Item incertitudo quantitatis uitiat actum.[d] Et ut Claudianus in l. aut facta, uersic. quantitas. ff. de pœnis, refert, quantitas discernit furem ab abigeo. Nam ut ille ait, qui unum suem surripuerit, ut fur coercebitur: qui gregem, ut abigeus. 10

QVALITAS.

Qualitas est, qua similia & dissimilia discernuntur: cuius ut species quatuor facit Aristoteles, ita ea oẽs cùm animi tum corporis ẽfor, actionumq́ formas complectitur, ualetq́ argumentum de qualitate ad quantitatem,[e] & noti sunt hi loci. Non entis nullæ sunt qualitates, uel sine subiecto qualitas esse non potest.[f] Item ubi aliquid qualificatum requiritur, nõ sufficit illud simpliciter interuenire.[g] Item qualitas adiecta uerbo, intelligi secundum tempus uerbi debet.[h] Adfert in hanc rem pulchram in primis declarationem Claudian. in l. aut facta. uersic. qualit. ff. de pœna. 11

ACTIO ET PASSIO.

Actio nihil aliud est, nisi relatio ad id quod patitur. Passio uerò, actionis effectus. Huius formæ sunt generatio & corruptio, quæ substantiæ insunt. Augmentatio & diminutio in quantitate, alteratio in qualitate uersatur. Magnam hic locus prudentiæ ingenijq́ uim complectitur: docetq́, quæ sit hominum natura, officiũ & affectus. Hinc sic argumentari licebit, Mendacium impedit exceptionẽ dominij in interdicto possessionis adipiscendæ,[i] planeq́ cum dolo confertur.[k] Probi igitur hominis non est mentiri.

LOCI EXTERNI SVNT causarum & euentorum.

12 Valde prodest, causas earum rerum omnium, de quarum ui ac natura quæritur, animo pertractatas habere: nec ulla ferè causa est, in qua nõ magnus utriusq́ huius loci usus requiritur. nam ut iurisconsulti asserunt, Causa proxima magis attenditur, quàm remota.[l] Item omne ius potentius est in causa, q̃ in causato.[m] Et fauorabilius semper est causatum propinquius, quàm remotius.[n] Item causatum tanto dignius, quanto à digniore causa procedit.[o] Et in ijs controuersijs, quæ coniectura excutiuntur, suspicionẽ arguunt uoluntas & potestas, quãdo illa ex fine, hæc uerò ex efficiente colligitur. Item cessante causa, cessat & effectus.[p] Et facti indignitas solet ex causa uel augeri, uel extenuari: in quam rationem pulchra in primis sententia extat apud Claudium iureconsultum.[q]

Est autem causa, cuius ui effectus sequitur. Eius genera ab Aristotele ponuntur, Efficiens, materia, forma, finis.

EFFICIENS.

Efficiens motum præstat, atq́ operam rei faciendæ. Ab eo sic argumentamur. Quorum efficientes causæ honestę sunt, ipsa quoq́ honesta sunt: Iustitia ius suum unicuiq́ tribuit,[r] sequenda igitur: Turpitudo infamiam irrogat,[s] fugienda igitur. Item causa cognoscitur ex effectu,[t] dummodo habeatur effectus.[u] Infirmum est argumentum, si ex alijs quoq́ causis, idem fieri possit, Fortitudo efficit, ne mortem extimescamus: Sed non quisquis mortem despicit, uir fortis censendus erit.

MATERIA.

Materia est subiectum, ex quo aliquid primum generatur, & in quod ultimum corrumpitur. Maxima propositio in ea est: Perempta materia, perimi-

a l. si cert. & ibi Bartol. ff. de uerb. oblig.
b Bart. in l. 2. §. mutui. ff. si cert. petatur.
c l. ult. ff. de fu. instruct.
d l. cum pot. §. gener. ff. de iur. dot. l. ita stipul. de stipul.
e l. si seru. §. 1. & l. si de quali. de act. empt. & uenditio.
f l. 4. de act. emptio. l. 1. de hær. uendit.
g l. Fulcin. §. 1. ex quib. caus. in possess. eat.
h l. Titius. de milit. testam. l. in delict. §. si extraneus ff. si ex noxal. caus. agat.
i Bart. in l. ult. ff. de rei uendic.
k Alexand. in l. qui sit fals. ff. de fals. & Moder. in l. quis sit fugitiu. §. idem Cel. ff. de ædil. edict.
l l. leg. ad finẽ. de legat. 3. l. si plures. §. in arrogato. de uulg. & pupill. substitut.
m l. digna uox. C. de legib.
n l. sum quoq. de hæred. instit. l. public. §. 1. de conditio. & demonstrat.
o l. restit. ad fi. cum gl. C. de aduoc. diuers. iud.
p c. cũ cessant. de appell.
q in l. aut fact. ff. de pœn.
r l. 1. ff. de iust. & iure.
s tot. tit. de ijs qui infam. not.
t l. non codicil. C. de testament.
u l. 3. C. de institut. & substitutio.

perimitur & effectus. Furioſus iudicio caret, igitur rempubl. adminiſtrare non poteſt. Materia tamen & materiatum cum ſint diuerſa, nō poteſt aptè & propriè de uno ad alterum inferri.[a]

FORMA.

Forma adeò materiam induit ac ueſtit, ut ſi ab ea diuellatur, eam propè deſtruat, referente Vlp.[b] Ac proinde rectè dicitur, Perempta forma, quantumuis non mutata materia, rem tamen aliam, quàm prius fuerit, iudicari. Ergo ſi ſculpti calicis mutata forma reſtituatur, non liberatur debitor.[c]

FINIS.

Finis eſt, cuius gratia res fit. Maxima propoſitio eſt: Bonum eſt hoc ipſum, cuius eſt finis bonus. Optimarum legum finis eſt, iuris conſeruatio. Ergo bonæ atque expetendæ. Iureconſulti ſic argumentantur: Quæ ad rei cuiuſdam finem deſtinata ſunt, ea omnia ei cedere debent.[d]

EVENTA.

Euenta cauſarum impulſu accidunt, pertinentq́ ad cōſtituenda iudicia, in omnibus cauſis ac rebus. nam ſtatum rei dubiæ, euentus plerunq́ ſemper declarat.[e] Et fruſtra illud expectatur, cuius nullus futurus eſt euentus.[f] Claudianus ſanè alicubi ſcribit, euentus rerum, etiam in ijs quæ à clementiſſimo homine facta ſunt, ſpectari ſolere.[g]

ANTECEDENTIA ET CONSEQVENTIA.

Antecedentia & conſequentia ex cauſarum & euentorum locis trahuntur, eam'que uim habent, ut ſi antecedens ſit uerum, rectèq́ inferatur, conſectaneum ſit & conſequens:[h] ut ſi cui iuriſdictio data eſt, conceſſa omnia uidentur, quibus ea explicatur.[i] Hinc ſumuntur illi loci argumentorum: Conceſſo antecedente, conceditur & conſeques.[k] Remoto antecedente, omne eius conſequens remouetur.[l] Item, deſtructo conſequente, deſtruitur & antecedens.[m] Rectiſſimè ſanè ab antecedentibus ad conſequentia argumentamur, cum membra neceſſariò cohærent: ut ſi dicamus, Abrahā fide iuſtificatus eſt, Ergo credidit: Pamphilus legum ſcientiſſimus eſt, Er-
13 go ſtudia ſua non malè impendit.[n] Huc etiam pertinent illæ ſuſpiciones, erubuit, titubauit, delituit: & quod iureconſulti referunt, optimum argumentum in materia præſertim probationum, præſumptionum & iudiciorum ducitur ab ijs quæ communiter euenire atq́ accidere ſolent.[o] Ac proinde Vlpianus ſcribit,[p] Si nummos meos tuo nomine dedero, uelut tuos, abſente & ignorante te, acquiri tibi condictionem: cum quotidie credituri mutuam pecuniam ab alio poſcamus, ut noſtro nomine creditor numeret futuro debitori noſtro.

APPLICITA.

Inter applicita numerantur, locus, tempus, & cōnexa, tria uidelicet prædicamenta. Locus uarios habet flexus. Hinc illę poſitiones: Actus eo in loco factus uidetur, in quem eius confertur effectus.[q] Omne item locatū, debet eſſe ſuo loco proportionatū:[r] factūq́ locus referente Claudio,[s] ut idem uel furtum, uel ſacrilegium ſit, & capite luendum, uel minore ſupplicio. Va
14 letq́ argumentum de perſonis ad locum: ut quemadmodū turpe eſt eum qui ius populo dicit, in lupanari uerſari, ita & ibi ſententiam dicere.[t]

TEMPVS.

Tempus, ut Claudius refert,[u] diſcernit emanſorem à fugitiuo, & effractorem uel furem diurnū à nocturno. Receptumq́ iure eſt argumentum à tem-

D

a l. ſi conuen. §. penult. ff. de pignor. act.
b in l. Iul. §. ſi quis rem. ff. ad exhibēd. l. Seia. §. item quær. ff. de auro & argent. legat.
c d. §. ſi quis rem.
d l. etſi non ſit. §. peruen. ff de auro & argent. leg. l. cæt. §. p a. ff. de legat. 1.
e l. iure noſtro. §. ult. de teſtam. milit.
f l. cum hær. §. 1. de acquir. hæred. l. al. quādo. ad Senatuſconſ. Velleia. l. ſi quis ita ſcripſerit. de hæred. inſtit.
g l. aut facta. § euentus quoq́. ff. de pœn.
h Bald. in c. cū ex offic. de præſcriptionib.
i l. 2. ff. de iuriſdict. om. iudic.
k d. l. 2. ff de iuriſdict. om. iud.
l l. uen. ff de uētre adluq́ priuato.
m l. apud antiquos. C. de furt.
n Bald in l. neque natal. C. de probat. & l. neque. la. 1. C. de nupt.
o Bald. & Im. in l. ult ff de hæred. inſtit & d. l. neq́ Natal. C. de probat. gloſſ. & Bald. in l. ſi dotem. C. de iur. dot. & in l. conuentic. C. de epiſcop. & cler. & in Authent. habita. C. ne filius pro patr.
p in l. certi condict. §. ſi nummos. ff. ſi cert petat.
q l. contrax. de act. & oblig.
r l. Titia. §. ult. ff de aur. & argento locat. l. frument. C. de ſuſcepto. lib. 10.
s in l. aut facta. ff. de pœn.
t diſtinct. 1. de conſecrat. l. cum ſentent. C. de ſent. & interlo. om. iudic.
u in d. l. aut facta. ff. de pœnis.

à tempore ad locum,[a] item ad personas,[b] & econtrà de personis ad tempus
atque res, ualere.[c]

CONNEXA.

Connexa dicuntur, quæ nec rei insunt, nec sunt causa rei, nec eam circũ-
stant, ut adiacentia: sed extra rem sunt, à qua denominationem accipiunt,
ut diues, inops, peregrinus. Horum argumenta ita ferè sumuntur. Cohæ-
rentia eiusdem iuris habentur, cuius sunt ea quibus adhærent.[d] Vel ut bre
uius dicatur, De cohærentibus & contiguis idem est iudicium:[e] quemad-
modum dicimus, Connexorum idem est iudiciũ.[f] Exemplum eius in hæc 15
uerba adfert Vlpian.[g] Eum actum quem quis in seruitute egit, manumis-
sus non cogitur reddere. Planè si quid connexum fuerit, ut separari ratio
eius quod in seruitute gestum est, ab eo quod in libertate gessit, nõ possit:
constat uenire ut iudicium uel mandati, uel negotiorum gestorum, etiam
quod in seruitute gestum est.

FACVLTAS. MODVS.

Sunt, qui his addunt facultatẽ, quæ ferè indicat potestatem eius de quo
quæritur, faciendi aut non faciendi, cui & instrumentũ apponunt: & item
modum, quo præcipuè coniectura, qualitas, & eiusmodi etiam rerum cir-
cumstantiæ explicari solent. ac proinde receptum quoque est, ut quamuis ar
gumentum duci soleat ab æquipollentibus, ut aiunt,[h] præcipuè si uel ea-
dem, uel maior etiam ratio hoc postulet: tamen ubi modus uel considera-
tur, uel requiritur, non admittitur æquipollens.[i] Nam ut Paulus in hanc
rem asserit,[k] Qui hæredi dare iussus est, seruo alieno instituto, nõ domino
dare debet. nam etsi alio hærede instituto iussus est seruo Titij dare, ipsi ser
uo datur: quia quæ facti sunt, non transeũt ad dominum. quemadmodum
si mihi aut seruo Titij stipulatus sim, non Titio, sed seruo eius dari potest,
& hæc uera sunt. Porrò in dubio modus potius præsumitur, quàm conditio.[l]

COMPARATA.

Comparata quibusdam adiuncta, alijs uerò comparatiua dicuntur, quo
ties maiora ex minoribus, minora ex maioribus, paria ex parib. ducuntur
argumẽta. Apud Terentium tale est à maiore: Nam qui mentiri aut fallere
insueuerit patrem, aut audebit, tanto magis audebit cæteros. A' minore ad
maius, tale est apud Imperatorẽ:[m] Si alienatio rerum ecclesiæ prohibita re
ctè est, multo magis prohibetur ipsius monasterij alienatio. Item: Si turpi
tudo, inquit Cicero,[n] in corporis deformitate aliquid habet offensionis,
quanta illa deprauatio & fœditas animi turpificati uideri solet? A' pari 16
tale est: Si abstinentia est uirtus, & continentia, estque uulgare argumentum
à paritate rationis.[o]

SIMILIA.

Iisdem ex locis similia ducuntur, quibus & comparata, nempe ab ante-
cedentibus, consequentibus & adiunctis: quorum exempla passim apud
Ciceronem & Erasmum Roterodamum, in hanc rationem collecta extãt.
Quanquam autem hæc argumenta à similibus, infirma sæpe sunt ad pro-
bandum, cum nulla adeò rei similitudo alteri per omnia conueniat: uim ta
men probationis habent, quotiens similem quandam rationem, aut etiam
maiorem ijs quæ in iudicium deducuntur, uel adferunt, uel naturali qua-
dam æquitate, id quod infertur, comprobant:[p] alioquin si dissimilia infe-
rantur, nulla planè eorum erit probatio.[q] Abbas tamen scribit, ei qui dis- 17

similitudinis

a l. uinum. & ibi Bartol. ff. si cert. pet. et l. miles. ff. de testam. milit.
b l. qui plur. ibi Bart. & doct. ff. de uulg. & pupil. substit. Bart. in d. l. mil §. & quia diximus. ff. de testam. militar. Bald. in d. l. conuenticulam.
c Bald. in l. precib. C. de impuber. et alijs substitut. & in d. l. conuentic.
d l. quæ religiosis. ff. de rei uendicatio.
e c. unicum. de consec. eccles. libro 6.
f l. cum actum. ff. de negot. gest. c. translatio. de constitut.
g in d. l. cũ act.
h Bald. in l. cõuenticul. & in l. apud antiquos. C. de furtis.
i l. qui hæredi dare. de condit. & demonstrat.
k in d. l. qui hæredi dare iussus.
l l. quæro. §. inter. ff. locat. Bartol. in l. cum mota. C. de transact.
m in Auth. sicut alienatio. & Auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. gl. & Cardinal. in clem. 1. de relig. & uener. sanct.
n Lib. Offic. 1.
o glos. Bald. et Im. in l. socer. ff. solut. matri. Bartol. in l. om. populi. ff. de iustit. et iur. Bal. in d. l. conuentic. C. de episcop. & cler.
p doct. in l. 1. ff. de offic. eius cui. & l. 1. C. de interdict. & l. conuentic. C. de episc. & cler. Bald. in l. apud antiquos. C. de furt. & in c. ad hoc. uers. item nota quòd arg. de pac. iuram. firmand.
q l. naturaliter. §. 1. ff. de acquirend. possess. l. ultim. ff. de calumn.

similitudinis uitium allegat, incumbere, ut intentionem siue exceptionem suam probet.[a]

REPVGNANTIA.

Repugnantia sunt, quæ in eodem subiecto simul existere non possunt, ut uirtus, uitium, pax, bellum: eaq; diuiduntur in opposita & differentia. Opposita certam & natura sua destinatam habẽt repugnantiam, quorum species siue formas quatuor facit Aristoteles, ueluti contraria, relatiua, priuantia, contradicentia.

CONTRARIA.

Contrariorum eandem esse disciplinam, uulgò receptum est:[b] ualetq; argumentum à contrario sensu ductum, non solum in legibus scriptis, uerum etiam statutis,[c] cum hac tamen distinctione, nisi eiusmodi foret contra casum legis ac scripti iuris:[d] aut eiusmodi argumento ipse statuens iudicari posset, in pœnam incidisse,[e] aut prauus aliquis intellectus rerumq; absurditas inde inferretur:[f] aut diuersum iure scripto definitũ foret:[g] aut denique statutum interpretationem nullam recipiat,[h] sitq; in prohibitiua siue negatiua forma conceptum.[i] Et sanè notæ sunt illæ contrariorum regulæ, in omnibus causis ac rebus receptæ: nempe, Contraria simul in eodem esse non posse.[k] item, Ad positionẽ unius sequitur remotio alterius.[l] Et, à contrario sensu dispositum in directo sensu, oppositum arguit in contrario.[m] Item, qui unum negat, alterum affirmare uidetur,[n] & econtra.

RELATIVA.

Relatiua, quæ sine collatione esse non possunt, ut pater filius, dominus seruus: hanc uim habent, ut inde argumenta duci queant.[o] Propria eorum natura est, ut relationi respondeat suum correlatiuum.[p] Et quod in correlatiuorum altero cauetur, in utroque cautum esse caueatur.[q] Ac proinde quarum artium doctrina prohibetur, earum etiam studium damnatur.

PRIVANTIA.

Priuantia eum habitum abesse indicant, quem natura adesse uoluit: Cæcus est, ergo nihil uidet. Vulgò que dicitur, quod priuatio præsupponat habitum.[r]

CONTRADICENTIA.

Contradicentia nunquam simul esse possunt uel uera, uel falsa: ut, si Euangelium est uirtus Dei in salutem omni credenti, id quod sine ulla dubitatione uerum est:[s] consequens est, idem pertinere ad perditionem omnium eorum qui non credunt.

DIFFERENTIA.

Differentia non sibi ex opposito planè repugnant, sed substantijs inter se sunt dimota, tanquam medij quidam colores: quorum ut difficilis ratio non est, ita poterit maior horum omnium explicatio peti à Dialecticis.

a in cap. constitutum. in apellatio. & probat Lud. Pon. in l.4.§. hæc autem. ff. de damn. infect. Alexan. in l. iura. ff. de legib. Specul. pulchrè tit. de disputatio. & allegatio. §. post hæc. uersic. item.
b gl. & doct. in rubric. de acquir. possess.
c l.1. ibi Bartol. & Alexan. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdict. Baldus in l. conuenticulam. C. de episc. & cleric. doct. in l. si uerò. §. de uiro. ff. solut. matrimon. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dotalit. et l. quæ testamẽt. §. mulier. ff. de testament.
d gloss. in ca. cupient. §. quod si per 20. de electio. lib. 6. Baldus in l. si quis. C. de furt. Felin. in cap. à nobis. de sentent. excõmun. & in cap. signific. de for. competent.
e gloss. in clemẽt. 1. in uerbo, forma. de usur. Alexand. in l. si cum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis caut. dat.
f l. cum patrem. ibi Bartol. & Bald. C. de conditio. infert. & in d.l. apud antiquos. C. de furtis. Cardinal. in clem. 1. de Iudæis.
g gloss. sing in clem. 1.§.1. & ibi Cardinal. quæst. 21.
h Bald. in d.l. cum patrem.
i Bald. in Authent. ad hæc. C. de usur.
k l.1.C. de furt. l. Mutuus. ff. pro socio.
l in l. si inter. de exceptio. rei iudicat.
m l.1. ibi doct. ff. de off. eius cui mand. est iurisdict.
n c. nonne bene. de præscriptio. l. ait prætor. §. sed quod Papinianus. ff. de minoribus 25. ann.
o Baldus in l. cum dotem. C. de iur. dot. & d.l. conuenticulam. & in Authent. habita. C. ne filius pro patre.
p l. si cum dies. §. penult. ff de arbitr. l. Iulian. §. si procurator. ff. de act. empt.
q Bart. in l. ult. ff. de accept. dilat. 1. l. culp. C. de malefic. & mathem.
r l. decẽ. de uerbo obligat. l. manumissiones. de iustit. & iur. l. 1. §. cæterum. ff. quib. mod. usufruct. amitt. Bald. copiose in l. mouetor. C. si seruus. export. ueniat.
s Paulus Apostolus ad Romanos.

DE EXEMPLIS. CAP. XXVI.

1 *Iudicem debere sententiam ferre, non imitatione exemplorum, sed iure ac legibus confirmatam.*
2 *Plurimum tamen quoque autoritatis exempla habere ad probandum, ex ueterum monumentis desumpta.*
3 *Propterea hodie mulieres in quæstionibus criminis læsæ maiestatis audiri, exemplo Fuluiæ coniurationem Catil. detegentis.*



Tsi ad integri iudicis religionem pertinet, ut omnibus in cau
sis iudicium faciat, sententiamq; dicat, non ulla exemplorum 1
imitatione, sed scriptis legibus ac iure conformatam: [a] neque
tam id quod ab aliis præiudicatum, uel gestum est, spectet,
quàm id quod rectè ac legitimè fieri debebat: [b] habeatq; in
consilio leges, iudiciorum seueritatem, æquitatem, & rerum quæ gestæ di-
cuntur ueritatem, etiam conscientiam rectam. [c] Et diuus Hieronymus ali-
cubi scribit, [d] non oportere exemplo Matthiæ Apostoli, uel quod Ionas
propheta sortè deprehensus, temerè credere sortibus. magni tamen artium
scriptores uoluerunt artificialis probationis partē tertiam facere, quæ Græ
cis παράδειγμα, Latinis exemplum dicitur, propterea quòd ea in primis uti-
lis quædam sit uel ad uitæ institutionem, uel ad retinendam doctrinam pu
blicam commemoratio. Habent enim exempla, ex uetere memoria, ut il 2
le ait, [e] & monimentis & literis desumpta, plurimū autoritatis ad proban-
dum, & iucunditatis ad audiendum: neq; uirtus est ulla, cuius non pluri-
ma documenta peti ex exēplis poterunt. Itaq; Pomponius, [f] exemplo Re-
mi à fratre suo Romulo occisi uetat, ne quis uel muros uiolet, uel transcen-
dat scalis admotis, aut qualibet alia ratione. Et Paulus [g] exemplo Pelopon
nesiæ, aliarumq; Aegypti & Alexandriæ mulierum, quæ eodem tempore
liberos quatuor enixę dicuntur, præcipit, posthumo omnia iura integra in
tempus nascendi reseruanda esse. Sed & Papinianus, [h] scriptum tel iquit, 3
in quæstionibus læsæ maiestatis mulieres audiendas esse. Coniurationem
siquidem, inquit, Lucij Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tull. Consu
lem in iudicium eius instruxit. quemadmodum & Triphonius quoq;, [i] e-
xemplo Ciceronis de Milesia quadam muliere, quæ ab hæredibus secun-
dis, accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, docet, rei ca
pitalis eam damnari debere, quæ prægnans uisceribus suis uim intulisset:
ut hinc non obscurè appareat, quantam rerum probationumq; uim habe-
ant exempla: ad quæ etiam insignes sententiæ, χρεῖαι, ἀποφθέγματα, γνῶμαι
καὶ παροιμίαι, & si qua alia sunt, poterunt referri. [k]

a l. nem. iudex. C. de sent. & interloc. om. iud.
b d. l. nemo. et l. sing. C. de accus. l. sed licet. ff. de off. præsid.
c d. l. nemo iudex. ad fi. C. de sent. et interloc. om. iud. & l. singul. ad fin. de accus. l. illicit. §. 1. ff. de off. præsid.
d in Ioan. et habet. 26. quæst. 2. c. non stat. & c. non exemp. fac. 2. quæst. 3. c. monomach.
e Cic. lib. 2. accusat. in Verr.
f in l. ult. ff. de rerum diuisio.
g l. antiqui. si pars hær. pet.
h in l. in quæstion. ff. ad l. Iuliam maiest.
i in l. Cic. ff. de pœnis.
k c. etsi Iudæ. de Iud. l. solent. §. ult. ff. de offic. præsid. l. si chorus. de legat. 3. de consecrat. distinct. 5. c. ne tal. c. quemadmod. de iureiurand.

CVM VNIVERSA VINCENDI SPES IN VERIS argumentationibus sit posita, cognoscendæ earum formæ erunt iurisprudenti. Cap. XXVII.

1 *Argumentationem in definiendis causis omnium maximè conducere.*
2 *Quod ipsum à simili ostenditur.*
3 *Dialectices præcipuus usus quis sit.*
4 *Enthymematis fortem probationem esse solere.*



Ialectices partes cum sint, Inuentio, quæ locorum ordinem:
iudicium, quod prædicabiles uoces & κατηγορίας: argumen-
tatio, quæ syllogismorū figuras ac modos complectitur: nul- 1
la autem harum partium tantum neruorum atq; lucis in cau-
sis, iure, æquitate ac legibus definiendis adferat, quantum ar-
gumentatio, propterea quòd in ea uniuersa propè uincendi uis consistit:
cogno-

2 cognoscendæ sanè argumentationum formæ erunt iurisprudenti. Nam quemadmodum turbati exercitus, etiamsi militum copia affluant, in sua uiscera ruunt, nisi certo ordine retineantur: ita argumenta passim sparsa, & tanquam auulsa membra, nisi appositis argumentationibus contexantur, fluunt dissoluta: nec solum causam non communiunt, uerumetiam dissoluunt. Sunt autem argumentationum formæ, à dialecticis ualde ingeniosè, à nobis etiam superioribus annis, rudi (ut aiunt) Minerua, in studiosę iuuentutis usum conscriptæ. Nec ferè quisquam est, qui quidem liberaliter sit doctrinæ studijs institutus, qui non syllogismorum partes animo & me
3 moria habeat pertractatas. Et cum dialectices usus præcipuus hic sit, ut certo animi iudicio uerum à falso discernamus: magnopere cauendum erit, ne uel pugnantia, uel opposita dicamus. Vulgò enim dici solet, Oppositorum eandem esse dispositionem per contrarium.[a] Item, idem operari oppositum in opposito, quod propositum in proposito.[b] Et, Opposita iuxta se posita, magis elucescere.[c] Ad syllogismum tamen proximè accedit enthymema, tanquā imperfectus syllogismus, ex maiore, uel minore propo-
4 sitione, & conclusione constans. Huius fortis esse solet probatio: ueluti, Qui pro tribunali cognoscit, eum nō solum integrum & constantem esse, sed domitas quoque affectiones habere oportet:[d] Ferendus igitur non est, cuius animi motum uultus detegit. Inductio, quam Græci ἐπαγωγὴν uocant, uniuersus est syllogismus, siue ratiocinatio: quæ ex multis singularibus partibus, unā aliquam propositionem uniuersalem colligit, usitatior rhetoribus quàm dialecticis: quemadmodum & exemplum, quod ex enthymemate nascitur. Complexio Græcis διλήμματον uocatum, plurimum uirium habet in refutandis testium professionibus.[e] Enumerationis uis ea est, ut collatis omnibus partibus aduersarij actionem premat: & econtrà, si unum quodlibet fuerit omissum, rem uniuersam dissoluat.[f] Sorites & subiectio, ad rhetores magis pertinere uidentur, nec habent difficilem explicationem.

a l. etsi contra. de uulg. & pup. substit. l. penult. C. de solut. b l. ult. §. ult. de legat. 3. c l. unic. §. et cū triplici. C. de caduc. tollend. d l. obseruand. ff. de off. præsid. e l. ult. ff de cō dict. indebit. f l. oblig. at. ferè. §. plac. de actio. & obligat. l. fil. §. & filium. de legat. 1. Iason pulch. in §. omnium. 22. instit. de act. Bald. in l. conuentic. C. de episc. & cler.

IN CONFVTATIONE EARVM RERVM, QVAS aduersarius obijcit, quæ habenda sit ratio, & defensionis modus. Cap. XXVIII.

1 *Præcipuam curam esse debere nostram, ne iniquam causam defendere conemur, aut defendere uelle uideamur.*
2 *Infamiæ enim notam aliàs nobis inuri.*
3 *Deprecationem illam, qua rhetores uti soleant, in iudiciorum seueritate, locum non habere. Et num. 6.*
4 *Actoris partes quæ sint.*
5 *Rei partes quæ, & quod proprium eius officium. Et num. 7.*
8 *Ad deliberationem tam rei, quàm actoris, quæ pertineant.*
9 *Firmißima quæq; argumenta in causæ contentione præponenda esse.*
10 *Cauendum tamen esse, ne iudex artificium animaduertat, nec confusione turbetur.*



Vod in omni causa ac negotio præcipua cura spectare nos oportet, ne quid uidelicet agamus, uel suscipiamus, cuius probabilis ratio cum officij dignitate aliqua coniuncta, adferri
1 non possit: id præcipuè in hac contentionis parte difficillima obseruare debemus, ut cum ius uniuersum ex facto oriatur,[a] ad eiusque speciem leges omnes atque iura referri debeant, nullam ut causam uel suscipere, uel sustinere uelimus, quæ nō scripto iure atque æquitate,[b] etiā con-

a l. si ex plag. §. in cliuo capit. ff. ad l. Aquil. l. oblig. §. ex facto. ff. de act. & obligat. l. quidam refer. ff. de iure codic. b l. in omnib. ff. de regul. iur. l. si tibi. ff. si cert. petatur. l. placuit. C. de iudicijs.

conſcientia bona comprobari poſſit. [a] Eſt enim inuerecundi & perfidi in-
genij, cum leges bonæ ad conſeruandam iuris æqualitatem [b] latę ſint, cum
omne eius qui ius populo dicit, officium plenum honeſtiſſimæ dignitatis
atq; innocentiæ eſſe debeat, [c] cum deniq; in uniuerſa hac ciuilis uitæ ſocie-
tate, cuius retinendæ ac conſeruandę cauſa, nati atq; editi ſumus, [d] lites om
nes non aliter atq; publicæ tranquillitatis peſtes fugiendæ ſint: [e] uelle ta-
men optimarum legum beneficio in propugnatione cauſæ iniquæ, turpi-
ter abuti: quando & ea res ad infamiam & turpitudinem pertinet, [f] & faci- 2
lè corruit, quicquid ſolido fundamento non nititur. [g] Quare in primis ad-
hibendum ſobrium animi iudicium, ut qualis ſit cauſa ea, cuius explicatio-
nem nobis ſumimus, planè cognoſcamus. Deinde ſi uideatur legibus &
æquitate defendi poſſe, deliberemus in perſona actoris, quomodo eius
probari poſſit intentio: in rei uerò perſona, an id quod obijcitur, negari,
aut alio nomine definiri, aut iure factum eſſe defendi aut transferri poſſit:
quādo deprecatio illa, qua rhetores uti ſolent, in iudiciorū ſeueritate locū, 3
ut diximus, nō habet, ſuntq; hæ præcipuę partes contentionis, cuius nomi
ne Cicero & confirmationē & confutationē comprehendit. Actoris par 4
tes erunt, ut intentionē ſuam probet, [h] q̄d ipſum ijs modis omnibus, quos
ad probationum formas pertinere ſuprà oſtendimus, fieri commodiſſimè
poterit. Firmiſſimum tamen præſidium eſt confeſſionis in iure factæ, quia
confeſſus pro iudicato habetur: neque aliæ iudicantis ſunt partes in confi-
tentem, quàm condemnationis: [i] & breuiter actor nihil eorum omnium,
quæ ad cauſæ ſuæ confirmationem, iudicis inſtitutionē, ſententiæq; æqui-
tatem retinendam pertinent, temerè omittat, ſed omnia quæ propoſita à ſe
ſunt, firmiſſimis legibus ac rationibus ſtudeat communiri. [k] Reus neceſ-
ſe habet, quæ proponuntur atq; obijciuntur, negare atq; cōfutare: ac pro-
inde iuſtificatio tutiſſima fuerit, quemadmodum contrà confeſſio pericu-
loſiſſima. Si quod intenditur uel obijcitur nulla ratione, aut ſine calumniæ
crimine negari non poterit, proximum erit à definitione præſidium quæ-
rere. Quæ uerò negari, aut alio definiri nomine non poterunt, iure erūt de
ſendenda, aut transferenda: hoc eſt, uel in ætatis, uel temporis, uel infeſti
alicuius caſus, uel aliam cauſam referenda: quorum omnium rationem
iam antè explicare oratione ſimplici conati ſumus. Nam quæ duæ partes 6
his omnibus ſuccedunt, criminis uidelicet, quod apertius ſit, quàm quod
negari, & turpius, quàm defendi poſſit, eleuandi, eas iudiciorum cùm ſeue
ritas, tum quoque iudicantis religio hodie in foro non admittit: extantq;
in hanc rationem utiles quoq; præceptiones à Guilielm. Durant. traditæ. [l]
Proprium autem rei eſt, cauſam uniuerſam extenuare, inſtrumentorum 7
fidem reſellere, teſtimonia, præiudicia, & exempla, ſi controuerſa ſint, nu-
gatoria: ſi uera, diſſimilia, & impertinentia eſſe affirmare. [m] nam & præſum
ptio, quæ uel temeraria, uel leuis eſt, adimi atq; tolli alia contraria poterit: [n]
& iudicia conſtitui debent, non exemplis, ſed legibus & rationibus. [o] Po-
terūtq; ſimilia uel diſſimilia ex paritate, uel inæqualitate rationis facilè diſ-
ſolui, [p] aut cauſa uniuerſa diſtinctione commoda, aut eorum quæ allegata
ſunt, contrarietate: [q] aut etiam apta interpretatione, quæ plerunq; ſemper
ratione perſonarum, rerum, temporum, & eiuſmodi circumſtantiarum fie-
ri ſolet, aut clauſularum relatione, etiam uocum definitione, aut deniq; ſcri
pti & uoluntatis quæſtione, reſelli poterit: quorum omnium ut non pau-
ca exempla idem Guilielm. Durant. adfert, [r] ita facilis & ſimplex eorum
explicatio ex ijs, quæ antè diximus, liquet.

a c. cum æter. de ſent. et re iud. lib. 6. 15. q. 5. c. presbyt. & 3. q. 7. c. iudic.
b l. 2. ff. de leg.
c l. cari. ff. fam. hercisc. et l. 1. ff. de uar. & extraord. cog.
d l. ut uim. ff. de iuſtit. & iur.
e 23. q. 1. §. 1. et q. 3. c. 1. & c. ſuſc. de hom. Bal. pulch. in l. ſi duo ſociet. §. arb. col. ult. ff. pro ſocio.
f tot. tit. de pœna temer. litig. et 2. q. 3. c. alior.
g 1. q. 1. c. cum Paul. & c. uniens. ext. de preſbyt. non baptiz.
h l. actor. C. de probat. l. qui accuſ. ff. de edend.
i l. unic. C. de confeſſ. c. 2. ext. eod. c. præter. l. 2. de tranſact.
k 3. q. 5. c. quia ſuſpecti. c. nouit. §. non igitur. ext. rà. de iud. c. intellex. de oper. no. nunciat. Specul. ualde copioſe in tit. de diſputatio. & alleg. §. nunc uidendū occurrit.
l tot. tit. de allegat. & diſput.
m Spec. in loc. præalleg. §. poſt hæc autem.
n ſuprà dictū. tot. tit. de arg. et præſumptio.
o l. nemo iudex. C. de ſent. & interloc. om. iudic.
p l. ab ea parte. ff. de prob. c. inter. uerſ. ſunt ergo. extr. de tranſlat. c. ac uenerabil. qui ſint filij legit.
q 11. quæſt. 1. c. quicunq; litem. 13. quæſt. 1. §. 1. & 2. et c. cum dilectus. de conſuetud. c. licet cauſ. de prob. c. inter dilect. de fid. inſtrument.
r in d. tit. de allegat. & diſputat.

8 Ad deliberationem eius qui uel agit, uel defendit, pertinet uidere, atque ex ipsius causæ utilitate emetiri, simul ne cuncta proponere, aut inuadere; an uerò singula amoliri utilius sit. nam quemadmodum in subita trepidatione, militumque concursatione effusa illa eruptio & insians quidam insultus, uictoriæ sæpe fuit: ita plerunque etiam fit, ut quæ singula resoluere difficilius fuerat, ea turba nonnunquam obruantur: existimentque legum interpretes utilius esse multa simul aut opponere, aut excipere: ut qui sententiã dicturus est, plenissimè uerissimeque instituatur: & quæ singula parum uirium habent, ea coniuncta atque collecta commoueant magis. [a]

Porrò, quæ palàm pugnantia, falsa, aliena, sibi contraria, aut inepta erunt, uel ideo nullius artis est refellere, quòd uel ab aduersario non probentur, uel probata nihil releuent.

a Spec. in prã alleg. loc. §. nũc uidend. uers. inducere eiid om. iura. l. nec non. §. sæpius. ff. ex quibus caus. maior. & § ult. instit. de obligat. quæ ex consens.

9 Esse autem in prima siue aggressione, siue causæ contentione, firmissimum quodque argumentum ad communiendam causam; parandamque iudicis cognitionẽ, præponendum, nec admonitione eger, nec unum aliquod huius rei præceptum in tam uaria & multiplici causarum tractatione dari potest: & facilè has partes omnes sustinebit, qui causæ circumstantias omnes, & quibus argumentis aduersarius nitatur, probè intelligit. estque simplex hic ordo cõfutationis, quem & natura ipsa, & usus præscribit, ut acturi nostra primùm confirmemus: defensuri, quæ obstant, refutemus, caueamusque magnopere, ne uel iudex artem intelligat, uel confusione turbetur.

DE CONCLVSIONE ET Epilogo. Cap. XXIX.

1 *Iudicis esse, curare ut litigatores concludant, quid faciendum putent, ne lites in longum protrahantur.*

2 *Vis autem eius conclusionis, quæ hodie in foro fit recepta, in quibus consistat.*

3 *Enumerationis, qua in epilogo causæ utimur, officium.*

4 *Conclusione semel facta, iudiciorum solennia amplius non admitti, nisi certis atque necessarijs de causis.*



1 NE temeraria illa, & proiecta litigandi libido tranquillitatem optimorum hominum perpetuò perturbet, ac lites faciat immortales, curabit iudex, ut litigatores, quæ res ac causa postulant, in iure proponant, aut allegationibus renuncient, cõcludantque quid faciendum putent. [a] Nam postquam res uniuersa in iudicium deducta est, restat postremum uincendi præsidium: ipsa causæ siue peroratio, siue conclusio: ut iudex in consilium iturus, non nudis, ijsque passim sparsis assertionibus: sed uerarum probationum fide, ratione item, & æquitate commotus, in causæ nostræ definitionem planè propendeat.

2 Vis conclusionis eius, cuius quidem usus in foro ac iudiciorũ seueritate hodie receptus est, in rerũ enumeratione, quam ἀνακεφαλαίωσιν Græci uocant, posita est, propterea quòd affectus non recipiant, nisi quod aduersarij actio cum quadam tamẽ modestia in odium & inuidiæ motus trahi possit: ut atrox, iniqua, temerè scripta, iniusta, denique & impia uideatur. [b]

a 3. quæst. 5. iudicent. c. quon. contrà. de prob. Auth. iubemus. C. de iudic. c. signific. et c. cum caus. §. ult. de testibus.

b Specul. tot. tit. de renunciat. & conclus.

3 Enumeratio rerum personarumque argumenta, per totam orationem sparsa atque diffusa, in cumulum unum tanquam compendium quoddam cogit, & ueluti sub iudicis aspectu subijcit, ut quæ singula minus mouerint, uel obseruata parum diligenter sint, turba ualeant, excitentque iudicis attentionem. [c] Hanc esse oportet breuem & concisam, nec probationum solum neruis contextam, sed ratione & æquitate communitã, etiam leui quadam actione,

c c. Abbate sanè, extrà. de re iudic. c. quia in cunctis. de concess. præbendæ. lib. 6.

actione, significādiq; facilitate, in hoc adhibita, ut languentem iudicis animum, intermissamq; attentionem ipsa illa admonitione, & rerum quæ propositæ, in totaq; causa actæ sunt, repetitione excitet atq; conformet. Male enim hæc pars, quæ sola perorata causa restat, à multis negligitur.

Conclusione autem facta, nulla uel exceptio, uel testium professio, uel instrumentorum editio admittitur:[a] nisi hoc ipsum iudex pro officij sui religione, ac iusta causa motus, permittere,[b] aut amplius quiddam in causæ circumstantijs inquirere, aut quod omissum negligenter est, reparare, aut de excōmunicationis exceptione cognoscere uelit.[c] Pontifici tamen liberum permittitur, ut de exceptione cognoscat.[d] Quam autem uim potestatemq; contineat renunciatio probationum in causa ac iure semel facta, quoniam ea res ualde diligenter à Guilielm. Durant. & alijs tradita est, & nos in toto hoc opere legum usurpationem magis, quàm præceptiones tradere conati sumus: noluimus prolixiores hic esse, aut quæ maiore quadam studij ac doctrinæ fœlicitate ab alijs legum professoribus amplissimè sunt cōscripta, ea hoc in loco uel repetere, uel angustius q̀ res ipsa postulet, cōtrahere. 4

a l.ult.C.de cō pens.c.de testib. extr.de testib.c. dilect. de fid.instrum.c.auditis. de procur.c.pastoralis cura. de caus.possess. & propriet.
b d.c.pastor.
c c.per tuas.de testib. c.pia. & c.except.de except.lib.6.
d Innoc.in c.ad petit.de accus.

FINIS LIBRI QVINTI.

DE VSVRPATIONE LEGVM

LIBER SEXTVS.

DE RERVM ATQVE LOCORVM collocatione, siue dispositione.

Cap. I.

1 *Ad obtinendam in iudicio uictoriam, multum conducere ordinem collocationis.*
2 *Qui tamen certus præscribi non possit, cum pro causarum uarietate obseruari soleat.*
3 *Eius autem duplicem rationem esse.*
4 *Actori omnino in id incumbendum esse, ut suam iudici intentionem probet: nisi causa cadere uelit.*
5 *Reum excipiendo actoris partibus fungi.*
6 *Coram iudice nimis acute disputandum non esse, ne ex nimia altercatione ueritatis simplicitas obscuretur.*
7 *Ex defensionibus plerunq; oriri tres status.*
8 *Ad quos tres status accedere alia 4. simulacra.*
9 *Quæstionis de scripto & sententia, duplex esse genus.*
10 *Iureconsultorum de ambiguitatibus uariæ opiniones.*
11 *Circa quæstiones scripti & sententiæ, nonnullæ præceptiones.*
12 *Tacitum quando pro expresso habeatur.*
13 *Legis uerba quomodo defendenda sint.*
14 *Benignitati quando locus sit, tum in foro, tum in legibus explicandis.*



Iurisprudentiæ partem fecimus secundam, aptam rerum atq; locorum collocationem, siue dispositionem: propterea quòd uix alia pars tantum momenti atque potestatis habeat ad consequendam & retinendam uictoriæ spem, ordinisq; lucē, quàm recta illa & definita, etiam certo animi iudicio pertractata rerū locorūq; collocatio,[a] quā Græci οἰκονομίαν, Latini dispositionē uocant. Nam sicut barbari quidam homines & agrestes nulla literarum elegantia, nulla maiore doctrina exculti, quædam

a Speculat. in hanc rem certas quasdam præception. tradit tot. tit. de aduocatis. & de disputat. atq; allegat.

quædam inuenire, & inuenta in usum aliquem cõmunem conuertere pos-
sunt: ita quæ uel natura, uel arte, uel usu atq; obseruantia inuenta sunt, ea
posse apte disponere, & suo quæq; ordine collocare, hoc solertis & eruditi
ingenij est, etiam multarum rerum usu atque pertractatione exerciti. Est e-
nim maxima omnibus in rebus collocationis uis: & præcipuum pruden-
tiæ munus, ordinẽ, quem uel causa, uel res postulat, diligenter & cum de-
2 coro obseruare.[a] Non tamen in maxima litium ac controuersiarum uarie
tate una aliqua dispositionis forma ac ratio præscribi potest: quando pro
casu, pro loco, pro tempore ipsam inuentionem, iudicium, consiliumq; ex
præsenti rerum conditione sequi, aut si ita causa & res postulet, definitum
ordinem nonnihil immutare, & quibus possimus modis, causæ seruire, ad
eamq; aptam argumentorum & rerum collocationem referre cogimur.
3 Est autem dispositionis, hoc est, eorum omnium quæ in iudicium adfe
runtur, aptæ distributionis, duplex ratio. nam altera ad actoris, altera uerò
ad rei partes atq; officia pertinet.[b] Actor enim firmum solidumq; aliquod
argumentum ad cõprehensandam & permouendam iudicis attentionem
proponit: infirmiora deinde, quæ tamen ratione aliqua comprobari pos-
sint, & quæ singula robore carent, ea coniuncta medio loco collocat: po-
stremò, quod firmissimum est, & quo iudex ad causæ propositæ commen-
dationem præcipuè commouetur, non omnino frustra collocat, ut scili-
4 cet animo & recenti memoriæ impressum inhæreat: ac breuiter in hanc
curam atque sollicitudinem incumbit, ut suam iudici intentionem probet.
Nihil enim in iudicio proponi, nihil uel excipi, uel inferri debet, quod nõ
idem probari queat:[c] quoniã paria sunt & æquipollentia, nõ esse id quod
intenditur, aut non probari, quod asseritur.[d] Nec satis est quippiam dice-
re aut allegare, sed necesse habemus hoc ipsum quod intendimus, etiam
probare.[e] Qui enim ius sibi quæsitum prætendit, de eo fidem probationi-
bus facere debet.[f] Estq; certa & firma hæc regula, quòd actore non pro-
bante, reus, etsi nihil præstiterit, absoluatur.[g] Quæ quidem regula adeò
uim perpetuitatemq; suam retinet, ut actore non probante, reus absolua-
tur, etiamsi cõfiteatur iuris sui defectum, hoc est, nulla probabili defensio-
ne se uti ad refellendam actoris intentionem posse.[h] Probata iam intentio-
ne sua idem actor transitum facit ad confutationem omnium eorum, quæ
pars aduersaria in defensionem suæ causæ ac iuris adduxit: cuius rei præce
ptiones aliquot lib. 5. cap. 26. notauimus.
Defensor uerò siue reus primo loco suas exceptiones aut defensiona-
5 les positiones probat, propterea quòd excipiendo fungatur actoris uice,
siue ut Vlpian. ait,[i] reus in exceptione actor est. Pòst uerò, refellit quæcun
que actor ad confirmandam intentionẽ suam proposuit: aut obstare cau-
sæ suæ suspicatur. In hanc rationem utranq;, quoniam pulchræ & utiles ali
quot præceptiones extant apud Guilielmum Durant. ualde optarem, eos
qui doctrinæ suę usum ad forenses actiones referre cupiunt, illis nonnihil
adsuescere ad consequendam praxin, ciuiliumq; rerum usurpationem.
6 Quemadmodum autem ueritas, ad quam omnia consilia, omnia iudi-
cia referenda erunt,[k] si ciuilibus ac modestis disputationibus apud inte-
grum præsertim & æquum iudicem discutiatur, magis enitescit:[l] ita sem-
per adhibenda hæc moderatio, nec stulta quadam & nimia nostri fiducia
inflati, sic acuti & ingeniosi in disputãdo uideri uelimus, ut in calumniam,

E quæ

a l. sequ. ff. de usucap. Imper. in proœm. ff. ue ter. §. nos uerò tantũ. & l. 2. ff. de statu hom. Cicero lib. Off. 1. et loci aliquot in hanc rationem lib. 1. ca. 18. sunt notati.

Dispositio quid.

b Specul. in lo loco præalleg.

c l. et qui dicit. ff. de probat. l. qui accus. C. de edẽd. l. act. C. de prob. Alex. pulchrè consil. 142. quod ord. quint. est. in uolum. 5. l. res. C. de rei uendic. l. si quando. C. de dilat.

d text. in l. in lege fundi. ff. de contrahend. emptio. & in l. duo sunt Titij. ff. de testam. tut. dist. 79. c. 2. in gl. magna. ad fin. & 2. q. 7. c. pleriũ. gl. in c. ut circa. §. alioquin. de electio. lib. 6. in uerbo, superuen. C. nul. de elect. li. 6. & c. nerui. distinctio. 13.

e c. 2. de rescr. & quod not. in l. 1. ff. si quadru. paup. fecis. dici.

f c. post elect. extr. de concess. præbend.

g d. l. qui accusare. C. de edẽd. l. act. C. de prob. 6. q. 5. c. ult. et c. unic. extr. ut ecclesi. benefic. & c. cum eccles. Sutrina. extr. de caus. poss. & propr.

b d. l. qui accus. ibi. doct. & similit. in d. c. cum eccl. Sutr. Abb. in c. cum super. extrà. de caus. poss. & propriet. doct. in c. mandat. de rescript.

i in l. 1. ff. de except. & præscript. seu præiud. et prob. l. in except. et l. si pact. ff. de probat.

k l. nemo iudex. C. de sent. & interloc. om. iud. l. pen. & ult. C. de relat. l. Imper. ff. de prob. 81. dist. c. quicunq. & 8. dist. c. ueri t.

l 25. q. 9. c. graue. & dist. 7. c. consuet. Spec. in §. alleg. ad fin. tit. de disputat. & allegatio.

quæ uix abesse à friuolis disputationibus possit,[a] temerè illabamur. Vetus enim prouerbiũ est, altercatione nimia ipsam ueritatis simplicitatẽ amitti.

Et quanquam altercatio illa, quæ Græcis διαδικασία appellatur, non rarò patroni fidem diligentiamq́; commendat, plurimumq́; hodie momenti in his corruptissimis moribus, & quadam iudiciorũ deprauatione ad causæ defensionẽ uictoriamq́; adferat: etiam natura partim, hoc est, celeri naturæ motu, ingenio mobili, animo multiplici rerum usu subacto ferè constet: partim etiam arte, quæ cognitione earum rerum paratur, quibus causæ defensio nititur, explicari solet: tamen semper nobis probata fuit illa patroni fides, quæ non clamoribus, non rixa, non iracundia, sed actionis modestia, singulariq́; animi bene constituti prudentia commendatur.[b] 3

Præcipuæ autem prudentiæ & consilij est, cùm in rerum atq; locorũ collocatione, tum uerò in tota causa deliberare, factum'ne, quod obijcitur inficiari, an alio nomine definire, an quod agitur, iure factũ esse dicere ac defendere uelimus. nam ex his defensionis formis status tres, more rhetorũ, lib.4.cap.14. fecimus: ut esset coniecturalis, definitiuus, & qualitatis: quorum hic locos, monendæ iuuentutis causa, breui oratione explicabimus. 7

LOCI CONIECTVRALES.

Proprij coniecturæ loci sunt, uoluntas & potestas: hæc personæ qualitate & causa impulsiua: illa uerò, loco, tempore, instrumẽtis, signis, & eiusmodi circumstantijs, quarum rationem optimè Cicero & Fabius Quintilianus in suis rhetoricis tradunt, excuti solent. Et sanè nõ mediocris est huius cognitionis usus cùm ad constituenda iudicia, tum uerò retinendam iuris æquabilitatem. Nam uoluntas maleficium arguit, & nonnunquam distinguit:[c] & personæ qualitas, causa item impellens, etiã potestas, & eiusmodi circumstantiæ magnam æstimandi copiam præbent: ut pòst magis apparebit, cap.4.

Definitionis loci à dialecticis optimè petuntur: estq́; huius uis maxima in criminalibus ac ciuilibus negotijs. Nam res ipsa sæpe certa est, constatq́; de facto, & tamẽ de nomine quæritur: hinc sæpè quæstionis est, an res ablata furtum, an uerò sacrilegium, sit nominanda: an perinde homicida definiendus, qui funestas manus sibi attulerit, atq; is qui cædem fecit. res non eget exemplis, quorum tamen pòst aliquot indicabuntur.

Qualitatis usus plurimus est in omni causa. Nam personæ, loci, temporis, facti, quæstionis, & eiusmodi rerum qualitas præcipuè pertinet uel ad augendam, uel diminuendam obiectæ criminationis inuidiam. Nec ulla in re magis, atq; in hoc qualitatis statu explicando, uersantur iurisconsultorum scripta & officia: quare ea diligenter obseruanda erit, & paulo infrà eius ratio breuiter declarabitur.

Ad hos tres status accedunt quatuor illa statuum simulacra, scripti uidelicet, & uoluntatis, contrariarum legum, syllogismi item & amphiboliæ: quorum omnium usus frequens, & ualde necessarius est in causis ac rebus certa lege ac æquitate definiendis. 8

DE SCRIPTO ET VOLVNTATE.

Frequenter illa in foro & ciuilibus actionibus, etiam sacris scripturis se offert scripti & uoluntatis contentio, quam Græci ῥητὸν καὶ διάνοιαν uocant. Sicut enim lex ipsa ex uerbis & sententia constat:[d] ita hinc sæpe controuersia oritur, quod accidit, cum lex gignit aliquam obscuritatem: qualis est illa lex xij. tabularum, etiam ciuilis[e] uetat peregrinum in murum ascendere: peregrinus in magna ciuitatis trepidatione murũ conscendit, non ullo nocendi,

a l.ea est natura. ff. de uerb. signif. l. rem non nouam. C. de iudicijs.

b Spec. in loco paulo antè citato.

c l. qui iniur. ff. de furt. l. 1. C. de sicar. l. quod reipub. ff. de iniurijs.

d l. scire leges. ff. de legib. l. Labeo. ad fin. ff. de supell. legat. c. præter. de uerb. signific.

e l. ult. ff. de rer. diuis. ibi Bart.

nocendi, sed repellendi hostium incursum studio, accusatur. Hic sanè & le-
gis mens, siue sententia, & ipsa uerba obscuritatem gignunt. Itaque ut dubi-
tationem nullam habet, ubi legis sententia siue mens & uerba cõueniunt,
ibi ualere omnino debere ipsam dispositionem:[a] ita huius quæstionis du-
9 plex ex genus. Nam aut de scripto & uoluntate simul quæritur: aut altera
pars scripto, altera uoluntate nititur. Nam ubi manifestè repugnant legis
uoluntas & scriptum, neutrum seruari oportere, recepti est iuris: quoniam
in ambiguo sermone, referente Paulo,[b] non utrũque dicimus, sed id dunta-
xat, quod uolumus. Itaque qui aliud dicit, quàm uult, neque id dicit quod uox
significat, quia non uult: neque id quod uult, quia id non loquitur. Si uerò
dubium sit, pugnent, nec'ne, legis sententia & scriptum, eo casu leges ua-
riam interpretationem accipiunt, nec satis constare uidentur. Nam Vlpia-
nus scribit, in obscuris, hoc est ijs quæ in plurimas significationes conuer-
ti poterunt, minimum esse sequendum: cum in ijs plerumque semper ualere
id debeat, quod actum est:[c] ac proinde in contractibus,[d] in exhæredatio-
ne liberorum, in[e] fideicommissis,[f] in conditionibus,[g] in sententia[h] & eius-
10 modi alijs actibus,[i] plus ualere debet quod agitur, quàm quod simulatè cõ-
cipitur,[k] omniaque ad ueritatẽ referri debent.[l] Contrà uerò Caius iuriscon
sultus, in dubijs, quæ uidelicet in utramque significationem accipi poterunt,
benigniora præferenda censet.[m] Paulus uerò, in uerborũ ambiguitate ua-
lere scribit quod actum est:[n] ueluti cum Stichum stipuler, & sint plures Sti
chi: uel hominem Carthagini, cum sint duæ Carthagines. semper enim
in dubijs, inquit, id agendum est, ut quàm tutissimo loco res sit bona fide
contracta: nisi cum apertè contra leges scriptum est. Idem tamen alibi[o] as-
serit, quod uerisimilius est, aut plerunque fieri possit, considerandum fore:
quæ & Iuliani sententia esse uidetur, credentis, quod rei gerendæ aptius
est, in obscuris rebus esse obseruandum.[p] Metianus in ambiguis orationi-
bus maximè spectandam eius sententiam scribit,[q] qui eas protulisset. Pro-
culus sanè refert, eum qui ambiguè loquitur, id loqui quod ex his quæ si-
gnificantur, sensit. Sed Vlpianus in re dubia uult edicti uerbis seruiendum
esse.[r] Hæc igitur siue sententiæ ac mentis, siue uerborũ ambiguitas, quam
lex non rarò gignit, cum magnam adferat disputationem ῥητοῦ καὶ διανοίας,
eueniatque frequenter in disputationibus, in senatu ac foro, ut hic legis sen-
tentia, uoluntate ac mente, ille uerò scripto nitatur: usus etiam ciuilium re-
rum ac ratio postulet, ut quam sententiæ benignitatem in obscuris & ambi
guis rebus sequi debeamus, diligenti animi iudicio consideremus: rectè fa
ciet iuris studiosus, ut horum omnium certam sibi cognitionem præparet.
11 Et poterunt huius quæstionis breues esse hæ præceptiones. In omni causa
ac disputatione potior & prior esse debet legis mens & sententia, siue uo-
luntas, quàm uel dicentis uox,[s] uel uerborum proprietas,[t] propterea quòd
uerba restringi & extendi solent ad legis mẽtem, siue uoluntatem: & Pau
lus scribat,[u] in fraudem legis facere, qui saluis uerbis legis, sententiam eius
circũuenit: semperque perfectius & ferè certius sit, referente Iuliano,[x] quod
intellectu percipitur, quàm quod locutione exprimi possit. Estque facilis
hæc, neque obscura huius rei obseruatio, maximè ubi legis sentẽtia siue mẽs
certa & expressa est: hoc est, uel generalibus uerbis[y] uel specialibus,[z] uel
singularibus definita.[a]

Aliter atque si legis sententia, siue uoluntas, siue mens tacita sit: neque satis
appareat, siue ea legis, siue hominis mens sit. Nam ad iudicis religionem
integritatemque pertinet, cum scripti uoluntas & mens ex legis qualitate,

E 2 quam

a instit. de leg. patr. tut. uersic. quæ & ipsa.
b in l. in ambiguo. ff. de rebus dub.
c l. ubi. ff. de rebus dubijs.
d l. 1. C. plus ualere quod agit.
e l. 3. C. de lib. præterit.
f l. cum uirum. ff. de fideicom.
g l. in condit. ff. de condit. & demonstrat.
h l. in summa. in princ. ff. de re iudic.
i l. cum ea. C. de transact.
k rubr. plus ualer. quod agitur.
l c. consuet. uerit. distinct. 8. et d. l. 1. C. plus ual.
m l. semper in dub. de leg. 1.
n in l. ubi est. ff. de reb. dubijs.
o in l. in obscuris. ff. de reg. iur.
p l. quot. idem serm. de reg. iur.
q l. in ambig. orat. de reg. iur.
r l. 1. §. si is qui nauẽ. uersic. in re igit. dub. ff. de exercit.
s l. Labeo. ad fin. ff. de supel. legat.
t l. 3. ad finẽ. C. de liber. præt.
l. qui quartum. in prin. de leg. 1.
l. 1. quoties. §. si duo. ff. de hære. instituend.
u in l. contra legem. ff. de legib.
x in l. ratũ. ff. de solution.
y l. ult. ff. quod cũ eo qui in alie.
z l. 1. §. inter filium. ff. ad l. Cornel. de fal.
a l. quod in rerum. §. ult. & ibi glos. de legat. 1.

quam honestam esse oportet,[a] accipienda sit, primùm eiusmodi legis mentem ac sensum definire, cui sine cuisquam læsione uitio atq; iniustitia careat,[b] & ab omni turpitudine uoluntatisq; captione mala absit.[c] Deinde ut eam legis mentem spectet, eam intueatur, eam in causis ac rebus, omnibusq; iudicijs sequatur, quæ ipsius legis uim ac sententiam non abroget,[d] quæ iure communi potius, quàm speciali defendi ac retineri possit,[e] quæ & fauorabilior,[f] & tutior sit,[g] nulli uel fraudi, uel dissimulationi, uel ludibrio obnoxia.[h]

12 Tacita autem hominis mens, de communi doctorum sententia[i] primò cognoscitur, quando tacitum in consequentiam expressi uenit. Veluti, cui iurisdictio data est, ut ea quoque illi concessa esse uideantur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit, autore Iaboleno:[k] quo casu illud tacitum tantum operatur, quantum expressum:[l] quandoq; etiam plus, ut in autoritate tutorum,[m] in sententia iuris errore lata,[n] & eiusmodi alij. Secundò, quando tacitum ex natura cõtractus inest, quod ipsum eandem uim significationemq; habet, quàm id quod expressum est. Exẽplum eiusmodi Papinianus affert.[o] Cum quid, inquit, mutuum dederimus, etsi non cauerimus, ut ęquè bonum nobis redderetur, non licet debitori deteriorem rem, quæ ex eodem genere sit, reddere: ueluti uinum nouum pro ueteri. Nam in contrahendo, quod agitur, pro cauto, hoc est, ut gl. ibi interpretatur, pro expresso haberi debet. Hinc etiam receptum est, expressionem eorum quę tacitè insunt, nihil operari, quando si nulla hominis prouisione ac sensu expressa atq; definita forent, legis tamen sensu ac mente tacita, intelligi possint:[p] sic tamen, ut tacita hęc legis uoluntas siue mens, non hominis, qui falli & errare potest, sed iuris definitione constituatur.[q] Tertiò, quando id quod in lege scripta omissum est, præsumptione quadam similitudinis atq; cognationis, siue ea ex consuetudine,[r] siue ex accedentibus & consequentibus,[s] siue ex natura contractus:[t] aut personarum qualitate cognoscatur.[u] Postremò, si quod actus natura non declarat, eius explicatio sumatur ex personæ conditione: in qua dignitas,[x] charitas,[y] necessitudo,[z] & artificiũ cõsideratur.[a] sintq; hæc nobis simplici & rudi quadam distinctione, quam certè prima ætas postulat, de legis mente siue uoluntate dicta: poteritq; is qui legis mentem ac uoluntatem contra scriptum tuetur, his præscriptis, aut alijs rationibus uti.

13 At qui scripto nititur, legis uerba cum æquitate, cum ratione, cum probali aliqua causa coniuncta esse, neq; recedendum ferè ab ipsa uerborum significatione contendit.[b] Sed uerba tamen legis aut propria sunt, aut impropria. Propria uerba optimè accipiuntur autoritate doctissimorũ hominum,[c] deinde definitione: quæ si uera sit, certissima uerborum interpres est:[d] postremò etymologia,[e] quam in rem diligẽtissimè legi ea uelim, quæ magnus ille iurecõsultus D. Andreas Alciatus scribit.[f] Itaq; qui legis scriptum defendere conatur, etiam communibus his legum præceptionibus uti poterit: uidelicet, aduersarij intentionem cum scripto pugnare, iudicis religionem & sacramentum ideo adhiberi, ut secundum scriptum sententia feratur: legi item parendum, non nouam aliquam interpretationem adsciscendam esse: neq; mutanda, quę certam interpretationem semper habuerunt.[g] poteruntq; simplices hæ quoq; & breues annotationes de legis mente & scripto, adolescentiæ præsertim studijs sufficere.

a l. iustitia. uersic. 1. ff. de iust. & iure.
b l. in ambig. ff. de legib. l. 2. §. meri. ff. ne quid in loco public.
c l. diuortio. in princip. ff. solut. matrimo. l. pen. ff. ad exhibend.
d l. præcipimus. ad fin. C. de tempor. appell.
e l. in testam. 1. ad finem. C. de testam.
f l. interpretatione. ff. de pœn.
g l. adopt. uersic. sed in re dubia. ff. de ritu nuptiar.
h l. hæc stipulatio. §. ult. ut leg. seu fideicom.
i in l. 3. de legat. 1.
k in l. 2. ff. de iurisdictio. om. iudic.
l l. illud. ff. de acquir. hæred.
m l. 1. ff. de autor tut.
n gloss. in l. ex diuerso. § ult. ff. solut. matrim.
o in l. cum quid mutuũ. ff. si cer. petatur.
p l. 3. ad fin. C. de fideiussorib.
q l. quæro §. inter locat. ff. locati. l. quidam cum filium. ff. de uerbor. oblig.
r l. semper in stipulationib. de reg. iur.
s l. si seruum plurium. §. ult. ad finem, de legat. 1.
t l. quoties. ff. de reb. dub.
u l. insulam. de præscript. uerb.

Quod

x l. si cui ann. ff. de annu legat. y l. si ita fuerit. ff de reb. dub. z l. Aurel. §. Tit. de liber. legat. a l. plen. §. equitij. ff. de usu. & hab. b l. non aliter. in princ. de legat. 3. c l. si dictum. ff. de euict. d Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. & l. 1. de testam. e l. si chorus. §. 1. de legat. 3. f in l. tabernæ. de uerbor. signif. & lib. 1. eod. tit. g l. non dubium. & quæ ibi notantur. C. de legib. l. minimè. ff. de leg. l. rem non nou. Auth. hodie. C. de iud. l. non aliter. in princ. de legat. 3.

Quod ad legis benignitatẽ attinet, certi iuris est eam in obscuris rebus præcipuè spectari, in ijsq; siue ipsa quantitas, siue numerus, siue tempus, siue species debiti spectetur, [a] ualere, & sequendum fore, quod minimum est: [b] præcipuè uerò illud, quod ab iniquitate & maiore quadã offensione absit: [c] ac proinde eius rationẽ præcipuè haberi post legis men tem, uoluntatem siue sententiam, ac uerba, in libertate relicta, [d] in iureiurando à pupillo præstito, [e] in re communi ablata, [f] probationibus recipiendis, [g] in sen-
14 tentijs à paribus iudicib. dictis, [h] & eiusmodi alijs, quæ obseruare iuris studiosus passim poterit. Sic tamen, ut intelligat huic legis uerborumq; benignitati non nisi post explicationem mentis, uerborum, & æquitatis, quę passim & ubique spectãda est, [i] locum fore: deinde ne ita amplectatur benignitatẽ legis siue scripti, ut actus ipse, qui potius ualere, quàm perire debet, [k] nõ reddatur nullus. [l] Postremò, ne eam referat ad res omnino obscuras, & quæ intelligi non possunt, [m] aut quæ specialem rationem in ipso actu habent, qualia ferè sunt dos, libertas, alimentũ, legatum pia causa factum, & eiusmodi, quorum amplior ratio explicatur doctorum scriptis in l. semper in obscuris. de regul. iuris. Proprij tamẽ huius status loci sunt causarum & effectuum, & quæcunq; definitionem iuuãt. Refertur autẽ uel ad qualitatem, uel ad coniecturam. exemplum in hanc rationem pulcherrimum est in oratione pro A. Cecinna.

DE CONTRARIIS LEGIBVS.

Quotiens uel casu, uel euẽtu leges colliduntur, status nascitur ἀντινομίας: in quo plurimus uersatur Bartol. [n] & indicat eius generis insignia aliquot exempla in annotationibus in Pandect. Guilielmus Budæus. Et quoniam ius omne, de quo quæritur, dubium est, aut confessum: in iure autem confesso quærimus, utra lex sit antiquior, potentior, æquior: neq; horum ratio, nisi proposita materia, tractari posſit: non est uisum in his immorari. etiam si in primis opera danda sit, ut leges, quæ inter se disſidere uidentur, ad unã certam aliquam, & consentientem æquitatis rationem referantur potius, quàm corrigantur: quod idem, non solum in legibus, uerumetiam statutis obseruandum erit. [o] Erit autem hic status uel coniecturæ, uel qualitatis.

DE SYLLOGISMO.

Syllogismus magnam cum finitione habet cogantionem. In illa enim, idem'ne sit nomen: in hoc, an perinde habendum sit, quæritur. Inciditq; in syllogismum infirma definitio, quotiens id quod incertum est, ad simile quiddam & cognatũ refertur, ac qualitate excutitur. Hinc quæstionis est, An quemadmodum fas non est, quenquam de sua domo in ius educere, ita quoq; ne extra tabernaculum quidem remouere. [p] Item, an perinde habendum homicidium, occiderit'ne quis, an mortis causam præbuerit. [q] Vniuersus hic locus à dialecticis, etiam rhetoribus petendus erit: propterea quòd ex causa, effectis, genere, toto, & alijs eiusmodi locis communibus, à quibus similia duci solent, planè dependet.

DE AMBIGVO.

Antè diximus, in ambiguis humaniorem sequendam esse sententiã: & cum omnis contentio in hoc consistat, uter sermo secundum naturam magis sit, uter æquior, uter uoluntati legis scriptæ aptior, fit, ut ex dissensione & ambiguitate uocabuli nascatur status ambigui: qui ipse quoq; ad coniecturam refertur: & sæpe ἀμφιβολίαν gignunt ὁμωνυμίαι, ut taurus: aut dictionis uel diuisio, uel coniunctio, aut casus in coniunctis facit ambiguitatem. exempla extant cùm apud iureconsultos, tum uerò rhetores. Si quis etiam

a l. meritò. ff. pro socio. l. absentem. ff. de pœnis. l. si chirographum. ff. de probatio.
b d. l. absentem. ff. de pœnis.
c l. si ita sit adscriptum. ad fin. ff. de legat. 1.
d l. si ita fuer. ff. de reb. dub.
e l. ult. § fin. antem liquidè. ff. de iureiurand.
f l. meritò. ff. pro socio.
g l. si chirogr. ff. de probat.
h l. inter pares. ff. de re iud.
i l. pl. 1cuit. cum simil. C. de iudicijs.
k l. quoties. ij. ff. de reb. dubijs.
l d. l. quoties.
m l. non solent. de reg. iur.
n in l. om. populi. ff. de iustit. & iure. & l. non dub. C. de legib.
o Bart. in d. l. omnes populi. quæstio. 6. de iust. & iur. et in extrauag. ad reprimend. uersic. non obstãte. & in l. sanct. uersi. circa hoc quaro. ff. de pœn. Bald. in l. executor. col. 6. uers. redeo ad mater. C. de execut. rei iudicat.
p l. pleriq;. ff. de in ius uocando. l. nemo de domo. ff. de re iud.
q l. nihil refert. ff. ad l. Cornel. de sicar.

aptæ cuiusdam collocationis & disputationis plures præceptiones petat, habet in hanc rem Guilielm. Durant. Speculator. in loco suprà notato, quasdam inutiles annotationes.

CAVSA DICTA, QVALES ESSE PARTES DEbeant recti iudicis. Cap. II.

1 *Quando iudici consulendi sint iureconsulti.*
2 *Non tamen ipsum ex illorum sententia totum pendere debere, quin ipse quoque rem perpendat.*
3 *Iudicium enim temerarium non tam nocere ei de quo iudicetur, quàm huic qui temerè iudicet.*
4 *Quid igitur iudici agendum sit, breue præceptum.*


Ausa dicta atq; perorata, ad iudicis religionem pertinet, ut cũ
cta quæ in causæ uel defensionem, uel confutationem addu-
cta sunt, magna lectionis fide, summa etiã cum diligentia ani-
miq; iudicio perlegat, atq; certum & longa animi præmedi-
tatione conceptum iudicium cõstituat: [a] aut si ipse in maiore 1
quadam siue ingenij paupertate, siue causæ quæ proponitur cùm difficul-
tate, tum quoq; magnitudine, sententiam uel concipere, uel rectè ac legiti
mè dicere nequeat, eruditos aliquot & iuris scientissimos uiros consulat,
quorum industria ac doctrina adiutus, quod causa, quod ius, quod æquũ
postulat, sententia sua, sine iusta cuiusquam indignatione definire possit. [b]
Sic tamen, ut laboris ac diligentiæ, etiam industriæ, quam huius rei seueri- 2
tas maximã postulat, fuga ac tædio, quo pleriq; iudices in his aliquot cor-
ruptissimis tribunalibus nostris laborant, non totus ex alieno iudicio tan-
quam præscripta lege propẽdeat, sed ad suam quoq; conscientiam rectam
atq; actorum fide informatam multa referat: ut pòst paulo cap. xiiij. dice-
mus amplius. Grauem enim personam sustinet, quisquis sibi hoc sumit, ut
de aliorum rebus, causis ac negotijs, quæ uel rectè, uel malè gesta sunt, con
sulat & iudicet: non ideo solùm quòd illum seuerum, integrum & rectum,
& propè innocentem esse oporteat: [c] sed quod, referente Augustino, [d] iu- 3
dicium temerarium non tam noceat ei de quo temerè iudicatur, quàm illi
ipsi qui temerè iudicat: propterea quòd iustam Dei iram, iustã uindictam,
iustumq; iudicium prouocet. Nam sicut idem Augustinus [e] rectè asserit,
iudicis ignorantia grauem sæpe calamitatem inuri homini innocenti: ita
nullius uel grauior culpa, uel perniciosior error ac ignorantia, quàm eius
hominis esse potest, in cuius fidem, industriam, atq; autoritatem optimo-
rum ciuium res ac fortunæ, etiam dignitas uitæ atq; salus collocatur. Qua- 4
re breue hoc sit præceptum, ut qui iudicio præsidet, ipse iuris doctus, etiã
uir bonus sit & habeatur: causas omnes iure ac æquitate definiat: aut si id
præstare nequeat, eorum prudentia, fide atq; industria utatur, qui nihil in
iudicium adferendum esse existimant, quàm rectã legum usurpationem,
cõscientiam integram, & summam boni atq; æqui rationem. [f] Nihil etiam
in omni actione, decreto, ac sententia committat, cuius non probabilem
causam, si ita causa & res postulet, adferre queat.

a 10. q. 5. c. iudicantem oportet cuncta rimari. l. iudices. C. de iudic. Authẽt. ad hæc. c. t. & c. super quæst. §. intentionis. de fide instrument.
b l. Ad nostram. extr. de consuetud. & dist. 20. can. de quib. & distinct. 115. can. esto. extat in hoc argum. tit. prorius, de requisitione cõs. apud Speculatorem.
c l. cat. ff. fam. bercisc. Ambrosius pulchrè in Psal. Bea. immaculati in uia.
d in sermone Domini in monte. extat. 11. q. 3. c. temerarium.
e in lib. 19. de ciuitate Dei.
f Pulchrè hæc tradit Specul. in loco præsignato, et pòst in hanc rem loci aliquot allegantur.

QVATENVS QVAE LITIGANTIVM ADVOcatis desunt, supplere iudici liceat. Cap. III.

1 *Officium iudicis in supplendo id quod partium aduocatis desit, duplex esse.*
2 *Quæ iudex autoritate sua, etiam non rogatus, facere possit.*
3 *Quando item illi suam autoritatem, nisi rogato, interponere non liceat.*

Iudicis



IVdicis eſt, referēte Imperatore,[a] quod ab iis qui cauſæ procurationē ſuſcipiunt, dictū nō eſt, aut neglectū, ſupplere, ac proferre, quod legib. & iuri publico cōuenit. Functiones itaq; ſiue partes, ſiue officia iudicis ſunt, quæ partium aduocatis deſunt, ſupplere uel iure dicendo ac definiendo, q̄d & legib. & iuri publico conuenit: uel quod deſideratur ac deeſt, ipſo facto ſupplere.

1 Prioris officii ratio ut plena eſt honeſtiſſimæ dignitatis, ita nec omnino obſcura eſt: & paulo pòſt in eo capite, ubi quæſtionē mouemus, an ſecundum acta, etiam contra conſcientiā iudicandum ſit, à nobis explicabitur. Poſterioris uerò officii maior quædam & implicatior eſt diſtinctio, q̄ quæ oratione breui cōprehendi poſſit. Sūt enim eiuſmodi facti ſiue officia ſiue functiones uariæ ac multæ: ueluti ſi iudex litigatoris petione cōmotus, libellum ineptum reiiciat:[b] & ne lites immortales ſint, dilationes partibus uel concedat, uel conſtringat:[c] poſtulationes & cauſas interlocutoriis ſententiis definiat,[d] bonorū poſſeſſionē petentibus tribuat, aut mittat in poſſeſſionem, etiam pupillis, & qui uel ętatis lubrico, aut animi morbis ac uitiis affecti ſunt, nec ſibi ac ſuis rebus proſpicere poſſunt, tutores aut curatores ac litigantibus quoq; iudices det, & quæ iuris explicatio poſtulat,[e] decretis, edictis, atq; epiſtolis ſtatuat. nam in his facti functionibus ſiue officiis, iudicis officium ferè uerſatur.

Simplex tamen diſtinctio hæc eſſe poterit, ut ea officia, quę uel facti, uel utilitatis publiciq; fauoris ſunt, uel ad ſuperioris iudicis reuerentiam perti-

2 nent, cuiuſmodi ferè ſunt interpoſitę appellationi reuerenter deferre:[f] prohibere, ne quis iniquum lucrum aut damnum ſentiat, curareq; ut pacatæ & quietæ ſint reipub. partes omnes, etiam eos benigna ope ac iuris præſidio alleuare, qui in miſerabilem naturæ ſortem ſunt coniecti, & qualia ſunt ea officia, quę ad iudicis exiſtimationem, inquiſitionem, iudiciiq; dignitatem pertinent: ueluti, ut inquirendæ ueritatis cauſa acta edantur,[g] ut in regundis finibus in rem præſentem ueniatur,[h] ut qui infamia notatus eſt, aduocationem non ſuſpiciat,[i] & eiuſmodi eius generis alia iudex autoritate ſua etiam non rogatus facere poteſt.[k]

3 Quod ſi eius facti ſint, quod & priuatam litigantium cauſam comprehendat, exoriaturq; ante litis conteſtationem, regulariter iudex ſuum officium, autoritatemq; niſi rogatus, interponere: aut quod deeſt, ſupplere nō debet.[l] Ac proinde generalis illa ſiue exceptio, ſiue additio, qua dicitur, quæ petita non ſunt, petam: quæ excepta non ſunt, excipiā: quæ probata non ſunt, probabo, &c. iudici non cōpetit,[m] niſi in iis quæ in iudicium deducta ſunt: ueluti in admittendis uel repellendis teſtibus, ac interrogatoriis actionibus.[n] Aut quæ in iudicium propter partis abſentiam deducta non ſunt, & tamen eiuſmodi exiſtunt, ut definiri ſententia, niſi inquiſita ueritate, non queant: idq; tam in cauſa principali, quàm appellationis.[o] Alioquin ſuppleri iudicis officio quod deeſt, niſi hoc litigantes poſtulent, omnino non debet. Baldus[p] diſcrimen facit cauſæ ciuilis & criminalis, partis item præſentis & abſentis. Et ſcribit in hanc ſententiam pleraq; multa Bartol.[q] quæ lector ſtudioſus, ſi cauſa ita poſtulet, uidere diligenter poterit. Nobis ſatis eſt breuiter & ſimpliciter rem notaſſe.

a in l.unica. C. ut quæ partiū aduoc. deſunt.

Vide in hanc rā tionem gl. in c. bon. 1. de poſtul. prælat. Specul. tit. de diſputat. & alleg. §. ult.

b l. 1. ff. de officio. aſſeſſor.

c l. à præced. C. de delati. l. properandū. §. 1. C. de iudic.

d tot. titul. C. quom. & quando iudex & de ſententia & interlocut. omniū iudic.

e l. 1. ff. de iuriſdict. omnium iudic. l. ne quicquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconſul. l. dies cautioni. §. hoc autem iudiciū. ff. de damno infect. l. congruit. ff. de offic. præſid. & in Auth. ut nulli. iudic. §. 1. & quoniā uerò. collocat. 6.

f l. illicit. actiones. l. congruit. ff. de offic. præſid. & in d. Authent. ut nulli iudic. §. 1. §. quin uerò.

g l. 2. C. de edend.

h l. ſi irruptione. §. ad offic. ff. finium regund. l. 2. de feriis.

i l. quos prohibet. ff. de poſtul. l. fil. §. uter. ff. de procur.

k Doct. in d. l. unica. C. ut quæ part. aduoc. deſunt.

l l. illicit. §. ueritas. ff. de offic. præſid. & d. l. unica. C. ut quæ part. aduoc. deſunt.

m Bald. in l. unica. C. ut quæ part. aduocat. deſunt.

n l. ubicunq; ff. de interrogato. actio. & in Authent. illud tamen. de teſtibus.

o Authent. at qui ſemel. C. quom. & quando index. l. amplio res. §. 1. C. de appellatio.

p in d. l. unica. C. ut quæ part. aduocat. deſunt.

q in l. dies cautioni. §. hoc autē iudicium. ff. de damno infecto.

SOBRII AC PRVDENTIS ESSE IVRISCONSVLTI, cum omne ius in causa ferè positum sit, atq; ex facto oriatur, diligenter in iure dicendo obseruare, omnes facti rerumq; formas & circumstantias.

Cap. IIII.

1 *Nihil in uniuerso iure constitui posse, quod non circumstantiarum ratione in dubium pertrahi possit.*
2 *Edicta pro conditione causæ, & circumstantiarum, moderanda esse.*
3 *Circumstantiarum ratio, atq; cognitio, unde petatur.*
4 *Cuius diligentem obseruationem maximæ utilitatis esse.*
5 *In delictis præcipuè considerari uoluntatem seu consilium, atq; potestatem, quæ duo suspicionis multum adferant.*
6 *Facti qualitatem, ex quo ius oriatur, quia multiplex sit, diligentissimè perpendi debere.*
7 *Quod ueteres iureconsultos fecisse, Pandectas undiq; testari.*



IN causis ac rebus iure ac legibus decidendis, adhibenda est summa animi prudentia & diligentia, ut uis earum atq; potestas, & quæ rerum uel cognatio, uel diuersitas sit, quam consequentiam habeant, planè appareat. Fit enim, ut qui non omnem eius rei, quæ in quęstionem aut iudicium uenit, naturam & partes omnes summa animi industria expendat, in turpem sępe errorem conijciatur: sequaturq; deprauatam aliquam opinionem potius, quàm rectum animi iudicium. Et cum omne ius in causa ferè positum sit, atq; ex facto oriatur, erit sobrij ac prudentis iurisconsulti, diligenter in iure dicendo obseruare omnes facti rerumq; circumstantias, [a] siue ut Græci dicunt περι-στάσεις, in ijsq; ad comparandum solidum animi iudiciũ diligenter sese exercere. Nihil enim, referente pontifice Clemente, [b] in uniuerso iure ita con- 1
stitui potest, quod non in ueri disputationem ac dubium casus emergens,
rerumq; circũstantiæ pertrahere possint. Sic Vlp. præcipit, [c] eum qui ius 2
dicit, oportere pro conditione causæ, uel personę, uel temporis edicta æstimare, & ita ordinẽ edictorũ, uel cõpendium moderari. Et Celsus scribit, [d] boni iudicis esse, uaria ex personis causisq; constituere. Et sanè mirum est dictu, quanta uir ille industria & diligentia omnis personæ ac causæ circũstantias eò in loco expendat, ut cognoscatur quatenus expensæ in fundo alieno factæ reddi debeant: quemadmodum & Iulianus alicubi [e] in constituẽda usucapione subrepti pignoris, admirabili ingenij facilitate omnes facti rerumq; circumstantias excutit. Extat in hanc rationem pulchra & elegans in primis præceptio apud Claudium iurisconsultum, [f] qua ille circumstantiarum descriptionem siue diuisionem, tanquam in tabula, inspiciendam atq; cognoscendam proponit. Est autem non difficilis circumstan- 3
tiarum ratio, & ei qui uel iurisprudentum, uel rhetorum scripta diligenter legerit, facilè obuia. Iisdem enim ex locis, quibus & argumenta, petitur, ueluti personis & rebus, ex causis & euentis, antecedentibus & consequentibus: applicitis, ut loco, tempore: cõnexis, facti qualitate & modo, & eiusmodi alijs, quorum omnium ratio, ubi probationis partes constituentur, accuratius & amplius explicabitur. Nunc aliquot saltem exempla tradun-tur, ad quorum imitationem iuris studiosus facilè se effingere atq; componere poterit. uix enim alius siue ad consequendam omnium magnarum re- 4
rum cognitionem, siue parandam multiplicem eruditionem, siue constituendum magnum & præstabile animi iudiciũ, maior est, quàm huius studij ac diligentiæ usus atq; utilitas.

a l. si ex plag. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. l. obligatio. §. ex facto. ff. de act. & oblig at. l. quidam referunt. ff. de iure codicill. l. in fundo alieno. ff. de rei iudic. l. si cum filiusfamil. §. Titio decem. ff. de donat.
b In præfatione Clementinarum.
c in l. nonnunquam. ff. de iud.
d in l. in fundo alieno. ff. de rei uendicat.
e in l. non solũ. §. si rem pignori datam. ff. de usucapionib.
f in l. aut facta. cum suis paragraph. ff. de pœ.

Quam utilitatẽ adferat diligenter obseruata circumstantiarũ ratio.

Porrò

Porrò inter personarum argumenta numerantur, genus, natio, sexus, ætas, educatio, habitus, fortuna, studia, & eiusmodi, quæ omnia magnam subinde mouent quæstionem, ut uidere licet in l. aut facta. §. persona. ff. de pœnis. l. ult. ff. de iniurijs. l. ij. ff. de Castrens. pecul. l. filiusfam. uersic. Nonnunquã. ff. de donat. l. deinde, uers. Iulianus. ff. de liber. exhibend. l. donationes. ff. de donat. l. ult. ff. de collusio. detegend. & passim.

Causarum & euentorum creber est locus, in ijs præsertim controuersijs,
5 quæ coniectura excutiuntur, quoniam suspicionem arguunt uoluntas & potestas. Peccandi uoluntas ex fine, qualitas ex efficiente colligitur. In delictis enim præcipuè spectatur propositũ, siue consilium & uoluntas.[a] Aristoteles spectandum putat iudicium & uoluntatem: & iudicij errorem ex ignorantia prouenire, eumq; duplicē esse, facti scilicet, & iuris. Paulus sententiam Labeonis[b] secutus, putat, cum uicino, qui flumen auertit, agi pluuiæ arcend. non posse, si tantum curauerit, ne torrens influat: aliter atque si eo animo fecerit, ut alteri noceret. ac proinde uidendum esse, quo animo fecerit. Ita Paulus, Aristo, & Seruius:[c] ut restitutorio interdicto occurratur eorum calliditati, qui ui aut clam quædam moliuntur, spectandũ putat, quem celandi animum habuerint. Et Callistratus refert,[d] diuum Adrianum rescripsisse, eos pessimè facere, qui terminos finium causa positos protulissent: de pœna tamen eorum statuendum modum ex conditione personæ, & mente facientis esse. Pulchrè in primis in hanc rationē scribit Martianus:[e] Diuus Adrianus, inquit, rescripsit, eum qui hominē occiderit, si non occidendi animo hoc admiserit, absolui posse: & qui hominem nō occiderit, sed uulnerauerit ut occidat, pro homicida damnandum. Ex re constituendum est hoc. Nam si gladium strinxerit, & in eo percusserit, indubitatè occidendi animo id eum admisisse. Extant non parum multæ leges,[f] quibus probatur, in delictis mentem, uoluntatem, & affectum quoque esse spectandum.

Ex locis causarum & euentorum trahuntur illa, quæ uulgo antecedentia & consequentia uocantur: quorum ea est natura, ut si antecedens rectè inferatur, consectaneum sit & consequens. Exemplum est apud Iabolenum:[g] Cui, inquit, iurisdictio data est, ea quoq; concessa esse uidentur, sine quibus iurisdictio explicari non potest. Sed huic concessa est, &c.[h] Eiusmodi sumi possunt ex l. j. uers. ususfructus legatus. ff. si ususfruct. petat. l. qui procuratorem. ff. de procuratoribus.

Applicita magnam controuersiam & disputationem in omni ferè causarum genere faciunt: eorumq; tractationem de omnibus contractibus, omnibus actionibus ciuilibus & criminalibus esse, documento sunt, quæ totis illis titulis traduntur, ff. de eo quod certo loco dari oport. de temporibus in integrum restit. item appellatio. &c. Exempla passim se offerunt: & docet alicubi Iason, quantus sit usus connexorum.[i]

6 Qualitas facti, ex quo ius oriri diximus, maiorem quandam requirit & industriam, & diligentiam, quoniam uaria & multiplex est, nec certis aliquot siue præceptionibus, siue traditionibus comprehendi potest: sed res uniuersa ex rerum factiq́ue qualitate diligenter inspecta constituenda est. Declarat hoc primùm diuus Pius Anton.[k] qui, referente Paulo, de ijs qui prædam ex naufragio diripuissent, rescripsit, ut in cæteris, ita in huiusmodi causis ex personarum conditione & rerum qualitate, diligenter pœnas esse æstimandas: ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quàm causa postulet. & Vlpianus alio in loco,[l] docet, subinde quædam emergere, quę ex rerum & personarum diuersitate uarietatem inducant, ideoq; ea officio

F iudicis

a l. uerum est. l. qui iniur. ff. de furtis.
b in l. in sum. §. item Labeo ait, si uicin. ff. de aqua pluuia arc.
c in l. prohib. sub fin. cum l. sequent. ff. quod ui aut clam.
d in l. 2. ff. de termino moto.
e in l. 1. uersic. diu. ff. ad l. Cornel. de sicarijs.
f ut in l. oblig. substantia. l. ex maleficijs. §. si is quoq;. ff. de act. & oblig. l. si seruus. ff. de fidecom. libertate. l. om. debit. ff. quæ in fraud. credit.
g in l. 2. ff. de iuris. om. iudic.
h Exempla effectus. si quis fortè requir. extāt in l. qui seruũ. in l. qui om. ff. de act. & oblig. l. illud relatũ. §. 1. ff. de iniur. l. 1. ff. de extraord. criminib. l. capitẽd. de regul. iur. l. si non conuicij. C. de iniur.
i in l. Fulcin. §. cum hoc. ff. quibus ex caus. in possess. eatur. l. si per alium. §. docere. ne quis eũ qui in ius uocat. iu. ex.
k in l. Ped. ff. de incend. rui. naufrag.
l in l. usufrudd la. 4. uersic. non semper autem. de iureiur.

a In l. domum emi. ff. de contra hend. empt. b in l. Lucin. ff. de donat. l. ad cũ quem. e. t. l. Tit. Seru. ff. de manu miss. test. l. Tha. ancil. ff. de fidei com. libert. l. de bitor. ff. quæ in fraud. cred. l. pa ter pro fil. §. ult. ff. de dol. mal. ex cept. l. si ita quis promis. ff. de uer bor. oblig. l. sti pul. est opus. ff. de fideiuss. l. cre dit. ff. de solut. l. negotiorũ. ff. de appell. l. propo nebat. ff de Ca str. pecul. l. Ti tia. §. penult. ff. de ann. legat. l. filius fam. ff. de acquirend. he red.

iudicis esse terminãda, uel, ut alibi Paulus ait, [a] boni uiri arbitratu æstimanda. Deinde hanc nostram sententiam comprobãt, quòd illi ipsi iurisconsulti, qui ciuitates legibus fundauerunt, non temere neq; una aliqua certa lege de iure rogati aut responderint, aut quicquam definiuerint, sed animi sui iudicium ad facti rerumq; περίστασιν, siue qualitatem ac formas conformarint. Hinc enim illę locutiones apud iureconsultos: [b] Respondi secundum ea quæ proponerentur, Respondi secundum uerborum tenorẽ, Respondi secundum ea quæ in consultatione collata essent: Item, quibus ita præmissis in proposito dicebam: quæ sanè omnia docent atque declarant, prudentissimos illos uiros, & longè maximarum rerum, nedum forensium caussarum usu exercitos, in iure dicendo, omnes facti rerumq; formas atq; circũstantias diligenter obseruasse. Quod & nobis, qui de omnibus causis ac rebus, rectè iudicare cupimus, magno studio esse debet. Nam præterquam quòd hinc certa quædam rerum cognitio, magnaq; locorum copia paratur, etiam illud, quo nihil ex omni humano genere fingi aut excogitari potest uel præstabilius, uel admirabilius, rectum uidelicet animi iudicium constitui solet. 7

IVDICIS PARTES ATQVE OFFICIA qualia esse debeant. Cap. V.

1 *Breuitatem rei ipsi conuenientem, in omnibus artibus, gratam esse.*
2 *Iudex unde dictus.*
3 *Iudicem boni & innocentis uiri officio fungi oportere.*
4 *Iudicia non hominum, sed Dei esse.*
5 *Rectè iudicium facere non posse, qui ipse à recti tramite declinare sit consuetus.*
6 *In casu uehementer dubio, nec iure definito, humaniorem sententiam amplectendam esse.*
7 *Consuetudinem optimam esse legum interpretem.*
8 *Quando princeps iudici consulendus sit.*
9 *Boni iudicis officium ex D. Ambrosio.*



Vando uix alia, atq; hæc iuris pars, uel copiosius, uel à pluribus iuris præceptoribus tradita est, & nuper clarissimus iurisconsultus Claudius Cantiuncula, qualia iudicis officia & partes esse debeant, ualde eruditè atq; eleganter descripsit: nostra etiam opera, & qualiscunq; industria in hanc præcipuam studij partẽ collata est, ut in uniuerso hoc opere, quales esse partes eius debeant, qui & doctrinæ studijs, & iuris publici professione, etiam ciuitate regenda princeps esse & haberi uelit, iudicare breui compendio possimus: non ulla certè gloriæ cupiditate, quam in hac ingenij iudicijq; egestate sperare non debemus: neq; etiam popularis gratiolę ambitione, à qua semper natura & studio abhorrentes fuimus, adducti: sed sola iuuandi adolescentię studia uoluntate perpetua commoti, uoluimus de industria in hac argumenti amplitudine & copia breuiores esse, ne uel ea quæ accuratè & eruditè, ab alijs in hanc sententiã sunt dicta, cum tædio aliquo repeteremus: uel teneros adolescentiæ animos longis defatigaremus commentarijs. Est enim ipsa breuitas, quæ quidem rebus ipsis conueniens sit, nec plura nec pauciora quàm oporteat complectatur, cùm omnibus in rebus, tum præcipuè in ipsis artium præceptis, quæ plus ferè tædij, dum discuntur, habẽt, quàm uoluptatis, ualde grata. 1

a lib. 1. cap. 1. de offic. iudic. b lib. 10. etymol. 23. quæst. 2. can. 2.

Et quoniã iudex propriè, à Claudio Cantiuncula [a] definiaẽ, uir bonus, iuris dicendi & æquitatis statuendæ peritus, ad id muneris publica autoritate uocatus: sic dictus, referente Isidoro, [b] quòd ius dicet populo, siue quòd

quod iure disceptet: iure autem disceptare, sit iustè iudicare. non enim est
iudex, si non est in eo iustitia, &c. erunt præcipuæ integri iudicis partes, ut
in uniuersa illa iuris publici cùm professione, tũ exercitatione uir sanctus,
5 iustus & innocens habeatur. Nam & Vlp. scribit,[a] iudicem boni & inno
centis uiri officio fungi oportere, & rectè à Cassiodoro[b] dictũ est, neminem
ius populo melius dicere, eiusq́ sensus ac uoluntates ad amplectendã iu-
stitiam conuertere posse, quàm iudicem innocentem. Describuntur autem
optimè iudicis recti & integri partes atq; officia, à Deo ipso passim. Sic e-
nim Leuit. cap. xix. ubi diuinas atq; politicas leges de rebus expetendis at-
que fugiendis explicat: Non facietis, ait, peruersum quid in iudicio, nec su
scipias faciem pauperis, neq; honorabis uultum magnifici: in iustitia iu-
dicium proximi tui decernes. & ibidem: Non facietis peruersum quid in iu
dicio, in dimensione, in pondere, & in mensura. Libro Deutero. qui præci-
pua præcepta, quę ad bene beateq́ uiuendum pertinēt, & quandam Deca
logi diuini explicationem continet, cap. 1. Et præcepi, ait, iudicibus uestris
in tempore illo dicens: audite causam fratrum uestrorum, & iudicate iustè
4 inter uirum & fratrem eius, atque inter peregrinum eius. Non agnoscetis
facies in iudicio: tam paruum quàm magnum audietis: neq; timebitis ab
ullo uiro, quia iudicium illud Dei est: & causam quam ob difficultatem ex
tricare non ualetis, ad me referetis, & ego audiã eum. Eodem in lib. cap. 16.
Iudices, inquit, & præfectos constitues tibi in omnibus ciuitatibus tuis,
quas Dominus Deus tuus dat tibi, secundum tribus tuas, qui iudicabunt
iudicio iusto. Non declinabis iudicium, nec agnosces personas, neq; acci-
pies munus: quoniam munus excæcat oculos sapientum, & peruertit uer-
ba iustorũ. Iustitiam iustitia persequaris, ut uiuas & possideas terram, quã
Dominus Deus dat tibi. Extant passim[c] eiusmodi præceptiones, quibus
& Deus ipse grauissimè commonet, ut causam uiduarum, pupillorum, hu-
milium, pauperum, & eorum omnium qui ui ac calumnijs opprimuntur,
in procurationem fidem & tutelam nostram suscipiamus: eorumq́ cau-
sas nulla spe lucri, nulla cupiditate mala, nullis animorum percussionibus,
sed solo ueritatis ac iustitiæ explicandæ studio, iusto & recto iudicio defi-
niamus: editis etiam horrendis pœnarum cõminationibus in omnes eos,
quorum ambitione, scelere ac fraude, iudicia recta subuertuntur.[d] Cum e-
nim regum,[e] & omnium eorum qui reipublicæ bene ac præclarè gerendæ
præfecti sunt, proprium sit officium, referente Hieronymo in prophetam
Hieremiam, facere iudicium atq; iustitiam, & liberare de manu calumnian
tium ui oppressos: & peregrinis pupillisq; & uiduis, quæ facilius oppri-
5 muntur à potentibus, prębere auxilium. Neq;, ut Ambrosius alicubi[f] as-
serit, rectè iudicium facere, & quæ prauè, uel turpiter facta sunt, emendare
legibus potest, qui ipse à iustitię & æquitatis obseruatione uidetur alienus
& neglectus esse: oportet planè eum qui ius populo dicit, singulari animi
probitate, innocentia uitæ, iustitiæq; cultione cæteris egregie præstare.[g]
De reliquis uirtutibus, quæ ad ipsam iustitiam accedunt, & quibus eum
qui ius populo dicit, præditum esse oportet, quoniam libro secundo quæ-
dam præcepta tradidimus, nihil necesse fuit ea hic repetere. Sed debet in
hoc eius cura diligenter uersari, ut cum præclaras animi bene à natura in-
stituti, etiam doctrinę studijs informati uirtutes ad iudicium exercendum
adferat, tum uerò probationum fidem, & suam ipsius conscientiam nõ opi
nione aliqua, aut affectione, sed actorum comprobatione, testiumq; con-
fessione informatum in omnibus causis ac iudicijs sequatur.[h] Ac proinde
quotiens iudex non recta & certa animi conscientia nititur, debet eam de-

F 2 ponere,

a in l. cet. ret. ff. fam. bercisc.
b lib. 1. epist. 3.
Iudicis partes atque officia optimè à Deo descripti.
Iudicia non hominum, sed Dei sunt.
c 4. Reg. 14. 2. Par. 19. & 27. Prou. 4. & 17. & 18. & 24. Eccl. 4. 7. et 20. Apud Esa. 5. 10. & 59.
d Apud Hier. 5. & 22. 11. quæstio. 3. c. iudic. et c. qui rectè iudic.
e 23. q. 5. c. reg. & c. administr.
f in Psal. Beati immacul. in uia. 3. q. 7. c. iudic. et ampl. probat. l. si uxor. §. iudex. ff. ad l. Iul. de adult. l. 1. 3. & 5. ff. ad l. Iul. repetund.
g l. cæteræ. ff. famil. bercisc. l. obseruare. ff. de offic. prætor.
h 2. q. 1. c. Deus omnipotens. & quod notat. 3. q. 7. c. iudic. facit c. quoniam. ext. de probat. Spec. §. 1. de off. iudic. ord. & tot. tit. de aduoc. præcip. §. 6. fac. pulch. c. cum æterni. de re iudic. lib. 6.

ponere, & secundum acta & probata iudicare. [a] qua tamen de re pôst amplius dicemus. Hoc sanè naturalis æquitatis est, ut in casu uehementer du 6
bio, & iure non definito, humaniorem sententiam naturalemq; sequatur: [b] hoc est, si ex rationabili aliqua consuetudine ius dubium interpretari possit, hoc sibi permittat: quoniam consuetudo optima est legum interpres. [c] 7
Aut si ius uehementer dubium, nulla cõsuetudine definiri possit, & tamen certis ac significantibus uerbis descriptum sit, sequatur uerborum significationem eam, quæ nec absurda, & naturali cùm rationi, tum uerò æquitati consentiat. [d] Semper enim in uario ac multiplici themate ac casu, seruanda hæc regula, ut si fieri possit, humaniorẽ sententiam retineamus: aut collatione legum æqualem aliquam similitudinem constituamus: [e] aut si ho- 8
rum utroq; destituamur, cõsulamus principem, cuius sit interpretationem legum facere. ut dicitur in cap. inter alia. de sent. excommunicat. & in l. cum de nouo. ibi Cynus. C. de legib. & per Panorm. in c. j. num. xiiij. xv. & xvj. de constitut. Et à nobis, quales esse partes, officia, atq; functiones eius qui ius dicit, debeant, toto hoc opere dicetur, præcipuè uerò lib. vij. cap. j. explicabitur, qualis esse interpretationis usus debeat in rebus ambiguis atque obscuris. Et sanè faciles esse præceptiones poterunt, ne integer & rectus iudex ab ulla uirtute & honesto officiorum genere declinet: ne'ue uel odio, uel gratiæ sit obnoxius, sed eam in omni actione, causis ac rebus seruet cùm temperationem animi, tum uitæ innocentiam ac sanctitatẽ, ut ius æquabile cũctis dicat. Ambrosius [f] boni iudicis officium in hæc uerba de-
scribit: Bonus, inquit, iudex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito dome 9
sticæ uoluntatis, sed iuxta leges ac iura pronunciat: statutis iuris obtemperat, & non indulget propriæ uoluntati: nihil præparatum & meditatum de domo defert, sed sicut audit, ita iudicat: et sicut se habet natura, decernit: ob sequitur legibus, non aduersatur: examinat causæ merita, non mutat, &c.

a c. inquisit. de sent. excom. c. 1. de re iud. lib. 6. clement. 1 §. uerum. de haeret.
b notab. gl. & ibi Panor. in c. ex parte. de tr[a]ns. fact. c. ult. e. tit. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod certo loco.
c c. dilect. de cõsuet. l. minimè. ff. de legib. & l. si de interpretat. cod. tit.
d c. ult. de uerbor. signif. l. nõ aliter. de leg. 3. c. ex ore. de priuileg.
e c translat. de constit. c. cum dilect. de confirm. util. uel inutil. l. non possunt. ff. de legib.
f Super Psal. Beati immaculati in uia, &c. & habetur 3. q. 7. c. iudicet.

QVI IVS POPVLO DICIT, MEMINISSE DEBET, non hominis, sed reipublicæ personam se gerere. Cap. VI.

1 *Omnem magistratum à Deo constitutum esse, atq; ordinatum.*
2 *Cum magna sit principum uirorum autoritas, qui rebuspub. præsunt, magnam etiam illorũ diligentiam esse debere, & uitæ innocentiam.*
3 *Exhortationes ad eos qui populum iudicant, ex sacris literis.*



QVi ius populo dicit, meminisse debet, nõ hominis, sed reipubl. personam se gerere. Nam & magistratus in sacris literis dij appellati sunt, & Moses atq; Iehosaphat suis iudicibus, qui per ciuitates singulas Iehuda mittebantur, mandabant, ut in regendis iure ac lege ciuitatibus scirent, non hominis se, sed Dei iudicium, Dei munus atq; negotium agere. [a] Neq; obscurè in Prouerbijs Solomon [b] indicat, sancta & diuina Dei erga humanam sortem clementis prouidentia atque ordinatione factum esse, ut regendis ciuitatibus præfecti sint reges, atque principes uiri, qui consilij magnitudine atq; autoritate omnes ægras, labentes, & affectas reipublicæ partes in tutelam suam, fidem atq; propu-
gnationem susciperent. [c] Est enim omnis potestas, & rerum bene ac bea 1
te gerendarum ratio à Deo, ut Paulus refert, [d] instituta atque ordinata: qui uoluit, ut principes rebus publicis bene ac sanctè gerendis præfecti, Dei essent ministri, omnibus ijs qui bene agerent, in laudem ac gloriam: illis uerò, quorum nequitiæ flagitijs ac scelere obstringerentur, ad uindictam atque peccati ultionem. Quod ipsum exemplo Dauidis, Iosię, Ezechię, item Iosephi

a 2. Paral. 19.
b Prouerb. 8.
c 23. quæst. 5. c. reg. & c. administrat. & 2. q. 1. c. Deus omnipot. facit c. cum æterni. de re iudic. lib. 6.
d Ad Rom. 13.
Exempla.

Iosephi & Danielis comprobatur, quorum illi imperio & regnis, hi uerò sa
2 trapijs, cæterisque ciuilibus præfecturis sunt functi. Ergo quanto maior
augustiorque eorum est & uocatio & autoritas, qui uel urbium gubernacu-
la tractant, uel ius populo dicunt:[a] tanto maior quoque esse debet & diligen
tia, & animaduersio, ut omnibus magnis uirtutibus, uitæ exemplo, doctri
na sana, consilij magnitudine, innocentia ac mansuetudine cęteris egregiè
antecellant: [b] semperque meminerint non hominis se, sed reipub. personam
ac Dei uicarios gerere, à quibus non solum turpitudo omnis, sed suspicio
mala abesse debet. Moses [c] & Iehosaphat, quotiens iudices sui officij, & ut
omnem industriam ac doctrinæ usum ad colendam & exercendam iusti-
tiam cōuerterent, commonere uoluerunt, nihil habuerunt uel efficacius ad
excitandam animaduersionem, uel uehementius ad abijciendam omnem
animi mollitiem, quàm quòd eos adhortarentur, ut officij uocationisque suę
rationem haberent, atque recordarentur, quam ipsi personam in iudicijs ci-
3 uilibusque functionibus sibi induissent. Hinc enim illæ adhortationes: Vi
dete, inquit, [d] quid agatis. Non enim pro homine exercetis iudicium, sed
pro Deo, qui iuxta uos est in causa iudicij. [e] Nunc igitur sit pauor Domini
super uos. Videte & agite, quoniam non est ulla peruersitas apud Domi-
num Deum nostrū. Item [f]: Stat Dominus, ut causas dijudicet: stat, inquā,
ut iudicet populos. Dominus in iudicium ueniet cum senibus populi sui,
& cum principibus eius: & uos perdidistis uineam, estque rapina pauperis
in domibus uestris. Et illud Dauidis: [g] Deus stetit in synagoga deorum, &
in medio deorum iudicem egit. Frequentes eiusmodi sunt in sacris literis
adhortationes, quibus prouinciarum præsides ac iudices commonentur,
ut intelligant, quam personam in repub. gerant: reddendamque officij sui ra
tionem esse, ne si ab ulla uirtutis officijque religione declinent, non modò in
alios, quibus præficiuntur, grauissimè peccent, sed Dei quoque uocatione
impiè ac indignè abutantur, Dei sacrosancta iudicia fœdissimis flagitijs pol
luant atque conspurcēt. Nam ut certa consolatione, certa spe & fiducia æter-
næ mercedis, etiam iucunda suscepti laboris alleuatione efferri debēt, qui-
cunque regendis ciuitatibus ac iudicijs præsunt, propterea quòd omnis eo-
rum functio atque ordinatio à Deo est instituta, & Christi præceptis cōfor-
mata: ita terrere eos maximè debet omnis recti officij neglectio.

a Indicant hoc passim officiorū descriptiones in libris C. & ff. et passim.
b l. obseruand. ff. de off. præsidis. l. 1. in princ. ff de post.ul. l. cætera. ff familiæ bercisc. l. 1. ff. de uarijs & ord. cognit. & tot. tit. C. & ff. de off. pulchr. Hieron. in epist. ad Tit. super illud, non iracund. & Boetius lib. de schol. Doctr.
c Adhortationes Mosis & Iehosaphat.
d Hier. 48. Deuter. 1. Paral. 2. 19.
e Pulchrè in hanc sententiam faciunt 2. q. 1. c. deus omnipotēs. 3. q. 7 c. iudic. et d. c. cum æterni. de re iudicat. libro 6. Spec. tot. tit. de aduoc.
f Esaiæ. 10.
g Psalm. 82.
Præ præceptio.

QVO REVERENTIAE PIETATIS'QVE AFFECTV commoueri in magistratus subditi debeant. Cap. VII.

1 *Primæ obedientiæ, quam magistratibus debeamus, partes.*
2 *Generale pactum esse humanæ societatis, obtemperare regibus suis.*
3 *Quemcunque honorem magistratui exhibeamus, hunc nos Deo præbere.*
4 *Excellentia atque dignitas magistratus.*
5 *Eundem necessario ab omnibus ciuitatibus requiri.*
6 *Bene imperantem aliquando paruisse oportere: & modestè parentem, imperio quoque dignum esse.*
7 *Quatenus magistratui obediendum sit.*



Postulat argumenti ratio, ut quoniam à nobis, quæ magistra-
tuum functio, quæ legum dignitas, quæ morum uitæque ratio
ad constituendum perfectum aliquem siue iurisprudentem,
siue politicam administrationē esse debeat, ostensum est: pau
cis hic indicemus, quo reuerentæ pietatisque affectu commo-
1 ueri & affici in magistratus, subditi debeant. Et sanè primæ siue obedien-

F 3 tiæ,

tiæ, siue quã Deo ac magistratibus subditi debent, reuerentiæ partes sunt,
ut honorificentissimè de magistratus autoritate, functionisq; amplitudine
sentiant & prædicent: non ob id solum, quòd summam rerum potestatem
apud eos esse intelligant, sed quòd Dei ministri sint & legati: nec hominis,
sed Dei iudicium in tam sublimi & diuina uocatione exerceant. quoniam
Paulus Apostolus [a] iubet illis obedire non modò propter iram, sed etiam
propter conscientiam: & Hieronymus [b] præcipit, ut subditi suis principi-
bus ac potestatibus fidem & reuerentiam seruẽt: propterea quòd, referen-
te Augustino, generale pactum est humanæ societatis, obtemperare regi- 2
bus suis. [c] Nec refert, qualescunq; etiam illi sint magistratus (debent autem
optimi esse, & uelle) propterea quòd & satis nobis esse debet, eos Domini
uoluntate ac uocatione personam illam functionemq; publicam gerere: [d]
planeq; persuasum, quamcunq; siue obseruantiam, siue reuerentiam plenã 3
omnis officij ac uoluntatis amicæ illis prębeamus, uniuersam illam nos nõ
hominibus ipsis, sed Deo, cuius illi potestatem sibi in urbium gubernacu-
lis, ac ciuilibus functionibus sumunt, præstare. Deinde ut omni obseruan-
tia, & propensa animi inclinatione in magistratus uoluntatem propende-
ant, suasq; actiones omnes ac uitæ studia ad eorũ edicta atq; præcepta con
forment. Nam Paulus [e] hanc reuerentiam cum summo obsequio coniun-
ctam à nobis requirit, ut principatibus & potestatibus subditi simus, parea-
mus magistratibus, ad omne bonum opus parati. quemadmodum & Pe-
trus: [f] Subiecti, inquit, estote omni humanæ creaturæ propter Dominum,
siue regi tanquam præcellenti, siue præsidibus, qui per eum mittuntur, ad
uindictam quidem nocentium, laudem uerò rectè agentium. Ea enim est 4
dignitas, ea excellentia, & maior quædam, quàm uulgus hominum agno-
scat, magistratus publici maiestas, ut eorum parère mandatis, eos nobis au-
tores & principes ad ineundam & suscipiendam ciuilium rerum rationem
proponere, eorum edicto omnia honestè facere & pati libenter: neq; uel
laborem reipub. causa deponere, uel detrectare obedientiam, uel temerè
& pęfractè magistratus iussis reniti debeamus, propterea quòd (ut Pau-
lus ait) [g] omnis anima potestatibus sublimioribus subdita est: & qui pote-
stati resistit, is non hominis mandato, sed Dei ordinationi resistit. Ac pro-
inde idem ad Titum [h] scribẽs: Adhortor, inquit, primùm omnium fieri ob-
secrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus
hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut
quietam & tranquillam uitam agamus cum omni pietate & grauitate. Et 5
Cicero, [i] Magistratibus, inquit, opus est, sine quorum prudentia ac diligen-
tia esse ciuitas non potest: quorum descriptione omnis reipub. moderatio
continetur. Neq; solum ijs præscribendus est imperandi modus. Nam & 6
qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est: & qui modestè paret, ui-
detur qui aliquando imperet, dignus esse. Itaq; oportet & eum qui paret,
sperare se aliquo tempore imperaturum: & illum qui imperat, cogitare, bre-
ui tempore sibi esse parendũ. Nec uerò solum ut obtemperent, obedianteq;
magistratibus, sed etiam ut eos colant, diligantq;, præscribimus. Sed eate- 7
nus obtemperandum est magistratibus, quatenus quæ edicunt, nec cõtra
Euangelium, nec contra Apostolos, nec contra prophetas, uel sanctorum
patrum instituta sint: [k] ut pulchrè docet Fabianus pontifex. [l] & Ambro-
sius alicubi refert, [m] Iulianum Imperatorem, quamuis esset apostota, habu-
isse tamen sub se Christianos milites, qui, si produceret aciem reipublicæ
propugnandæ causa, statim paruerunt: sin contrà, in Christianos arma su-
scipienda essent, malebant contempto Imperatoris sui edicto, cœli Impe- 8
ratorem

Qualis obseruatio subditorũ in magistratus esse debeat, & quæ sint reuerentiæ partes.

a Ad Rom. 13.

b *in annotationibus super Hieremiam. extat. 23 quæst. 5. c. regum officium. et c. si apud carnales.*

c *extat. dist. 8. cap. quæ contra mores.*

d *Magistratus, qualescũq; sunt, ferẽdi quãdiu docent, et quatenus etiam nihil contra Dei institutũ præcipiunt. Actor. 5. extant et alia in hãc rem præceptiones Exod. 22. Prouerb. 16.*

e Ad Tit. 3.

f 1. Pet. 2.

g Ad Rom. 13. *extat & apud Lucam cap. 20. Matth. 20. 1. Pet. 2.*

h Cap. 3.

i *Lib. 3. de legibus.*

k Actor. 5.

l *Extat 11. q. 3. c. omnipotentẽ.*

m *11. q. 3. c. Iulianus. & c. qui resistit.*

tatorem potius, quàm Iulianum Imperatorem agnoſcere. Porrò hanc ſubditorum erga magiſtratum reuerentiam, cum omni obſeruatione coniunctam, præcipuè excitat illa animorum temperatio, & quædam quaſi ab omnibus perturbationibus uacuitas, qua affecti ſubditi, facilè adſueſcunt, omnem honorem, obedientiam ac uitæ actiones, etiam res & cauſas ad magiſtratus cognitionem referre.[a]

a Ambroſ. lib. de morib. eccleſ. & Cicero lib. 1. de finib. bon. & malor.

EI QVI IVS POPVLO DICIT, IN PRIMIS fugienda eſt omnis in iudicando temeritas. Cap. VIII.

1 *Præcocem ac præcipitatam iudicis ſententiam, omnis iuſtitiæ expultricem, ac ueluti nouercam eſſe.*
2 *Idq. Dei exemplo comprobari.*
3 *Poſteriores cogitationes plerunq. haberi ſapientiores.*
4 *Quare omnia, quæ in iudicium ueniant, diligentius atq. ſobrius inueſtiganda eſſe.*
5 *Theodoſij Imperatoris inconſiderata atq. crudelis ſententia.*
6 *Iudicibus de iure dubitantibus, olim maiores iudices reſpondiſſe.*
7 *Singulos artifices in ſuo profeſſionis genere fidem mereri.*



Vi populo ius dicit, ab eo abeſſe debet omnis in iudicando temeritas, & inconſulta iudicandi ratio.[a] Habet enim nimia illa præcipitatio comitē pœnitentiam, & quandam ueluti turpitudinem: neq; rarò fit, ut ipſa iuſtitia ſententiæ celeritate, à qua abeſſe temeritas non poteſt, ſubuertatur:[b] quando Cle-
1 mēs pontifex ſcribit,[c] præcocem ac intemperatam iudicis ſententiam omnis iuſtitiæ expultricem, & tanquam nouercam eſſe. In quam ſententiam quoniam extat utilis in primis præceptio Euariſti pontificis,[d] non ſum gra-
2 uatus eam hic adſcribere. Deus, inquit, omnipotens, ut nos à præcipitandæ ſententiæ prolatione compeſceret, cum omnia nuda & aperta ſint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare prius, quàm manifeſtè cognoſceret quæ dicebantur. Vnde ipſe ait: Deſcendam, & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me, opere compleuerint: an non eſt ita, ut ſciam. Deus omnipotens, cui nihil eſt abſconditum, ſed ei omnia manifeſta ſunt, antequam fiant: non ideo hæc & alia multa quæ ob prolixitatem capitulo non inſeruimus, per ſe inquirere dignatus eſt: non quòd ea ignoraret, ſed ut nobis exemplum daret, ne præcipites in diſcutiendis & iudicandis negotijs eſſemus, & ne mala proximiorum prius quiſquam præſumat credere, quàm probare: cuius exemplo monemur, ne ad proferendam ſententiam unquam præcipites ſimus: aut temerè indiligenterq; probata, indiſcuſſa quoquo modo iudicemus:[e] dicente ueritatis uoce, Nolite iudicare, & non iudicabimini. in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & reliqua. Mala uerò audita nullum moueant: nec paſſim dicta abſq; certa probatione quiſquam unquam credat: ſed antè audita diligenter inquirat, nec præcipitanter quicquam agat aliquis.[f] Si enim Deus cognitor omnium, Sodomorum mala (quorum clamor ad cœlum uſque peruenerat) omnia ſciens, prius nec credere, nec iudicare uoluit, quàm ipſe ea cum fidelibus teſtibus diligenter inueſtigans, quæ audierat opere comprobaret: nos, qui ſumus homines & peccatores, quibus incognita ſunt occulta iudicia Dei: hoc præcauentes, nullum ante ueram iuſtamq; probationem iudicare, aut damnare debemus: manifeſtè Paulo Apoſtolo dicente: Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? ſuo enim Domino aut ſtat, aut cadit. Hactenus ille.

a c. ne innitaris extr. de conſtitutio. 6. q. 1. c. quæro. l. 2. C. de ſentent. experi. recitand. c. ubi periculum. de elect. libro 6. 3. diſt. c. inter hæc.
b arg. c. cū ex literis. §. proſpexim. extr. de in integ. reſtit.
c in clem. paſtoral. §. rerum. ibi quoq; Cardinal. de ſentent. & re iudic.
d 2. qu. 1. can. Deus.
e Matt. 7. Paulus ad Rom. 2. et 1. Cor. 4.
f Extant uelo de pia in hanc rem præceptiones. Exod. 23. Leuit. 19. Deut. 1. et 16. &. 2. Par. 19. et 27. Prouerb. 4. 17. & 18. Sapient. 1. Eccleſ. 5. Iacob. 2. Eſaiæ 5. & 10. Hier. 5. & 22.

Et ſanè

Et ſanè natura hanc legem indixit, ut præſtantiſſimarum rerum progreſſus 3
nec faciles eſſent, nec citò euenirent: haberenturq́ue poſteriores cogitationes plerunq́ue ſemper ſapientiores. Ac proinde diligens cura adhibenda ei qui ius populo dicit, ut omnibus in cauſis ac rebus cogitationem ſobrij ac prudentis hominis ſuſcipiat, ne uel nimia ſui fiducia commotus, temerè & iniuſtè quippiam agat, uel affectibus blandiatur ſuis, ſed cuncta potius quæ in controuerſiam ueniunt, ad animi iudicium referat, ſummaq́ue induſtria uim eius, quod ſententia ac legibus definiendum erit, peruideat atque cognoſcat.[a] Omnia enim quæ in iudicium ueniunt, diligenter erunt & ſo- 4
brie, ut Innocentius præcipit,[b] iudici inueſtiganda: neq́ue committendum, ut in magna cauſarum ac rerum uarietate, etiamſi leges animo atq́ue memoria pertractatas habeat, ſtatim & tanquam ex tempore (modò res, quæ in conſultationem uenit, moram patitur) ſuam interponat ſententiam: ne ſi pro re, pro caſu, pro loco & tempore parum conſideratè iudicet, reprehendi in eo facilitatis fiducia, & in iudicando inſcitia poſſit. Quorum illud audacis eſt confidentiæ, hoc uerò iniquitatis. Semperq́ue conſultius eſt, in definiendo ac iudicando, ſi longius ſpacium dari non poſſit, breue ſaltè tempus, q̄d nuſquam aberit, ad ea quæ definiturus ſit, diſpicienda ſumere.[c] Refert aūt in hanc rationē inſigne exemplum Theodoſij in hæc uerba diuus Ambroſius:[d] Cum apud Theſſalonicā, inquit, ſeditio eſſet exorta, & qui- 5
dam ex militaribus uir impetu fuiſſet populi furentis extinctus, Theodoſius repentini nuncij atrocitate ſuccenſus, ad ludos Circenſes inuitari populum, eiq́ue ex improuiſo circumfundi milites atq́ue obtruncare paſſim, prout quiſq́ue occurriſſet, gladio iubet: & uindictam dare non crimini, ſed furori. Ob hoc cum à ſacerdotibus Italiæ redargueretur, agnouit delictum, culpamq́ue cum lacrymis profeſſus, publicam pœnitentiam in totius eccleſiæ conſpectu egit: & in hoc ſibi tempus adſcriptum abſq́ue regali faſtigio patienter impleuit. quibus omnibus illud quoq́ue admirabiliter adiecit: Leges ſanxit in poſterum, ut ſententiæ principum ſuper animaduerſione prolatæ, in diem triceſimum ab executoribus differrentur: quo locus miſericordiæ, uel ſi res tuliſſet, pœnitentiæ, non periret. Latæ autem legis carmen in hæc uerba extat:[e] Si uindicari in aliquos ſeuerius contra noſtram conſuetudinem pro cauſæ intuitu iuſſerimus, nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnā, aut excipere ſententiā: ſed per dies triginta ſuper ſtatu eorum ſors & fortuna ſuſpenſa ſit. Reos ſanè excipiat, uinciatq́ue cuſtodia, & excubijs ſolertib. uigilanter obſeruet. Et diuus Gregorius ſcribit, ſummopere præcauendū eſſe, ne qui publica iudicia exercent, in dictandis ſententijs ſint præcipites.

Erit & hoc modeſtiæ ciuilis que uerecūdiæ, ſiqua in re iudex dubi-
tet, conſulere alios, qui ingenio & doctrina præſtant: quoniam antiqui 6
moris ſemper fuit, ut iudicibus de iure dubitantibus, præſides ac maiores iudices reſponderent.[f] Cuius rei pulchrum in primis exemplum extat apud Paulum in l. Licinius. ff. quibus ad libertat. proclam. non licet, in hæc uerba Licinius Rufinus Iulio Paulo. Is cui fideicommiſſaria libertas debebatur, poſt uiceſimū annum ſe uenire paſſus eſt: quæro, an denegandum ſit ei ad libertatem proclamare? Mouet me exemplum cuiuſuis hominis liberi. Nam etſi conſecutus libertatem ſe uendidiſſet, denegaretur ei ad libertatem proclamare, &c. Sed econtrariò mouet me, quòd in eo de quo quæritur uenditio exiſtat, &c. Peto itaque plenius me inſtruas. Reſpondi, &c. Item apud Pomponium in l. apud Iulianum. ff. de fideicom miſſ. libertatib. Apud Iulianū, inquit, ita ſcriptum eſt: Si hæres rogatus manumittere ſeruum, ex Trebelliano ſenatuſcōſulto hæreditatem reſtituerit,

cogi

Poſteriores cogitationes plerūq́ue ſunt ſapientiores.

a c. ne innitar. extr. de conſtit. c. ubi pericul. de elect. lib. 6.

b in cap. ſuper quæſt. §. intentiones. extr. de off. & poteſt. iudic. deleg. Bart. in l. 2. C. de off. rect. prouinc. et quæ notāt. in l. 2. C. de ſentent. et pe. recitand. & c. ubi peric. de electio. lib. 6.

c l. 2. C. de ſentent. ex peric. recit. 2. q. 1. c. Deus 11. q. 3. c. ſummopere. Bart. in d. l. 2. c. de off. rector. prouinc. c. quanto. extr. de conſuetud. l. in ciuile. ff. de legib.

d in lib. eccleſ. hiſtor. uide 11. q. 3. cap. cum apud Theſſalon.

e in l. ſi uindic. C. de pœnis. & huc pertinent l. reſpiciendum. l. abſentem. ff. e. t.

f Specul. initio lib. 2. de renunc. & concluſ. uerſic. audatis autē allegatio. l. eum quem. §. 1. ff. de iudic. uidet. uide c. intimaſt. extr. de appellat. c. ad noſtram. extr. de conſuetud. 20. diſt. c. de quibus. idem quoq́ue Specul. tit. de ad uocat. & requiſitio. conſilij.

cogi debebit manumittere: & si latitauerit, uel ex iusta causa aberit, prætor causa cognita, secundum senatuscõsulta ad eas causas pertinentia pronunciare debebit. Si uerò seruum susceperit is, cui hæreditas restituta fuerit, ipsum conuenit manumittere: & eadem in persona eius obseruari cõueniet, quæ circa emptores custodiri solent. An hæc uera putas? Nam ego discendi cupiditate, quam solam uiuendi rationem optimam, in octauũ & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum eius sententiæ, quam dixisse fertur Iulian. Etsi alterũ pedem in sepulchro haberẽ, adhuc addiscere quidem uellem, &c. Et ipsi illi iurisconsulti, qui primùm ciuitates legibus fundauerunt, sæpè multa ex aliorum doctrina in exemplum constituendi iuris publici sibi sumpserunt. Sic enim Paulus,[a] eum qui ex iustis nuptijs septimo mense natus esset, iustum filium esse scripsit: secutus doctissimũ uirum Hippocratem, cuius autoritate receptum est, septimo mẽse perfectum partum nasci. Idemq; Paulus, Iulianus item, & antiqui, ita libero uentri prospexerunt, ut in tempus nascendi omnia ei iura integra reseruarent:[b] propterea quòd Aristoteles scripserit,[c] quinq; liberos nasci posse, quia uuluæ mulierum totidem receptacula habere possent: & esse mulierem Romæ Alexandrinam ex Aegypto, quæ quinq; simul pepererit, & tamen habuerit eos incolumes. Adfert in hanc rationẽ aliquot insignes historias Paulus. Et Calistratus[d] negotiorum usum necessarium comprobauit exemplo Platonis, qui ἐν πολιτείᾳ declarat, ad constituendam ciuitatem opus esse negotiatoribus. Qua tamen in re hæc tenenda moderatio, ne iudex, qui de causa dubitat, potius maiores & peritiores iudices consulere, quàm ea ipsa quæ in iudicio acta, & multis disputationibus tractata sunt, perlegere diligenter uelit: propterea quòd ea res, ut Paulus scribit,[e] nonnunquam infamat, & materiam gratiæ uel ambitionis tribuit.

Porrò quotiens iudex in aliena arte uersari, & suam interponere sententiam cogitur, non illum pudebit eos præcipuè, qui certam eius rei, de qua lis mota est, scientiam habent, consulere, ad eorumq; rationes rectas præser-
7 tim & legitimas, iudicium suum conformare: quoniam communis hęc est, & recepta iurisperitorum sententia, ut singuli artifices in suo professionis genere fidem mereantur.[f] Nam & medici, & obstetrices, & fabri, & militũ magistri, item mensores in finibus regundis, tabelliones ac uiatores de ijs rebus quæ suæ professionis sunt, rectius & fidelius quàm alij cognoscere poterunt.[g] Quod si res maioris cuiusdam ingenij & disputationis sit, & cuius magnitudo comprehendi unius hominis industria non facilè possit, licere putat Baldus,[h] ut litigatores cogantur iuris responsum à legum peritis sumere, ne causę bonitati ac æquitati obstet iudicis inscitia ignoratioq; possit. quæ sententia summam habet æquitatem, si modò id caueant iudices, ne perlegendi acta publica, inquirendæq; ueritatis rerum gestarum laborem desidiosè fugiãt, aut sumptibus premant litigatores, aut postremò nimium fidant conscientiæ alienæ.

Pium consilium

a in l. septimo mense. ff. de statu hominum.
b in l. antiqui libero uentri. ff. si pars hæredit. petatur.
c in l. si pater meus. ff. de solutionib. huius quoque fit mentio.
d in l. 2. ff. de nundi.
e in l. eum qui. §. 1. ff. de iud. publ. Speculum etiam Specul. §. ult. de requisitio. consil.
f 50. distinct. c. ut constit.
g in Auth. de non alienand. aut permut. §. quod autem. l. 1. C. de off. mag. milit. l. 1. ff. si mens. fals. mod. dixerit. l. si irrupt. §. 1. ff. finium regund. Specul. in tit. de probat. §. uidendum. uersic. item naturali creditur.
h in l. 2. C. de sent. ex pericl. recitand. Lanfranc. t. de arbitr. 7. part. l. 39.

OMNES RES MAGNAE TEMPORE ET diligentia egent. Cap. IX.

1 *Tempore nullum consultorem meliorem esse.*
2 *Nihil tam difficile esse, quod non diligentia perficiatur.*
3 *Natura comparatum esse, ut omnia quæ nascantur, certos suos habeant progressus.*
4 *Summam temperationem in grauioribus causis adhibendam esse.*
5 *Idq; exemplo Lacedæmoniorum.*



Agnarum rerũ progressus, adeoq; omnis animi diligens con
sideratio, rectumq; iudicium tempore maximè constat. quo- 1
niam, ut Menander ait, σύμβουλος οὐδείς ἐστι βελτίων χρόνου: & opti-
mi consultores sunt, tempus & diligentia. illud enim, quęcun
que latent uel obscura sunt, detegit, excitatq; animaduersio-
nem, ne quid temerè & inconsideratè agamus: hæc autem uirium nostra-
rum, adeoq; ipsius ἰσχύος, quã natura nobis insæuit, & ratio prouexit, usum
certissimum præbet. Nihil enim tam difficile atq; arduum est, quod non 2
perficiatur diligentia. Nec ullum magnum & laudabile negotium sine con
sulta animi prouisione, sine tempore, sine diligentia confici potest:[a] sed ta-
men ea quanta sit, & quam uim optimorum operum contineat, nisi tem-
pus & spacium detur, intelligi non potest, referente Cicerone.[b] Et proin 3
de quam in ipsa rerum natura excellentiam dignitatemq; cernimus, ut om
nia quæ nascuntur & fiunt, suum habeant tempus & progressionem, certis
modis temperatam: eandem nos sequi ac retinere oportet, ut in hac legum
publiciq; iuris usurpatione, in omnibus causis grauioribus tempus & dili-
gentiam adhibeamus, careamus stultitia atq; temeritate: quoniam illa cum
prudentia pugnat, hæc uerò rationis ipsius uim atque studium extingue-
re solet.[c]

Quemadmodum igitur antè monuimus, in omnibus negotijs fugien-
dam esse præcipitationem, & inconsultam iudicandi rationem: ita quo ma
gis hoc ipsum, de quo statuendum sit, uidetur, hoc quoq; longius tempus
ac diligentia erit adhibenda. Rectissimè sanè à maioribus nostris [d]præ- 4
ceptum est, ut in grauioribus causis nec sententiam citò dicamus, nec sta-
tim nocentes pœnæ seueritate uindicemus: sed iustam temperationem se
cuti, nihil durius, aut seuerius, aut etiam citius, quàm res atq; causa postu-
lat, statuamus. Docet hoc Anaxandrodas Leontis filius, quem cum qui 5
dam rogaret, quamobrem seniores apud Lacedæmonios ad cognoscen-
dum de causis criminalibus plures dies sibi sumerent, cum tamen is qui iu
dicum errore absolutus esset, denuò plecti legibus possit: respondit, ideo
longum tempus, longamq; considerationem adhiberi causis capitalibus
definiendis, ne si in capitis discrimine semel erratum sit, corrigendi consi-
lij sententiæq; potestas nulla amplius haberi possit: cum tamen, si quis no
cens absolutus sit, nihilominus obstrictus legibus ac supplicio maneat.[e]
Hoc responso admonuit, omnes res magnas tempore & diligentia egere.

Menander. Consiliarius nemo est melior tempore.

Optimi consultores tempus & diligentia. unde Iason. in l. 2. C. de edendo.

a Specul. in tit. de requis. consil. uersic. quid si est statutum.

b In oratione pro Quintio.

c 30. quæst. 5. c. null & c. iudic. c. ne mutar. c. ubi peric. de electio. lib. 6.

d Vide l. hac lege. C. de sent. ex bre. recuand. l. qui sent. Latur. l. si uindic. C. de pœn. l. respiciendum. ff. eod. tit.

e l. absentem. ff de pœnis.

IVDICIA NOSTRA AC CONSILIA RECTA & libera esse oportere. Cap. X.

1 *Prodigiosum naturæ monstrum esse, linguæ atq; animi diuortium facere.*
2 *Ex omnibus naturæ bonis præstantissimum esse, quod nobis Deus dederit, orationem: quare illo abutendum minimè esse.*
3 *Inuidiæ metum rebuspub. magna detrimenta sæpè adferre.*
4 *Exemplum liberi dicti.*
5 *Eiusdem dicti utilitas.*
6 *Quandoq; dissimulandum necessariò esse.*
7 *Non enim semper idem dicendum, sed idem spectandum esse.*
8 *Satis esse ad bene beateq; uiuendum, bene sentire, recteq; facere.*
9 *Duos esse insipientes consiliarios, secundum Aristotelem, delectationem atq; tristitiam.*

Omnino

OMnino qui ius populo dicit, aut consilio ciuitates gubernat, hanc sobrij hominis cogitationẽ habere debet, ut omnia ipsius recta & libera esse uelit iudicia: neq; odio, uel gratiæ, uel dissimulationi obnoxia.[a] Insæuit enim hunc nobis impetum, siue excellentiam natura ipsa, ut animus liber, bene & liberaliter à natura informatus, etiam communioribus literis excultus, uehementer afficiatur illa consilij ac iudicij libertate. Nec quicquam tam seruile atq; abiectum fingi potest, quàm quod optimus quisq; pro sua erga rempublicam deuotione perpetua sentiat, id consulere & liberè iudicare non aude-

1 re. Nec aliud tam prodigiosum naturæ monstrum est,[b] quàm facere linguæ atq; animi diuortium: aliud tacitè sentire, aliud dissimulantet eloqui:[c] pudere dicere, quod tamen ipsum nõ pudeat sentire: fingere pro loco, tempore et casu uerba ac sententias, nec sibi ubiq; similem esse, aliam priuaram, aliam etiam publicam habere sententiam: foris ostentare ueri rectiq; hominis umbram quandam, intus uerò aut dissimulare, aut occultare ueritatem, nullamq; habere orationem certam ac constantem. Nam cum ex omnibus naturæ bonis, quibus gloriç æternitas paratur, nihil magnificentius nobis princeps ille ac rerum omnium parens Deus dederit oratione,[d] nõ cõmittendum, ut hoc tam præclaro naturæ beneficio abusi, uel illam, qua nihil est præstabilius, consilij nostri iudicij' que libertatem abiecisse uideri queamus. Rectè negat[e] Cicero, simplicis & aperti hominis esse, ambire, simulare aliquid, & prætendere aliud agere uideri, cum aliud agat: præstare se alteri fingere, quod sibi præstet: sed malitiosi potius & astuti, & fallacis, & subdoli. ac proinde iniustissimè eos facere scribit, qui in publicis consul-

3 tationibus quod sentiunt, etiamsi optimum sit, non audent metu inuidiæ (qui reipublicæ sæpè nocet, & impedit, quo minus res magnæ præclarè ac constanter agantur) apertè dicere.

Porrò Salustius Romanam rempublicam præcipuè creuisse scribit, cum domi industria, foris iustum imperium haberetur, animus uerò in consultandò liber, neq; delicto, neq; libidini obnoxius esset. & docet multis exẽplis Valerius Maximus,[f] quanto studio Romanus populus curauerit, ut in maximis communium temporum commotionibus, in senatu atq; iudicijs, consilia eius, facta & dicta essent libera. Quorum illud in primis pul

4 chrum exemplum & excellens est, quòd cum senatus populi Romani, capto oppido Priuerno, interfectis ijs qui id oppidum ad seditionem concitauerant, acerbè admodum ac uariè, quid de reliquis Priuernatibus faciendum esset, secum consultaret, & forte ipsum Priuernatum principem rogaret, quam rebellionis pœnam ipsi commeruissent? eam, respondit, quam merentur illi, qui libertatis studio putant arma sibisumenda esse. Hac sententiæ libertate commotus Cn. Plancius, et quòd uir prudens intelligeret, libertatis retinendæ causa omnia fortiter facienda aut ferenda esse, cum sta tim quæreret, quam cum eis pacem habituri Romani essent remissa pœna: Si bonam, inquit, dederitis, perpetuam: si malam, non diuturnã. Quid hac iudicij libertate uel uehementius ad leniendam senatus Romani indignationem, uel efficacius ad consequendam admissi sceleris impunitatem fin-

5 gi potuit? Atqui ita etiam factum est, ut uictis Priuernatibus non solum pœna remissa, sed quod maximi semper honoris apud populum Romanũ fuit, ciuitatis quoq; ius ac beneficium illis sit concessum. Magni est animi & consilio præsidentis, omnia liberè & rectè consulere & iudicare posse, neq; propter popularem gratiam dissimulare quicquam, neq; propter me-

6 tum à uero declinare. Non ignoro, plerisque sapientibus uiris placere, ut

G 2 cum

a 11. quæst. 3. c. nolite timere. et c. non licet. et c. statutum. §. insuper. de rescript. lib. 6. l. itẽ Varorum. §. item si plures. ff. de recept. arbitr. l. filiusfamil. l. obseruandum. l. pars literarum. ff. de iudic. 2. q. 6. c. hoc etiam placuit. 3. q. 7. c. iudic. 14. q. 5. c. non sanè. l. nemo. C. de assessoribus.

b Cic. lib. 2. de fin. bon. & mal.

c Ad hũc modum omnis simulatio ac dissimulatio in contractibus, trãsactionibus, donationibus, et eiusmodi, inanis quædam, & sine corpore umbra habetur, ipsoq; iure inualida est, nec confirmari iuramẽto potest. l. cum ea quæ. C. de trãsact. l. si ita stipulat fuer. §. Chryso. ff. de uerbor. obligat. ibi doct. & l. nemo potest. de legat. 1. ibi Ias. nu. 44. & per consequ. in lect. 2. et num. 38. lectura 2. & in l. singul. num. 34. ff. si cert. pẽtatur.

d Nihil homini præstãtius datum est ipsa illa oratione.

e lib. 1. offic. et probat. per Thomam secunda secundæ quæst. 3. articul. 1.

f lib. 2. de liberè dict. aut fact.

cum magna communium temporum uis ſit, magna rerum uarietas, incerti
conſiliorum exitus, flexibiles hominum uoluntates, quædam loco & tem-
pore diſsimulentur, neq; una ſemper ſententia, conuerſis ac mutatis rebus
retineatur, ſed ut pleraq; temporibus neceſsitatiq; tribuantur. Qua in ſen-
tentia & M. Tullius Cicero eſſe uidetur. [a]Sic enim in epiſtola ſcribit: Nũ-
quam prẹſtantibus in republica gubernanda uiris laudata eſt in una ſentẽ-
tia perpetua permanſio. ſed ut in nauigando tempeſtati obſequi, artis eſt,
etiam ſi portum tenere non queas: quũ uerò id poſsis mutata uelificatione
aſſequi, ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum, quem ceperis, potius
quàm eo commutato, quò uelis tandem peruenire: ſic cum omnibus nobis
in adminiſtranda Repub. propoſitum eſſe debeat, id quod à me ſæpiſsimè
dictum eſt, cum dignitate ocium, non idem ſemper dicere, ſed idem ſpecta 7
re debemus, &c. Iudicauit nimirum magnus ille uir, & longo regendæ ciui
tatis uſu exercitus, temporibus aliquando aſſentiendum, & parendum ne-
ceſsitati eſſe: non tamen diſsimulandum, aut aſtutè reticendum, quod re-
ctè ſentiamus. ac proinde cum graue ac ſeruile ſit, ſenſum in Republica re-
ctum præſertim & confirmatũ deponere, ijs conſentire, ad eorumq; ratio-
nes ſe conformare, à quorum ſententia deflectere honeſtè poſſumus: cum
dignitatis ſit ac laudis, in Republica rectè libereq; ſentire & dicere, etiam
bonis uiris, quod ſentiamus, probare: cum deniq; cõſolationis ſit magnæ,
etiam ſi res ſecus, quàm ſperabamus, acciderit, recordati animo, rectè ue
req; nos ſenſiſſe, propterea quòd idem Cicero [b] ſatis eſſe ad bene beateq; 8
uiuendum exiſtimet, bene ſentire, recteq; facere: retinenda hæc nobis cu-
ra, ut iudicia noſtra & conſilia libera & recta eſſe uelimus. Quæ tamen con
ſilij iudicijq; noſtri, ſi modò rectum ſit, libertas, cùm omnibus in rebus ac
cauſis, tum ſanè in tribunalibus, in publicis conſultationib. & populi con
greſsionibus præcipuè erit tenenda: quoniam ea neglecta, nihil rectè, ni-
hil piè, nihil magnificè fieri, nulla parari rectè factorum gloria, nulla conſti
tui Reipublicæ æternitas poteſt. Exempla, etiam apophthegmata in hanc
rationem ſcripta cum paſsim extent, nec obſcura ſint, noluimus hic eſ-
ſe prolixiores. Nihil enim, ut Ariſtoteles ait, recto conſilio tutius, nihil ſa-
no & libero iudicio præſtabilius: [c]quoniam, ut Cicero exiſtimat, [d] nõ uiri
bus, nõ uelocitatibus aut celeritate corporis res magnæ, ſed recto liberoq;
conſilio, auctoritate atq; ſententia geruntur. Et quemadmodum Ariſtote- 9
les duos eſſe dicit [e] inſipientes conſiliarios, delectationem uidelicet, & tri
ſticiam: ita duo firmiſsimi Reipublicæ bene & ſanctè gerendæ nerui ſunt,
conſilium rectum, & ſanum liberumq; iudicium.

AN IVDICIVM FACERE, ET A' COMMVNI OPI- nione deflectere liceat. Cap. XI.

1 *Quando contra communem D D. opinionem iudicare liceat.*
2 *Ius uariè, ex cauſarum & facti formis, conſtitui.*
3 *Deflectere igitur iurè à communi opinione nos aliquando poſſe.*

REſponſio breuis. Magnã habet cõmunis illa iuriſprudẽtium opinio tot ſeculorũ memoria recepta, ad res atq; cauſas uel cõfirmandas, uel diluendas, uel definiẽdas, auctoritatẽ: ab eaq; temerè deflectere, hominis eſt parum uerecundi, & ingenio ſuo ſtultè præuidentis. [f] Sed ea tamen non tanta eſt, ut noſtra iudicia,

[a] lib. 1. Epiſtolarum.

[b] lib. ſexto Epiſtolarum.

[c] lib. Rhetor. 1. probatq; idem Gregorius lib. 1. regiſtri, & Caſſiodorus lib. 6. epiſtola 19.

[d] in dialogo de Senectute. idemq; lib. 1. Offic. ſcribit, parua eſſe arma foris, niſi cõſilium ſit domi.

[e] lib. 6. Ethic. ibi interpres. Reipub. nerui.

[f] l. 1. C. de teſtament. l. barbari us. §. Philippus. ff. de offic. tutor. Speculator in §. ſequitur. de manifeſto uidere, ſub finẽ in tit. de notor. crimin. Bald. in d. l. 1. C. de teſtam. doct. in l. ultima. C. de pœna iudic. qui temer. Barthol. & alij in l. ult. C. de pœn. iudic. qui malè iudic. et l. cum prælatis. ff. de re iudic. Bald. in l. 1. ad finẽ. ff. de ſenat. idem & Paul. de Caſtr. in l. ult. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Et idẽ Bald. in l. 1. uerſic. ſanè C. de offic. quaſtor. Iaſ. in Autent. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. ec. & in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquirend. hæreditate.

iudicia, nostræ sententię ex communi doctorum opinione propēdere semper debeant, quod & imitationis esse posit periculosę, & ingenij planè seruilis, maximè si communis eiusmodi opinio refutari bonis rationibus pos-
1 sit.[a] Nam omnes nos qui Iurisprudentiæ usum atq; doctrinam, legum etiam usurpationem ad notionem æqui & boni, ad Reipublicæ salutem & dignitatem referre expetimus,[b] iudicare etiam contra doctorum opinionē oportet, si, ut diximus, ea uel falsa sit notoriè, uel melioribus conuinci possit rationibus.[c] Fuerūt enim illi, ut nos sumus, homines, qui et iudicio labi, & in magna rerum cùm difficultate, tum etiam ignoratione quadam errare potuerunt. Et alius alij non raro ingenio, doctrina, usu & prudentia pręstat. Neque enim naturæ fœcunditas ita se in unum aliquem hominem uniuersam ꝓfundit, ut in cæteris sterilis sit & nouerca: sed suas cuiq; dotes uel uitia animi inserit, suis quenq; notionibus informat: ut mirū uideri non debeat, posse ab uno sæpe homine & melius & rectius iudicari, quàm communi multorum hominum opinione sit constitutum. Sentiunt hoc nobiscum multi & magni uiri, ingenio & auctoritate præstabiles.[d] Et possent huius rei exempla non pauca adferri, nisi pudor prohiberet, ueterum hominum opinionem conuellere, et iuxta prouerbium, cornicum oculos configere: aut nostra aliqua, quæ certè exigua sunt, ostētare. Porrò, cum in principum constitutionibus uidendum sit, quam habeant cum iuris & æquitatis communisq; utilitatis rationem:[e] cum in pactionibus ambiguis & ob-
2 scuris faciūda interpretatio sit:[f] cum ius uariè ex causarum & facti formis constituatur:[g] cum denique iudicis officium, quod latissimum est,[h] certa constringi lege non posit, cur non liceat melioribus rationibus id confutare, uel rectius immutare, quod praua aliorum opinione receptum est, aut potius dissensionum uarietate deprauatum est? nisi fortè in hac publici priuatiq; iuris professione licere nobis non permittamus, quod tamen in corrigendis moribus, in constituenda republica, in legibus ac statutis nec rarò, nec malè fit, ut quæ communi opinione recepta aliquando fuerunt, ob euidentiorem aliquam utilitatem honestatemq; mutentur.[i] Deflectere
3 igitur à communi opinione aliquando licet: neq; reprehendi debet, si quis non temerè, sed legitimis argumentis magnisq; rationibus confirmatus, communē opinionem refellat. id quod à magnis uiris sæpe, & nuper ab Imperatore Carolo Quinto, in comitijs Spirensibus, anno 1529. factū esse uidemus: ut scilicet fratrum filij non in stirpem, sed in capita succederent:[k] cū tamen magnus doctorum hominum consensus, hanc successionem in stirpem fieri debere iudicauerit.[l]

IVDICIA NOSTRA REFERRI AD VERITAtem debent. Cap. XII.

1 *Non exemplis, sed legibus iudicandum esse, grauiter à Iustiniano rescriptum.*
2 *Veritatis in iure magna uis.*

G 3 3 Rem iudi-

a Iod. Andre. in cap. 1. de cōstitutio. Panor. in c. capellan. col. 1. et 2. de ferijs. ubi in hanc rem adfert textum. & probatur quoq; per l. 1. C. de uet. iure enucleand. Innoc. in c. cum speciali. de appellation.

b l. 1. ff. de institia, & iure.

c Ias. in Auth. nouiss. nū. 22. C. de inofficios. testam. secutus Ioan. Andr. in c. 1. de constitutio.

d Ioan. Andre. in c. 1. extr. de constitution. Panor. in c. ut debitus honor. extr. de appellat. Io. de An. in c. tuas nos duxit f ext. de usuris. Decium consil. 23. col. ult. Felinum in d. c. 1. de constitutionibus. Iason, qui multorū opiniones in hanc sententiam recēset, in d. Auth. C. de inoffic. testam. & l. si quis mihi bona. § iussum ff. de acquirend. heredit.

e l. & quæ à diuo Antonino. C. de edendo. c. statutū. de rescript. lib. 6. & distin. 4. c. erit aūt lex. l. Labeo. ff. de cōtrab. emp.

f l. ueteribus. ff. de pactis. l. si in optione. e. t. l. cū de indebito. ff. de probation. l. nolentas. C. de fideicōmis. l. cū quæritur. ff. de reb. dub. l. si quis intētione ambigua. ff. de iudic.

g l si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. l. in fundo alieno. ff. de rei uendic.

h l. 2. ff. de iurisdic. omnium iud. l. non possunt. ff. de leg.

i Hanc sententiam pulchrè cōprobat Ioan. Andre. in d c. 1. de constitutio. & Panorm. in c. capellanus. extr. de ferijs. idq; per l. 1. C. de iure uet. enucl. Innoc. in c. cum speciali. de appellat. facit l. un. C. de professor. qui in urb. Constant. lib. 12. Felin q. quo in c. 1. de constitut. Decius suo consilio, quod numero 23. est. uersiculo, non obstat si dicatur. Iason quoque in d. Auth. nouissima. C. de inofficios. testam. & l. ut uim. ff. de institia & iure.

k hanc priorem sententiā comprobant, Azo in summa, Accursius in Institutionib. de legit. agnat. success. §. hoc etiam in fine. Verum is in l. lege 12. tabularum. C. de legit. hæred. de hac sententia abijt.

l Vide Accurs. & doct. in Auth. cessante. C. de legit. hæred. Barth. in l. post cōsanguin. §. agnati. de suis et legit. hæred. Bald. Cyn. Angel. Paul. Raphael. & alios passim.

3 Rem indicatam ex falsis instrumentis, non corroborari præscriptione.
4 Nullius potestatis metu ueritatem occultandam esse.
5 Satius esse pro ueritate supplicium pati, quàm pro adulatione beneficium accipere.
6 Areopagitæ cur in tenebris litigantium causas definierint.


Vandoquidem ueritatis, quæ iusticiæ parens est, inuestigan-
dæ caussa omnia iura edita sunt[a], neq; ulla re alia propius, q;
colenda ueritate ad Deum accedimus:[b] uidetur non ociose 1
Iustinianus ad Demosthenem prætorio præfectum scripsisse,
ut iudices non exemplis, sed legibus iudicarent, ueritatem,
& legum iusticiæq; uestigia sequerentur:[c] idq; cùm omnibus in caussis ac
rebus, de quibus cognoscendum foret: tum uerò in iudicijs, quorum reli-
giosa & sancta esse debet obseruatio. Nam & maiores nostri, qui rempub-
licam optimis temperauerũt & institutis et exemplis, eam iudiciorum gra-
uitatem esse uoluerunt, ut neminem paterentur publici delegatiq; iudicij
functionem sibi sumere, ac ius populo dicere, qui non prius iurisiurãdi re-
ligione adstrictus, fidem populo fecisset, omnimodo se, ut idem Iustinia-
nus ait, cum ueritate ac legum obseruatione iudiciũ esse facturum.[d] Et ma 2
gna sanè uis, magna potestas est ueritatis,[e] quę ut errore facti immutari nõ
potest, ita efficit, ut omnis consuetudo, omnes contractus contra ueritatis
fidem initi, ob ipsam illam fidei simulationem imaginarij, & omni iuris uin
culo dissoluti haberentur: planeq; id quod contra ueritatis fidem factũ est,
dissolueret.[f] Cuius rei in primis pulchrũ exemplũ extat apud Modestinũ
in hęc uerba:[g] Qui agnitis instrumentis, quasi uera essent, soluerit post sen
tentiã iudicis, quęro si postea rei ueritate, & repertis falsis instrumentis, ac
cusare uelit, & probare falsa esse instrumenta, ex quibus conueniebatur,
cum instrumentis subscripserat, ex pręcepto siue interlocutione iudicis, an
præscriptio ei opponi possit: cum principalibus constitutionibus manife- 3
stè caueatur, si res iudicata esset ex falsis instrumentis, si postea falsa inueni-
antur, nec rei iudicatæ præscriptionem opponi? Modestinus respondit ob
hoc, quod per errorem solutio facta est, uel cautio de soluendo interposita
proponitur, ex ijs instrumentis, quæ nunc falsa dicuntur, præscriptioni lo-
cum non esse. Semper siquidem, ut dictum est, ueritas sequenda: cuius sub
stantia nec errore facti, nec fidei simulatione, nec demonstratione falsa mu
tari potest, aut debet.[h] Extat in hanc rationem in primis elegans ac omnis
æquitatis plena sententia Tertulliani iurisconsulti, in hunc modum:[i] Si for
tè uxor, uel cognatus, uel quis alius non ex castris natus filiusfamilias do-
nauerit quid uel legauerit, & expresserit etiã nominatim, ut in castrẽsi pecu
lio pecuniam habeat, an possit castrensi peculio aggregari? Et non puto.
Veritatem enim spectamus, an uerè castrensis peculij notitia, uel affectio
fuit, non quod quisq; finxit. Eiusmodi quoq; sunt illæ præceptiones Augu
stini, Gregorij & Bedæ:[k] nullius potestatis metu ueritatem occultandam 4
esse, ne iram Dei super nos prouocemus: meliusq; fore pro ueritate sup- 5
plicium pati, quàm pro adulatione beneficium accipere. Sed quemadmo-
dum ipsa ueritas ex diligenti rerum, de quibus agitur, collatione facilius eli
citur: natura etiam adfert, ut quod fictum ac falsum est, citò consenescat ac
defluat:[l] contrà uerò, quod ueritate nititur, nulla infringi uiolentia, nullis
occultari latebris possit: ita potissima eius inueniendę ratio ex publicis a-
ctis uerisq; probationibus, quoties sententia dicenda est, aut de iure respõ
dendum,

a 30. quæst. 5. c. ruditatem. c. literas. extr. de restit. spol. tot. tit. C. de iure uet. enucl.
b distinct. 3. c. quisquis met. 22. quæst. 4. c. quid aũt iniquum. l. imperatores. ff. de probation. 81. distinct. c. quicũq; & 8 distinct. c. ueritate. & c. quæ contẽta. 22. quæst. c. iuramẽti. & distinct. 7. c. ueritati. & c. fratern. extr. de frig. et malefic. Bald. in l. libertini. ff. de statu hominum.
c in l. nemo iudex. C. de sent. et interloc. omniũ iudic. l. ult. C. si contra ius utilit. pub. l. penult. et ult. C. de relat.
d in l. rem non nouam. C. de iudicijs.
e l. assumptio. ff. ad municipal.
f Iason in l. cũ ea quæ. C. de transactio. & l. si ita stipulatus fuero. §. Chryso. ff. de uerbor. obligatio. facit distin. 86. c. si quid uerò ad dist. 8. c. ueritati, cum sequentib. & l. cõtractus imaginarij. ff. de action. et obligat. D D. et Ias. in l. nemo potest. de leg. 1.
g in l. qui agnitis. ff. de except. iuris & facti per omnes ferè facit & l. uniuersa. C. de diuers. rescript.
h l. illicitas. §. ueritas rerũ. ff. de offic. præsidis. l. cum falsa. C. de ignor. l. si tertius. §. Celsus. ff de aqua plu. arcend.
i in l si fortè. ff. de castrens. peculio.
k 22. quæst. 3. ibi per omnes ferè can.
l Innocent. in c. uenerab. extr. de except. 35. quæst. 9. c. graue. 3. quæst. 5. c. nec illud.

dendum, petenda erit: [a] quoniam ad religionem præsidis prouinciæ Vlpianus pertinere putat,[b] ut id sequatur, quod conuenit eum ex fide eorum quę probantur, sequi. Fit tamen nonnunquam, ut in ijs quę ex mera nostra uolūtate dependent, sequamur conceptā animo opinionem potius, quàm ueritatem. Cuius pulchrum exemplum refert Vlpianus.[c]

Porrò nihil sibi integer iurisconsultus ad nominis sui existimationem sumere potest illustrius, nihil ad laudabilis uitæ dignitatem amplius, nihil ad res bene gerendas magnificentius, quàm ut ueritatem summa cum religione colat, ad eam mentis suę cogitationem conscientiamq; cōformet, hoc intueatur, hoc spectet quod actum est, nō quod simulanter concipitur. In dicendo iure omnes animi ex odio, gratia, iracundia, spe, timore laborātis affectiones deponat, caussas æquitate definiat: & ut Innocentius ait,[d] solum Deum ante oculos habeat: eius exēplum sequatur, qui populi querelas tabernaculum ingrediens, ad Dominum referebat, ut secundum eius imperium iudicaret. Postremò nulla uel gratia, uel sordium cupiditate illectus, cō
6 tra iustitiam, contra rectam suam conscientiam iudicet.[e] Senserunt hoc Athenienses, homines nulla uera Christi religione imbuti, qui admirabili, cō seruandæ iustitiæ æquitatisq; ratione commoti, uoluerunt ut Areopagitæ iudices, quo minus affectibus permouerentur, in tenebris litigantium caussas iure ac æquitate definirent, omniaq; ad rectum animi iudicium et conscientiam referrent.

a l. is apud quē. C. de edendo. l. non est nouū C. e. t. l. pactū quod C. de pactis.
b in l. illicitas. §. ueritas ff. de offic. præs. prouinc.
c in l. is qui putat. ff. de acquirend. uel omitt. hæredit. Ias. ibi nu. 3. et l. si patruum. C. de hær. instituēd num. 14.
d in c. cum æterni. de sentēt. & re iud. lib. 6.
e Bald. in c. uigilanti. col. 2. de præscript. Vbi conscientiā uocat tribunal ueritat. & l. unic. C. de Confess. Iason in rubric. ff. de acquirend. possess.

OPINIO AN PRAEFERRI CASV ALIQVO ueritati possit. Cap. XIII.

1 *Quibus casibus sæpè fiat, ut opinio præferatur ueritati.*
2 *Opinio optimorum hominum, quando pro lege habeatur.*
3 4 *Quæ cum ita sit, etiam pro ueritate haberi: quod probatur exemplis.*
5 *In criminalibus tamen aliam opinionis rationem haberi.*
6 *Nihil ad furtum minuendum facere, quòd cuius sit, surripiens ignorat.*



PAulo antè docere conatisumus, quatenus à communi opinione deflectere liceat: hic quæstionis est, num opinio casu aliquo præferri ueritati possit? Magna est, & multiplex hic doctorum hominum altercatio maiore ferè cum tædio, quàm felici aliquo studiorū fructu in scholis iactata. Nos cum hanc operam ijs demus, qui ius ciuile primum discere incipiunt, uoluimus, quæ nostra sit sententia, oratione simplici ac breui complecti. In iudicijs nihil, nisi ueritas, quæ omnibus rebus ac causis suam adfert lucem, neque, ut Vlpianus [f] ait, rerum gestarum erroribus uitiari potest, ualere debet: propterea quòd Ambrosius scribat,[g] boni & integri iudicis partes esse, caussas atque controuersias non animi affectionibus, non odio ullo aut gratia, non arbitrio aut opinione, sed legū ui, æquitate, ueritatisq; obseruatione definire.[h]
1 Fauore tamē publici instrumenti, etiam rei iudicatæ sæpe fit, ut opinio eius quod actum est, ueritati pręferatur.[i] Quemadmodum quoq; ęquitas, quæ omnibus in iudicijs, rebus ac causis præcipuè spectari solet,[k] efficit, ut si ea ad opinionem accedat, potior sit opinionis ratio: sin contrà æquitas cū ipsa ueritate coniuncta sit, semper præferatur ueritas.[l] Nam & eadem æquitas efficit ac præstat, ut opinio, quæ contrahentibus fauorem ac commoditatem adfert, præferatur ueritati contrahentibus nocituræ, ut multis docet

f in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præsid.
g in psalm. Beati immaculati in uia.
h 3. quæst 7. c iudicet.
i Speculator in §. ut autē quæ pram simus. nū. 11. tit. de sentent. & quæ cū Bald. in l. 1. C. de testament.
k Clem 1. de iudicijs. clem. quāuis. de appell. et. l. placuit. C. de iudic. l. in summa. §. item Varrus ff. de aqua plu. arcēd.
l l. quæsitum. ff. quand. actio de peculio est annal. Baldus in l. 1. C. de testam. num. 10.

docet Innocentius,[a] fauorabiliorq́ plerunq́ semper ea est opinio, quæ fa-
uet religioni.[b] Quotiens etiam lex deficit, opinio doctorum hominum 2
pro lege haberi potest, autore Angelo.[c] Ita ubi lex certa non extat, aut ius
in controuersiam & opinionum uarietatem adducitur, cõformandæ erunt
consultationes nostræ atq́ iudicia ad communem opinionem.[d] Commu- 3
nis autem opinio, ut uel ius constituat, uel pro ueritate habeatur, esse de-
bet non leuis uulgi, sed optimorum hominum quædam quasi consensio.[e]
Ac proinde licet senatusconsultum Macedonianum uetet, ei qui filiofami
lias mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis eius, cuius in
potestate fuisset, actionem petitionemq́ dari, ut referẽte Vlpiano[f] scirent,
qui pessimo exemplo fœnerarent, nullius posse filijfamilias bonum no-
men, expectata patris sui morte, fieri: tamen idem scribit,[g] si quis patrem-
familias esse crediderit, non uana simplicitate deceptus, nec iuris ignoran-
tia, sed quia publicè paterfamilias plerisq́ uidebatur, sic agebat, sic contra-
hebat, sic muneribus fungebatur, cessare senatusconsultum Macedonia-
num. Et idem alio in capite tradit,[h] qui proximus à filio posthumo hæres
institutus est, etiamsi ipsa mulier, quæ eum paritura est, qui suus hæres futu
rus est, neget prægnantem se esse, obstetrices autem prægnantem esse di-
cant, non tamen eum qui à posthumo hæres institutus est, posse hæredita-
tem adire: sed tamen secundum multorum opinionem adire posse. Sic A-
drianus Imperator ualere in causa testamenti eorum testimonij dictionem
uult, qui omnium consensu liberorum loco sunt habiti.[i] Quemadmodum 4
igitur à communi opinione quæ probata sit, nec conuelli melioribus argu
mentis posit, recedendum non est:[k] ita opinio, quę ius constituat, aut pro
ueritate habeatur, esse debet non simplicitate credendi, non ignorantia iu
ris, nõ leuis uulgi credulitate, sed multorum hominum existimatione con-
firmata. In delictis maior & diligentior habenda erit opinionis ratio. Nam 5
quoniam ea peccandi proposito ac uoluntate distinguũt, nunc grauiore,
nũc mitiore pœna coerceri solẽt,[l] esse poterit prima hęc opinionis regula:
Quod opinione tanquam errore quodam factum est, puniri mitius debet:
ualebitq́ ad culpæ deprecationem ipsa illa opinio, quæ delinquentem in
errorem adduxit: & proinde si quis militi tanquam pagano ignorans loca-
uerit,[m] aut rem aliquam hæreditariã surripuerit, ignorans illam in ea caus
sa esse, cum secundum leges extra ordinem coerceri soleant, qui alienam
hæreditatem expilauerint:[n] aut uirginem quis appellauerit, comitem'ue il
li adduxerit, quæ meretricia aut ancillari, non fœminæ ueste fuerat indu-
ta, cum hoc ipsum legibus puniatur:[o] aut clerum, quem uestis arguebat lai
cum esse, percusserit,[p] mereri culpæ deprecationem, siue excusationem de
bet ipsa illa opinio, ex qua peccandi propositum siue uoluntas erit emeti-
enda.[q] Altera est, ubi ipsius rei uel facti ueritas deprehenditur: aut eiusmo
di delictum est, quod peccandi uoluntate ac proposito definiri non debe-
at, sed culpa imputari posit delinquenti, semper & in omni iudicio spectã
da erit ipsa ueritas. Itaque si quis alienum quid iacens lucri faciendi caussa
sustulerit, furti certè obstringitur, siue scit cuius sit, siue ignorat: quẽadmo-
dum Vlpianus scribit,[r] nihil ad furtum minuendum facere, quod cuius sit
ignoret. Tertia, ubi parem uim in puniendis delictis habent ueritas & opi 6
nio, dubi-

a in c. ult. extr. de rescript. b Iaf. in Auth. Si qua mulier. C. de sacros. ec. num. 12. c in l. si idem cũ eod. ff. de iurisd. omniũ iud. d Bartol. & Bal. in l. 2. C. de pœn. iud. q. mal. iudic. Io. Andreas & Innoc. in c. 1. & c. ne innitaris. extr. de cõstitution. Clem. ne Rom. de electio. gloss. in l. omnis definit. de regul. iur. Bald. in l. precib. C. de impub. & alijs substitut. Iaf. in Auth. nouiss. num. 22. C. de inoffic. testam. & Auth. si qua mulier. C. de sacr. eccles. e d. l. 1. C. de test. am. l. Barbar. Philip. ff. de offic. prætor. Speculat. in §. sequitur. de manifest. uidere. ad finem tit. de notor. crimin. l. si arb. C. de sent. & inter loc. omnium iudic. l. si quis. §. planè l. cum quidam. §. quod si ipse. ff. de acquir. hæred. Abbas in c. tua nos. extr. de usur. & in c. prudentiam. de offic. deleg. f in l. 1. ff. de senatusc. Maced. g in l. si quis patersamil. ff. e. t. h in l. cũ quidã. §. quod dicitur. ff. de acquirend. hæredit. i in l. 1. C. de testament. k loci suprà notati sunt. & probatur in c. 1. ff. de uulg. et pupill. substit. l. 2. ibi doct. C. de pœna iudic. qui mal. Pan. in c. 1. num. 15. ext. de constitut. & in c. scientes. num. 4. extr. de cens. l l. qui iniuriæ. ff. de furtis. m l. si ignorans. ff. locati. l. milites. l. ult. C. e. t. n l. 1. & ult. ff. de crimine expil. hæred. o l. item apud Labeonem. §. si quis uirgines. ff. de iniurijs. p l. generaliter. C. de episc. & cleric. q l. inter omnes. §. recte. ff. de furt. r in l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. facit l. ult. C. unde ui. l. si seruum. §. aut prætor. ff. de acquir hæredit.

nio, dubitatio nulla est, quin hîc sequendum erit quod ueritas rei gestæ, quod opinio ei consentiẽs & probabilis postulet, ut multis docet Baldus.[a]

AN SECVNDVM ACTA, ETIAM CONTRA conscientiam iudicandum sit? Cap. XIIII.

1 *Necessitatem plerunq; deliberandi tempus adimere.*
2 *Inciuile esse, in bonæ fidei actibus fidem frangere.*
3 *De quæstione proposita ipsius autoris opinio. Et num. 5.*
4 *Conscientiæ suæ cuiq; ratio spectanda, & in primis iudici.*
6 *Iudicis sacramentum.*
7 *Aduocatum agere, minoris periculi esse, quàm iudicare.*
8 *Opinionis autoris comprobatio ex iurecoss. locutionibus.*
9 *Duos sales iudici esse debere, sec. Baldum.*



Xoritur uetus hic quæstio,[b] omnibus ferè in scholis iactata, neque tamen in multiplici opinionũ uarietate satis apud omnes recepta, uidelicet, sit ne boni & innocentis iudicis, secundum acta & probata iudicare etiam contra suam ipsius conscientiam? Bona eorum pars, quorum in ius utrumq; extant commentarij,[c] etiamsi mira eorum sit & in explicando difficultas, & in definiendo prodigiosa quædam distinctionum uarietas, in hanc sententiam ire uidetur, ut putet iudicandum esse secundum acta & probata, non autem secundum conscientiam. quoniam præsidis prouinciæ est, id spectare quod conuenit eum ex fide eorum quæ probabuntur, sequi.[d] Alij uerò existimant, non semper, nec simpliciter acta & probata esse sequenda, sed secundum conscientiam, quæ nemini iustam offensionem adferat, iudicandum fore. Thema huius disputationis inter Ioannẽ & Martinũm habitæ alicubi refertur:[e] pulchrius uerò apud A. Gellium libro Noctium Atticarum 14. capite 2. Nam quæ Accursius in hanc rationem notat, obscuriora esse uidentur, quàm ut declarare propositam quæstionẽ queant. Sub ijciatur igitur rude à nobis eiusmodi thema, quando uniuersam hanc operam nostram rudi iuuentuti, non eruditis hominib. libenter impendimus. Alfidius homo frugi, prædiues, & antiqua religione, suborto incendio, ac domus suæ conflagratione perterritus, ne in omnis fortunæ discrimen ueniret, pecuniã suam quam domi recõditam habebat, apud amicum tenuis admodum fortunæ, sed ualde familiarem, sine tabulis, sine testibus, & bona tantum fide deposuit. Reposcenti deinde suam pecuniam, amicus negat apud se depositam: mentitus quoq;, ad diluendam suspicionem, quæ ex personarum & rerum circumstantijs mouebatur, sub illud tempus, quo pecunia deposita dicebatur, domi suæ non fuisse. Varia hic argumẽta, & anceps disputatio. Alfidium, hominem frugi, prædiuitem, & iustitiæ probitatisq;
1 fama cunctis ciuibus commendatum esse: etiam exigente necessitate, quæ ferè deliberandi tempus adimit, pecuniam incendio liberare uoluisse:[f] uisum quoq; in amici sui ædibus satis constat. Neq; bonæ conuenit fidei, abnegare id quod quisquam accepit, sed ut reddatur ei à quo acceptũ est:[g] ac proinde cum exigente necessitate pecunia deposita sit, fides uerò frangatur, crescit ipsum perfidiæ crimen, eritq; coercendum uindicandæ Reipub.
2 causa: quoniam inciuile est, ut ait Vlpianus, in causis huiusmodi fidem frangere.[h] Reus amicus, etiãsi nihil præstet, quoniã actor depositũ non liquidò probat, uidet̃ absolui posse.[i] sed premitur uiolatæ fidei, ac familiaritatis domesticæ, paupertatis, & auaritiæ uehemẽte suspicione, etiam mendacij cri-

a in l. si quis ser uo. C. de furtis. Iason quæd. in l. 1. C. de testam.
b Vide Thom. secunda secundæ quæst. 67. articul. 2. per totum. & quæst. 61. 3. articul. in responsione ad argum.
c Hostiens. & Bald. in c. 1. de co stut. et in c. uenerabil. de ce-sib. ibi quoq; Innocent. A u. in c. 2. de re iudic.
d in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præsid. uide c. 1. uersic. ca non. extr. de off. iudic. ordinar. c. pastoral. §. quia uerò. ibi doctor. et gloss. in uerb. tenetur. extr. de offic. & potest. iudic. delegat. 3. quæst. 7. c. iudic. Bald. pulchr. in l. unica. C. ut quæ partium ad uoc. desint.

Vniuers. hoc opus non eruditis, sed rudibus tantũ hominibus scriptum est.

e in gloss. d. l. illicitas. §. ueritas ff. de off. præs.
f iuxta l. cum postulass. ff. de damno infect. l. 1. ff. de exer. actio.
g l. quod seruus ff. depositi. l. 1. §. merito. ff. depos.
h in d. l. quod seru. et l. 1. §. meritò. ff. depositi.
i l. qui accusar. C. de edendo. l. actor. C. de probationib. l. ul. C. de rei uendic.

mine conuictus, quod ipsum puniri debet. [a] Quæ hîc aut in eiusmodi ali-
quo casu, ubi litigator probationes adfert, quas iudex intelligit falsas esse at
que confictas, aut scit uerum esse quod proponitur, probari tamen per peti
torem non posse, boni ac innocentis iudicis erunt partes? Subsisto. uaria di
sputatio hæc est, & fortasse maior, quàm ut unius ingenij angustijs cõstrin-
gi posit: sed cum breui oratione, quid nobis hîc sequendum uideatur, de-
curramus, nolumus cuiusquã sentẽtiam à nostris his rationib. dissentientẽ
confutatam esse, uel reiectam, relicturi suum cuilibet & liberum & rectũ iu
dicium. Iudicis itaq; boni & innocẽtis partes esse putamus, non tam in a- 3
ctis publicis allegata & probata, quàm suam ipsius conscientiam in dicen-
da sententia sequi: maximè si aut probationes parũ firmæ adferant, uel id fi
at sine iusta alterius læsione: quoniã, ut diximus, ad iudicis religionẽ perti
nere Innocentius Pontifex existimat, [b] ut in dicenda sententia summã ha-
bet ęquitatem. Nam cum recta conscientia boni uiri indolem & tanquam
ideam quandam repręsentet, planeq; cum bono ac innocente uiro cõpare
tur: [c] boni autem uiri sit, à nulla uirtutis & officij religione declinare, aut
præter dignitatem, præter rectam mentis suæ conscientiam, ad gehennæ
ædificationem quicquam facere, [d] sed omnia ad Reipublicæ dignitatem
referre: non erit committendum, ut in dicenda sententia, adeoq; omni iu-
ris exercitatione, allegata & probata potius, quàm rectã mentis suę consci
entiam sequi uelit. [e] Rectam conscientiam ideo dicimus, ne quis ita suo in
genio, ita suis affectibus blandiatur, ut stulta quadã præfidentis animi am
bitione subuersus, falsa pro ueris habeat. [f] Hanc sequi, & in consilio habe-
re debet iudex rectus, quotiens illi de finibus regundis, [g] aut ex hominis
inspectu de ætate iudicium erit faciundum, [h] aut in rebus notorijs, quæ ta
men in actis non probentur, [i] aut in ijs quæ ad conseruandũ ius pub. perti
neht, [k] aut in casu uehementer dubio officium eius uersatur, [l] aut cõtractus
lex deficit, [m] aut deniq; notoria iniustitia ex actis appareat: [n] quem morẽ
ueteribus hominibus fuisse satis constat. [o] Semper enim in consilijs, ut au
ctor est Cicero in oratione pro Aulo Cluentio, lex, religio, fides, æquitas
spectanda: Libido autẽ, odium, inuidia, metus, cupiditatesq; omnes amo-
uendæ: maximeq; existimare quenquam oportet mentis suæ cõscientiam, 4
quæ à Deo immortali accepta, à nobis diuelli non potest: quæ si optimo-
rum consiliorum (ut ait ille) atque factorum testis in omni uita erit, sine
ullo metu, & summa cum honestate uiuemus. Non igitur simpliciter est 5
ueta eorum opinio, qui asserunt iudicis officij esse, secundum acta & pro-
bata, etiam contra suam conscientiam iudicare: neque locum esse eiusmo-
di exceptionibus, Non petita petam, Non excepta excipiã, Non probata
probabo. [p] Neq; hoc etiã satis probatur per l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic.
prę sidis: etiamsi non paruæ auctoritatis homines diuersam sententiam tue
antur. Nam cum ea lege Vlpianus constituat præsidis partes esse, ut id se-
quatur, quod conuenit eum ex fide eorum quæ probabuntur, sequi, acto-
rum autem fides non nisi certis & ueris probationibus constare posit: con
sequens

a l. si ex part. §. 1. ff. quod cum eo qui in alien. potest. Bald. in additio. Speculator. de exceptio. uersic. quando quis neg. gloss. in l. cũ de indeb. ff. de probat. & l. inde Neratius. §. penult. ff. ad l. Aquil. & l. ult. ff. de rei uend. et l. cum patr. C. com. utriusq. iud. et ibi gloss. Cyn. in l. si dubit. §. 1. ff. de fideiuss. Bald. pulchrè in l. 1. C. de furt.
b in d. c. cũ æterni. de sentent. & re iudic. lib. 6. 15. quæst. 5. c. presbyter. et ibi gloss. text. in c. perpetuo. de electio. lib. 6. & 3. quæst. 7. in c. inodicet. glossa in c. pastoral. §. quia uerò. de offic. iudic. deleg. Alberic. in l. 1. C. ut quæ desi. aduoc. part.
c Baldus in c. cũ caussam. ext. de testib. Alex. in l. si precio. §. 1. ff. locati.
d c. literas. ext. de restitut. spoliator. c. ultimo. de præscription. c. tua. extr. de simonia. 28. quæst. 1. §. ex his.
e c. nisi. ibi gl. de renunciatio. c. ult. de uoto. c. mulier. de uercirand. clem. 1. §. sanè. de foro competent. & clem. 1. de iure patronat.
f c. ne innitaris. extr. de constitut. c. per tuas. extr. de simonia. c. liter. extr. de restitutio. spoliat.
g l. ad offic. §. ult. ff. finium regund.
h l. maior. ff. de minoribus.
i Bald. in l. illicitas. §. docere. ff. de offic. præsid.
k in clement. sæpe. §. de uerbor. significat. c. pastoralis. §. quia uerò. extr. de offic. & potest. iud. deleg.
l c. 1. extr. de consuetud. c. l. 1. ext. de postul. prælat. Dec. consil. 176. Anth. & Petri de Anthen. consil. 211.
m Specul. tit. de offic. om. iudic.
n Innocentius in c. ex insinuatione. extr. de appellationibus. Angel. in l. ubi pactum. C. de trãsactionibus. in l. ult. ff. de petitio. hæredit.
o l. & hoc Tiberius. ff. de hære. instituend. facit c. licet caussam. extr. de probationib. l. sed etsi lege. §. adeò autem. ff. de petit. hæredit. l. Titius. ibi quoq; Alexander. ff. ad senatusc. Trebellian.
p Baldus in l. unica. C. ut quæ desint aduoc. part. ibi extat copiose hæc disputatio.

ſequens eſt, ut iudex probationis fidem, non autẽ ea quę uel allegantur, uel
quocunq; modo probantur, contra rectam animi ſui conſcientiam ſequa-
tur. Quæ ſententia cum naturalem habeat æquitatem, & bonis moribus, e-
tiam ueterum conſtitutionibus ſit conformis,[a] uidentur parum probabilia
eſſe quæ hic de triplici conſcientia, de iudicis officio obſcurè admodum &
mira cum uarietate diſtinctionum traduntur. Cuius enim conſcientiæ eſt,
ne dicam iniquitatis, cum rebus omnib. ueritas ſit proponenda,[b] ad eamq;
animi noſtri iudiciũ, ac eorum quæ proponunt̃ fides referenda: cum nihil
quod alterũ ſine iuſta cauſa offendat, aut cũ recta conſcientię noſtrę liberta
te pugnet, in omnib. rebus ac cauſis, & tota deniq; uita noſtra ſit faciendũ,
uelle tamen cõtra cognitã & animo perceptã rei, de qua agitur, ueritatẽ ad
extraneã ut ait imperator, cc & alienam fidem decurrere, propria & indu-
6 bitata fide relicta, præſertim cum iudicem non ſolum innocentis uiri offi-
cio fungi,[d] ſed iuriſiurandi ſacramentum præſtare oporteat, omnimodo
ſe ex ueritate ac legum obſeruatione eſſe iudicium facturũ, ſecuturumq; id
quod ipſi iuſtius & melius eſſe uideatur.[e] Abſurdum ſanè hoc, & cum om-
ni iniquitate coniunctum uideretur. Nam ſi officij religio, ſi pudoris ac æ-
quitatis ratio, ſi ipſius iuſticiæ obſeruantia uetat, & leges prohibeant, cau-
ſam ullam uel conſcientia mala ſuſcipere, uel tueri,[f] quanto magis cauen-
7 dum, ne contra conſcientiam iudicemus, aut definiamus? quoniam patro-
cinari, aut aduocationem ſuſcipere, minoris eſt officij & periculi, quàm iu
dicare: propterea quòd quæ partium aduocatis deſunt, iudex ſupplere po
teſt, non item aduocatus.[g]
8 Comprobant hanc noſtram ſententiam, præter ea quæ dicta ſunt, locu
tiones ualde admodum ueteribus iuriſconſultis familiares, & ab omnibus
receptę: cuiuſmodi ſunt, Ex ſentẽtia animi tui exiſtimare te oportet, &, Tu
magis ſcire potes: item, Illud ſequetur iudex, quod optimũ putarit: et, Te-
cum delibera, & ſi qua eiuſmodi ſunt alia,[h] quæ omnia docent iudicis eſſe
ſuam quoq; mentis conſcientiam rebus definiendis ac dijudicandis inter-
ponere, præſertim cum ueritatem rei geſtæ, & eius quæ in controuerſiam
trahitur, animo & ſcientia cognitam & perſpectam habeat, quẽadmodum
paulo antè oſtendimus, & pulchrè alicubi probat Tertullianus,[i] amplius
etiam Albericus:[k] cuius ſententiam, ne liber nimium excreſceret, nolui-
9 mus hic aſcribere. Baldus ſanè iudices habere uoluit duos ſales[l] (ita enim
loquitur) alterũ ſapientię, ſine qua nihil laudabile aut rectè fieri poteſt: alte
rum conſcientiæ bonæ, quam uitæ morumq; integritas gignit. Et ueteres
quotiens parum liqueret, quid rectè iudicari poſset, maluerunt iuriſiu-
randi religioni obſtricti profiteri, de cauſſæ probationibus ſibi non lique-
re, quàm temerè uel damnare uel abſoluere:[m] ac proinde certos quoſ-
dam characteres in urnam loco ſuæ ſententiæ conijcere ſolebant, quorum
A abſolutionis, C condemnationis, N. L. ſignum erat, non ſibi liquere.
quem morem ut multis approbatum hodie noſtris in legibus uideo,[n] ita
dolendum minus illum frequenter obſeruari. Neque quod Imperator di-
cit,[o] ex actis publicis ueritatem inquirendam eſſe, huic noſtræ ſententiæ
obſtat: quia ſemper ueritatis uia ſequenda eſt, non autem falſæ aut parũ
probabiles allegationes & diſputationes contra rectam animi noſtri con-
ſcientiam, contra ueritatis fidem, quæ nobis uel certa rerum conſcientia
uel alijs ſenſuum ſignis facta eſt, erunt admittendę.

H 2 AN LE-

a c. cum æterni. de re iud. lib. 6. clem. 1. §. uerum. de hæreticis. Panorm. & Hoſtienſ. in c. paſtoralis. §. quia uero. extr. de offic. et poteſt. iudic. delegat.
b n. quæſt. 3. c. quiſq;. 22. quæſt. 4. c. quid autem iniquius. & 21. quæſt. 5. per totum, & per ea quæ ſuprà ſunt adducta.
c in l. quæſtionem. C. de fideicommiſ.
d l. ceteræ. ff. famil. hercíſc: l. 1. ff. de uarijs & extr. cognit.
e in l. rem non nouam. & Authent. hodie. C. de iudicijs l. appellari. ff. quis & à quo appel.
f Auth. hodie. §. patroni. C. de iudicijs.
g tot. tit. C. ut quæ par. aduoc. defint. iud. ſup.
h in l. 3. §. eiuſdem quoq;. ff. de teſtibus. l. illud in cauſis probandis. ff. de manumiſſ. undic. & l. appellati. ff. ſi quis et à quo appelletur. et paſſim.
i in l. ſi fortè uxor. ff. de caſt. pecul.
k in l. Barbarius Philipp. ff. de offic. quæſt. & in l. unica. C. ut quæ partiũ aduoc. defint. in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præſ.
l in l. 2. C. de ſent. ex breuic. recit.
m Aſcon. Pædian. Cic. in orat. pro Milone. Aul. Gell. in loco paulo antè recitato
n. Extant in hanc rationem l. Pompon. ff. de re iudic. l. idem Pomponius. §. ult. ff. de recept. arbitr. & paſſim in Digeſtis. conſulis enim ſeſe inuicem iureconſulti.
o in l. is apud quem. C. de edendo.

AN LEGES HVMANAE CONSCIENTIAS NOSTRAS OBSTRINGANT. Cap. XV.

1 *Legis definitio secundum Chrysippum.*
2 *Humanas leges à diuina lege initium sumpsisse.*
3 *Quare grauiter animaduertendum esse in harum uiolatores.*
4 *Quæ leges conscientias nostras non obstringant.*

VTilis hæc est, neq; difficilis quæstio, an leges humanæ consci-
entias nostras obstringant? Et puto, si lex iusta & honesta sit,
naturæ etiam, rebus, personis ac tempori conueniens, seruan-
dam eam religiose esse, eaq; nostras conscientias obstringi.
[a] Cuius quidem rei multæ adferri possunt rationes. Vel quod 1
lex sit, definitore Chrysippo,[b] tam diuinarum, quàm humanarũ rerum om-
nium regina, & certa quædam rerum earum omnium, quæ uel honestè ac
iustè, uel turpiter & iniustè fiunt, regula, ac proinde seruanda. Nam & Isi-
dorus & Augustinus[c] uetãt, promulgatas atq; editas leges in controuer-
siam adducere, aut qua in parte uiolare: monentq; eas in omnibus caussis
atq; iudicijs seruari oportere.[d] Et Vlpianus præcipit,[e] legem quantumuis
duram, propterea quòd ita scripta sit, seruandam esse. Vel quod leges diui-
nitus in hominũ animis primùm inscriptę, pòst principum uirorum admi-
rabili & propè diuina prudentia cunctis sint promulgatæ,[f] initiumq; sum
pserint, ut Augustinus asserit,[g] à diuina lege, nihilq; rectè aut iustè præci-
piant, quod non idem ab æterna & diuina lege emanauerit. Vel deniq; 2
quod leges, tanquam humanę societatis uincula,[h] & quibus dissolutis, nul
la reipublicę trãquillitas retineri, nihil saluum & incolume esse potest, non
solum iniustos à peccandi licentia coerceant, ut docet apostolus Paulus:
[i] uerùm etiam Christus præcipiat, legibus obtemperandum esse: ac proin-
de puniendos grauiter eos fore, qui libidinoso furore inflammati, leges bo 3
nas uiolant, atq; scelere impio conuellunt.[k] Ea siquidem apud maiores no
stros fuit cùm reuerentia, tum obseruatio legum optimarum, ut Lycurgus,
referente Augustino,[l] ciuitatẽ iurisiurandi religione obstrinxerit, ne quic
quam ex legibus immutaret: & Machabæorum dux Mathatias moriens fi
lijs suis præceperit, ne qua in parte leges editas uel conuellerent, uel uiola-
rent. Leges igitur humanæ si iustæ ac rectæ sunt, nec solum religiose seruã-
dę erunt, sed nostras quoq; conscientias obstringunt.[m]

Aliter atq; si uel iniustæ sunt, uel pietatem lædunt, uel cum Christi præ-
ceptis pugnant. Nam lex positiua, quæ nulla iusta de caussa cum naturali 4
æquitate pugnat, ueluti quæ filio legitimam adimat, planè conscientiã no-
stram non constringit:[n] ut nec ea quidem nos obligat, quæ peccatum,
quantumuis ueniale infert[o]. cuiusmodi est, quæ uiro permittit, ut uxorẽ su-
am in adulterio deprehensam occidat: quæ ideo damnat, quòd sancta Dei
Ecclesia, quæ non occidit, sed uiuificat, eiusmodi lege impia non obstringi
tur.[p] Non enim lædi aut obstringi Christiana libertas debet lege parum æ-
qua, aut etiam impia.[q] Feudali lege filius uasallus cogitur non solũ in bel-
lo dominum suum contra posteriorem dominum, si antiquior dominus
bellum mouerit, iuuare, sed etiam contra patrem pugnare[r]. Sed quando
Christus à nobis summam ac perpetuam erga parentes uenerationem at-
que

a Thomas de Aquino 1 secũdæ quæst. 1. 96. Alberic. in rubric. ff. de legib. dist. 4. c. erit autẽ lex. c. in istis tẽporibus.
b l. 2. ff. de leg.
c in lib. de uera religione.
d d. distinct. 4. c. erit autẽ lex. & c. in istis temporib.
e in l. prospexit. ff. qui & à quib. manumiss.
f l. inter clar. C. de summa trinit. l. ult. ibi Alberic. C. de præscript. locm tẽp. idem in l. leges sacratiss. C. de legib. gloss. in c. constitution. distinct. 10.
g in lib. de libero arbitr. & in lib. contra Petilianũ. & extãt etiã similia quædã 23. quæst. 5. c. ad fidem.
h Thom. prima 2. quæst. 90. art. 1. Isidorus lib. 2. etymologiarũ. Greg. in regist. extat 25. quæst. 2. can. imperial.
i ad Colossen. cap. 3. & ad Romanos cap. 2. et asserit idẽ Augustin. ad Macedonium. & extat 23. quæst. 5. c. nõ frustra.
k 41. distin. c. statuimus. 60. distin. c. quia per ambitiones. 25. quæst. 1. c. uiolatores.
l lib. ciu. dei 2.

m Baldus in l. cum quis. num. 14. C. de iur. & facti ignorant. Albericus in rubric. ff. de legib. c. quæ in ecclesiarum. ibi gloss. et doctor. in uerbo iure poli. de constitutionib. Innoc. in c. cum contingat. extr. de iureiurand. Felinus in c. 1. de constitutionib.
n Io. Imola in c. quia pleriq. ad finẽ. de immunit. ecclesiæ. o Felinus in c. cum ecc. colum. 16. de constit. Abbas in c. ueniens. secũdo. de spon. et in c. ult. de præscript. p text. in c. inter hæc. 33. quæst. 2. q Bald. in l. 2. C. de ind. uidu it. Pan. in c. fil. ext. de test. Felin. in c. eccl. b. Mariæ. de const. r Iac. Ard. in sua sum. Aluar. per text. in c. 1. §. ill. de prohib. feud. alien. per Frideric.

2 quæ pietatem reposcit,[a]cum filius patri alimenta,propter domini sui, cuius uasallus est, iussionem detrectare[b]nulla naturæ aut pietatis lege posit aut debeat,consentaneum omnino est,eiusmodi feudali lege conscientiam nostram obligari nō posse. Idem sentimus de usuris illicitis,de deceptione ultra dimidiatam precij partem,de fidei uiolatione,& quauis alia lege, quæ delicti cuiusdam ac fraudis causa esse potest.[c]

Non minus absurda est & ea feudalis costitutio,qua cauetur, si uasallus uideat hic dominum suum, illic uerò patrem,in grauem uitæ dimicationē mortisq; periculum adduci, neq; mederi atque opitulari nisi alteri eorum posit, anteferendam esse domini salutem patris necessitudini: [d]quemadmodum hoc ipsum impij sceleris,& non ferendæ ingratitudinis esset,propterea quòd & iure diuino,& naturę lege tenemur,parentes omni pietate atq; beneuolentia complecti. [e]Et sanè nescio,an ulla iusta lege, aut conscientia bona conuinci posit,ut hæres qui hereditatem adierit,& neq; inuentarium fecerit, teneatur ultra uires hæreditarias quid præstare: cum pręsertim hîc lædatur conscientia. [f]Sed longum foret exempla,quæ certè multa sunt,hîc referre. Et quando non parum multa in hanc ferè rationem à nobis notata sunt, existimo omnino nostras conscientias legibus humanis, quæ iustæ ac piè sint,neq; temerè pugnent cum Christi præceptis,obstringi. Alioqui iniqua & absurda lex non meretur legis nomen.

VTRVM PRAESCRIPTIO EXCVSET CONscientiam,purgetq; fidem malam. Cap. XVI.

1 *Præscriptio quare sit inuenta,& quæ ad eam requirantur.*
2 *Res corporales atq; incorporales differenter præscribi.*
3 *Superueniente mala fide, completam præscriptionem rumpi non posse, secundum* DD.
4 *Contra uerò hanc sententiam docet autor.*
5 *Malam fidem præscriptionem subsequentem, æquiparari ei quæ initiò interueniat.*
6 *Possessorem malæ fidei nullo tempore præscribere.*
7 *Præscriptionem,quia odiosa sit,restringi.*



1 Erta regula est,possessorem malæ fidei ullo tempore præscribere non posse: [g]quoniam & ius naturæ cum diuina lege coniunctum uetat, ne quis alterius cum fraude ac iactura fiat locupletior: [h]& proprium est iusticiæ munus, ut conseruata iuris æqualitate, suum quisq; consequatur. [i]Vt enim temporis pręscriptio,ad acquirenda rerum dominia utiliter est inuenta,ne uel ea certorum hominum negligentia essent indistincta,et omni tempore incerta,uel lites forent infinitæ:[k]ita in ea constituenda requiritur titulus,si des bona, & continua possessio,[l]cum hac tamen distinctione,quę iure nouissimo recepta est, ut in acquirēdo dominio rerum ecclesiasticarum, quæ iure communi posideri possunt,sufficiat fides bona,& quæ nulla suspicione mala prematur: in alijs uerò rebus, quæ iure communi posideri neque unt,uel quæ malā possessionis præsumptionē arguat,necessaria sit et fides bona et titulus,qui pręscriptionis causam tribuat,nisi fortè tanti tēporis extet præscriptio,quę omnem hominum memoriam excedat:quoniam eiusmodi temporis lapsus loco tituli habetur. [m]In acquirendo usu fructu satis firma est præscriptio bona fide quæsita,etiamsi titulus non adsit,propterea q; & usus fructus posideri iure cōmuni potest, [n]& pars dominij est.[o] Sed H 3 & res

a In Catalogo, Honora patrem & matrem.
b Baldus pulchrè in c.1.de nous forma fidelita. Zas. optimè in tit. ad quid uasal.dom. teneat.de feud.
c Baldus in l.2. C. de induct. uiduitat.
d Zasius hanc rem in loco allegato copiose tradit.
e l. ueluti.ibi doct. ff. de iust. & iur.
f uide Bart. in rubric.ff.de acquir.hær. & l. gerit.e.t. Bald. in l.ult.C.de sacrosecc. et Frãcisc. Aretinum in l.cum hared. & l. penult. ff. de acquir. hæredit.
g regul. iur. possessor.
h reg.iur. Iure natur.æ.l. nam hoc natur.ff. de condict. indeb.
i l. iusticia. ff. de iust. & iur.
k l.1.ff.de usuc. l.ult. ff.pro soc.
l l.1.ff. de acq. rer.dom.l.3. ff. de usucap. Bald. in l.1.C. de præscript. Dyn. in reg.iur. possess. l. si quis emptionis. C. de præscript. 30. ann. Extat in hãc rationem elegans inprimis canon, 16. quæst. 3. c. placuit.
m l 1.§.ult. ff. de aqua plu. arcẽd.l.2. et l.ult. ff.de aqua quotid.et æst. Dyn. in d.reg.possess. n natur.l.possessor.ff.de acqui.possess. o l.4.ff.de usufruct.Dyn.in loco iam allegat.

& res ipsa discrimen facit. Valet enim rerum incorporalium, ueluti seruitu[a]
tum, præscriptio bona fide constituta, etiamsi titulus non extet: cum tamē
res corporales præscriptione acquiri non possint, nisi adsit & fides bona et
titulus. Cuius rei caussam hanc adfert Dynus in regula iuris, Possessor ma
læ fidei: quòd cum maius periculum sit in præscriptione rerum corporali-
um, quæ rei dominium ipsi domino adimit, quàm rerum incorporalium,
qua seruitus quædam constituitur, & qui præscriptione iuuatur: opus quo
que ad maiorem prouisionem esse, ut in præscriptione rerum corporali-
um fides bona & titulus interueniat.[a] Et quia plerunque semper in rerum
præscriptionibus ex canonica æquitate requiritur fides bona, nō solum cō
tractus, sed & traditionis, & continuatæ possessionis tempus: aut probabi
lis saltem facti error, qui bonæ fidei præsumptionem adferat:[b] certiq; iuris
sit, præscriptionem, quæ completa non sit, quocunque tempore fides mala
interuenerit, rumpi atque impediri:[c] quæstionis est, an bona conscientia
uti possimus ijs rebus, quarum sumus dominium consecuti pręscriptione,
quam tamen completam secuta postea sit fides mala:[c] & proinde, utrum e-
iusmodi præscriptio excuset cōscientiam, purgetq; fidem malam.[c] Abbas, 3
Cardinalis, Io. de Imola, & Felinus scribunt,[d] fidem malam quæ post con-
stitutam ac completam præscriptionem interuenerit, non offendere con-
scientiam, ualereque etiam in foro poli, ut illi aiunt. Quorum sententi-
am approbant, Ioannes Andreas,[e] & Baldus.[f] Nam quemadmodum Pau
lus alicubi[g] dicit, quod rectè transactum est, corrumpi aut commutari non
posse superueniente delicto: ita illi iudicant, superueniente mala fide com-
pletam præscriptionem rumpi quoq; non posse. Et sicut dominium, etiam
actiones auferri cum caussa possunt: ita Baldus existimat, res, quæ præscri-
ptione acquisitæ sint, retineri bona conscientia posse, etiamsi post comple
tam pręscriptionem interueniat fides mala.[h] Mihi sanè, ut religio est in hac 4
ingenij, quod scio quàm mihi exile & tenue contigerit, & maiore quadam
iudicij egestate, cuiusquam sententiam audacius, quàm naturæ moderatio
uel usus fert meus, improbare ac conuellere: ita probabiliorem & æquio-
rem hanc sententiam existimo, aduersus fidem malam & læsam conscienti
am nullo tempore præscribi posse. Primùm, quod omne quod ex fide non
est, id peccatum esse, Paulus apostolus scribat:[i] eaq; caussa potissimum fue
rit Pontifici Innocentio tertio, quamobrem generalis concilij autoritate at
que consensione constituerit, nullam præscriptionem, siue canonica ea sit,
siue ciuilis, sine fide bona ualere: propterea quod generaliter & in uniuer-
sum omni constitutioni, omni consuetudini, quæ quidem obseruari absq;
peccato mortali non possit, derogandū sit: certiq; iuris sit, eum qui pręscri-
bat, non oportere ulla temporis parte conscientiam habere læsam, hoc est,
res alienas fraude ac fide mala occcupare.[k] Secūdò, cum lex sit regula iusti
& honesti, & quædam earum rerum omnium quæ uel rectè uel turpiter fi-
unt, gubernatrix, nihilq; nisi quæ iusta, quæ æqua, quæ honesta sunt, præci
pere debeat:[l] qua lege defendi poterit, qui fide mala & præter conscientiā
res alienas sibi usurpat, ex alieno incōmodo suas emetit cōmoditates? cū
ne naturæ quidem ius hoc permittat.[m] Tertiò, mala fides, quæ præscriptio
nem subsecuta est, æquiparatur ei quæ initiò interuenit: præcipuè quod at 5
tinet ad ipsos fructus rei possessæ.[n] Sed mala fides inchoatam præscriptio
nem impedit, ut dictum est, ergo & iam completam: quia defendi nulla le-
ge, nulla æquitate, nulla conscientia potest.[o] Quartò, si post completam
præscriptionem possessor conuincatur, præscriptionis tempore in mala fi-
de fuisse,

a l. si quis diuturno. ff. si seru. uendic. l. nullo. C. de rei uendic. l. Celsus. ff. de usucapio.
b Dyn. in d. reg. possessor. l. iusto errore. §. filius. l. nō solū. §. quod uulgò. ff. de usucap. l. quod uulgo. ff. pro emptore.
c Dyn. in d. reg. possessor. Bald. in l. cum qui. §. præt. ff. de publicia. et in l. ancill. uers. sed an per ius can. C. de furt. et ser. corrupt.
d in c. uigilāti. ext. de præscr.
e in d. reg. iur. possessor.
f in l. cum quis. C. de iur. et facti ignor.
g in l. nec enim. ff. de itin. actuque pri.
h Bal. in d. l. cū quis. C. de iur. et facti. ignor. et in Auth. Ad hæc uersic. reuertor igitur. ad quæstion. form. C. de usur. secutus Innoc. in c. cura. ext. de iur. patr.
i in epistola ad Rom. cap. 14.
k uide Gratia. de pœnit. 28. quæst. 1. §. ex his. et c. quon. ext. de præscr. c. literas. extr. de restit. spol.
l l. 2. ff. de legibus. 3. distinct. §. erit autem lex. Bald. in l. om. populi. ff. de iu stit. & iur.
m reg. iur. iure natur. l. nā hoc natura. ff. de condict. indeb.
n l. sed si lege. §. de eo autem ibi Barth. ff. de petit. hæred.
o d. reg. iur. possessor.

de fuisse, ipsa acquisita præscriptio nihil profutura sit malę fidei possessori, ut sentit Felinus:[a] consentaneum omnino est, etiam post constitutam prę-
6 scriptionem, agnitam fidem malam obesse possessori: quoniã possessor malæ fidei nullo tempore præscribit.[b] turpiterq; fit et iniustè, quicquid alieno incommodo, fraude & pernicie contra rectam conscientiam retinetur.[c] Quintò, si quandocunq; cognouero, rem quam possideo, alienam esse, statim arguar præsumptione malæ fidei:[d] fieri non potest, quin agnita fides mala, etiã post impletam præscriptionem arguat me uitiosæ & iniquæ possessionis, læditq; conscientiam rectam. Sextò, cum generaliter, & æquitate canonica mala fides superueniens, impediat cœptam præscriptionem,[e] qua lege, qua æquitate defendi potest fides mala, quę impleta iam prę-scriptione superuenit?[e] quoniã statim ac semper malæ fidei possessor est, quem premit atq; angit alienæ rei conscientia.[f] Septimò, cum rectè definitum sit, creditorem, qui à debitore tanquam uero domino pignus bona fide possidet, si sciat pignus alienũ esse, ne ullo quidem illum tempore, nec hæredem eius præscribere posse, propterea quòd præscriptio impeditur ipsa illa conscientia alienæ rei, qua afficitur etiam bonæ fidei possessor:[g] fieri quoq; non potest, ut fides mala præscriptionem secuta, prosit possessori.
7 Postremò cum præscriptio iniquum ferè præsidium sit, & cum naturali æquitate pugnãs, ut ait Baldus,[h] cum et ea odiosa sit, ac proinde restringenda,[i] puto meam sententiã iure & æquitate, etiã diuina lege defendi posse: præscriptione scilicet nec conscientiã excusari, nec fidẽ malã purgari posse.

AN STATVTVM CONTRA PVBLICAM VTIlitatem factum, uoluntate tamen populi comprobatum, iudici sit contra suam conscientiam sequendum. Cap. XVII.

1 *Satutum quid sit.*
2 *Quod si cum æquitate & recta conscientia pugnet, reijciendum esse.*


CVm paulo antè oratione explicare conati simus, quæ uis utilitatis publicæ ac conscientiæ sit, non habemus necesse pluribus argumentis hanc quæstionem tractare. Nam etsi statutũ in ijs quæ conscientiæ sunt, seruari debeat:[k] hoc tamen sic accipiẽdum arbitramur, si nec publicam utilitatem cum naturali æquitate coiunctam, nec conscientiã rectam, quæ certè nullo impietatis scelere obstringi debet, offendere uideat.[l] Nam earũ rerum quæ utilitatis publicæ causa introductæ sunt derogatio, quibuscunq; ea fiat legibus, prohibetur.[m] ac proinde ne statutũ quidẽ seruari debet, si reipublicæ intersit, ne seruetur. etiamsi non ignoremus in alia sententia esse alicubi Bartholũ.[n]
1 Est enim statutum, ius municipale legis uim continẽs, etiam pro lege habendum.[o] Sed lex regula iustorum & iniustorum est, et quædam emendatio eorum quæ prauè & iniustè fiunt.[p] Ergo statutum ut pro lege seruetur, nullam habere debet aut utilitatis publicæ, aut conscientiæ læsionem: quoniam, ut dictum est, statutum quod Reipublicę utilitatem adimit, nec serua-
2 ri bona conscientia potest, conuelli statim debet.[q] Qualecunq; enim illud statutum

a in c. uigilanti. sub finem. extr. de præscript. b d. reg. possessor. c reg. iur. peccatũ. c. cum tu. ext. de usur. c. 2. ext. de censib. reg. iur. non est sine culpa. d 34. quæst. 2. c. si uirgo. c. si diligenti. c. uigilanti. c. ult. ibi quoque doctor. ext. de præscript. e c. ueniens. ibi doct. ext. de præscript. Barth. in l. 2. C. de seruitutib. l. alien. ff. pro emptore. f Innocent. & Abbas in c. uigilanti. extrà de præscriptio. 34. quæst. 2. c. si uirgo. doct. in c. ultimo. ext. de præscript. Io. Andr. in d. reg. iur. possess. Abbas in c. consultationibus. extra de iure patro. g gloss. in uerbo, longi. & ibi Bald. in l. res creditoris. C. de pignorat. act. h in l. ancillæ. uers. sed an per ius canonic. C. de furt. Io. And. in d. reg. possess. in mercuria. i Io. de Imola in c. tua. sub finẽ. ext. de præscript. Bald. in l. non dubiũ. uersic. adde quod licet consuetudo. C. de leg. et in l. ult. C. de edict. diui Adr. toll.

k gloss. in c. quæ in eccles. ext. de constitut. ibi Bald. in prima nota. Petr. de Anch. cons. 191. in ult. col. l c. ult. ibi Bald. col. 2. C. de pactis. extr. de præscriptionib. m l. 2. §. sed quia ueremur. ibi Bartol. C. de iurament. calum. & in l. penultima. n in l. cum nauiculariorum. C. de nauicul. lib. 11. o l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. l. cunctos populos. C. de summa trinitat. p l. 2. ff. de legibus. 3. distinctio, §. erit autem lex. Bald. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. q c. ult. ibi doctor. ext. de præscriptionib.

statutum sit: quod cum æquo & bono, etiam rectæ mentis conscientia pu-
gnet, trahi in imitationem atque exemplum non debet:[a] quoniã nihil contra
ius, nihil contra æquitatem, nihil contra conscientiam agendum est:[b] neque
quicquam tam pugnat cum iure ac æquitate, quàm id quod iniquum est.
Quare uiderint, quàm rectè iudicẽt, qui asserunt etiam statutum iniquum
fore seruandum.[c] Nam cum rescriptum & statutũ æquiparentur,[d] nullum
autem rescriptum contra naturæ & publicum ius ualere posit:[e] consen-
taneum planè est,[f] statutum contra publicam utilitatem factum, si eius ob
seruatione conscientia lædatur, seruari non debere, etiamsi populi uolun-
tate comprobatum sit.[g]

VSVRAE AN PETI BONA CONSCIENTIA posint, ac fœnus exerceri? Cap. XVIII.

1 *Vsuræ definitio.*
2 *Eiusdem exactionem doctrina Christiana prohiberi.*
3 *Impium enim esse, exigere id quod datum non sit.*
4 *Pulchra D. Chrysostomi de fœnore similitudo.*
5 *Quatenus leges humanæ usuras concedant.*
6 *Multis de causis usuras damnari.*
7 *Vsurarijs non licere parentum suorum testamenta, inofficiosi querela rescindere.*
8 *Ad principes exclamatio.*



Sura Græcè τόκος, est lucrum, quod in mutui datione & alijs
contractibus supra sortem exigitur: hoc est, definitore Hosti 1
ensi,[h] quicquid ei rei quę mutuò datur, accedit, ipsius rei usus
gratia pactione interposita, tanquam precium siue merx e-
ius pecuniæ, quæ mutuò datur. Hanc exigere, & fœnus exer
cere, non solum cum diuino ac naturæ iure pugnat, sed humanis legibus,
ueterum institutis atque exemplis prohibitum est.[i] Cuius rei cum uterę et
certæ extent præceptiones, cum nulla conuentione publica, siue priuata,
nulla obligatione aut actione legitima, usuræ introduci posint:[k] non ha-
bemus necesse in hanc sententiã multas rationes colligere. uetat enim Chri 2
stiana doctrina, ad cuius imitationem contractus omnes, adeoque omnes
actiones nostræ cõformandæ erunt, pecuniam ad usuram dare, hoc est, for
tis lucrum exigere, & fœnus exercere. Si pecuniã, inquit,[l] mutuã dederis
populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eũ quasi exactor, nec
usuris opprimes. Non enim, ut alibi præcipit,[m] pecuniam tuã ad usurã da
bis, aut cum frare tuo fœnus exercebis quẽamodum et Christus iubet,[n] ut
mutuum demus, nihil inde sperantes: significans, supra sortem nihil lucri,
qualecunque etiam illud sit, ab eo exigendum esse, cuius desertæ & laboran
ti egestati simus opitulati. Et quando omnia nobis in hac ciuilis uitæ socie
tate, hominis caussa honestẽ facienda, utilitatesque nostræ in medium adfe-
rendæ erunt, sordidisimum planè est, quæstus caussa uagam ac demersam
ærũnosamque fratris nostri egestatẽ uel deserere, uel fœnore exhaurire. Nec
aliud tam tetrum & inhumanum est uitium, quàm ab homine inope, & 3
quod datum non sit, auarè exigere, inuidere Reipublicæ, cuius interest sal
uas ac florentes ciuium res esse. & in turpisima quadam flagitiosisimaque
nũdinatione pauperum ac inopum hominum uersari, perfidiæ est: in spem
eius præsidij adducere fratrẽ inopem, quòd illi maiori fraudi, quàm emo-
lumento sit futurũ: Impietatis, cum posis, non alleuare, & pręsidio iuuare
negle

a Ioan. Andr. in c. ult. de except. lib. 6. in nouel. Alexan. consil. 135. secũda parte nut. Viso titulo quæst. b l. iur. ff. de iust. & iur. c Bald. in tit. de pac. constit. §. nos Roman. 7. coll. uersic. quæro utrũ st. statutum. Alexan. in l. 1. ff. quod quisque iuris. d c. quæ in eccles. ibi Innocẽt. ext. de constit. Bald. in l. 2. in re not. C. de legibus. e l. omnes. C. si cont. iur. uel util publ. l. rescript. C. de prec. imp. offer. f l. ultima. C. si cont. ius uel util. publ. Bart. & Bald. in l. 1. ff. de constitut. princip. g Bald. in l. 1. C. de monopol. & l. recept. el. 2. C. de constit. pecun. clement. 1. & ibi Card. de usur. h Hostiens. in summa de usur. B. Thomas in quæst. de malo. quæst. 13. ait. 4. cap. i clemẽt. 1. de usur. et tot. tit. de usuris. ibi Pan. præcipuè in c. post miserab. et quæ notatur in l. 1. C. de summa trinit. & in Auth. ad hæc. C. de usuris, & per Iasonem in l. cunctos populos. num. 33. in lectione Papiniens. C. de summa trinit. k si non sortem. ff. de condit. indebit. l Exod. c. 22. m Leuit cap. 25. & Deuteronom. cap. 25. n Lucæ 8. in hanc rationem extat psalmus 14.

neglectā paupertatē. Exigere uerò, quod datū nō sit, & quod ex omni fortuna reliquū est, adimere, hoc hostilis animi, & propè nefarij latrocinij est. Siquidem Ambrosius scribit,[a] usuram tanquam rem fœdam & illicitam ab illo exigi posse, cui nocere ac bellum iure inferre possimus, & quem non sit crimen occidere. Sine ferro, inquit, dimicat, qui usuras flagitat: sine gladio se de hoste ulciscitur, qui fuerit usurarius exactor inimici. Ergo ubi ius belli, ibi ius usuræ. Chrysostomus uerò,[b] usurarij hominis pecuniam, tanquam insidiosum nequitiæ commentum, cum aspidis morsu, quo nihil pe-
4 stilētius est, comparat. Percussus, ait, ab aspide, quasi delectatus uadit in somnum, & per suauitatem soporis moritur: quia tunc uenenum latenter per omnia mēbra decurrit. Sic qui mutuum ad usuram accipit, ad aliquod tempus beneficio se iuuari putat: sed usura per omnes ipsius facultates decurrit, et totum cōuertit in debitum. Satis liquet, usuram exigere, & fœnus exercere, contra diuinum ac naturæ ius esse.

5 Sed nec humanis legibus, usuræ in uniuersum permissæ sunt. Nam etsi uetus ius nonnunquam, & canones in certis casibus eas admittant,[c] uidelicet ut eas, quòd pecunia certo tempore cōstituta, soluta non sit, petamus tanquam sortem, non autem tanquam lucrum quod ad sortem accedit: aut tanquam interesse in cōtractibus præcipuè bonæ fidei,[d] ubi ex sola mora ueniunt usuræ:[e] uel tanquam interesse damni emergētis, non autem lucri captandi hoc est. Vbi debitor efficacem caussam damni dedit, non autem ueluti interesse lucri cessantis, nisi fortè in eo qui negotiationem exercere solitus est:[f] id'que hac potissimum ratione, quod multum interest, de re sua lucrum non tribuere, & aliena non capere,[g] nec usura dici possit, suum tenere, & non perdere.[h] Tamen hi casus sunt singulares & excepti, & in cæteris hic rigor ueteris iuris ab Imperatore correctus est, dum præcipit, quę sanctorū patrū auctoritate in concilijs et Synodo Nicena usuras scilicet prohibente, cōstituta sunt, sanctè integreq; seruāda, ueteresq; leges ad sacros canones referēdas esse:[i] quemadmodum etiam canones, usuras, nisi in certis casibus exceptis, in quibus potius de eo quod interest, quàm usuris, ut dictū est, agitur, planè damnant.[k] Cuius certè damnationis et iu-
6 sti cuiusdam odij usurarum caussę sunt multę: uel ut deuitentur insignia flagitia, quę secum adfert acris illa, hians & infamis habendi cupiditas:[l] uel quod usuræ non sint nisi impiæ rapinæ & furta manifesta, quibus incauti homines omnibus suis fortunis exhauriuntur:[m] uel quod earum studio & ambitione omnis Reipublicæ splendor atq; dignitas, omnis uerè ciuilis & politica ciuium societas, quæ non nisi commutatione rerum & officiorum continetur, omnis agrorum cultura, quam ueteres homines antiqua uitæ religione præditi, in summo semper honore habuerunt, contemptim atq; neglectim habeātur.[n] Hinc enim infames illæ turpitudines, quæ sempiterna ignominiæ nota usurarijs inuruntur, ut etiam post restitutionem usurarum, quæ eis, à quibus ablatæ sunt, aut si nō extēt, pauperibus reddi debent,[o] cogantur ad instar furis aut raptoris pœnitentiā satisfactionemq; subire:[p] neq; cōmunē sepulturæ honorē recipere, nisi aut restitutis usuris, aut interposita cautione de illis restituēdis:[q] quādo etiā, qui usurarij hominis corpus sepilita, ut funus sequit̃, ab ecclesię cōmuniōe remouet̃.[r] Et licet

I leges

a in lib. de bono mortis. et habetur 14. quæst. 4. c. si quis usuram.
b super Mathæum homil. 6. ad finem, facit pulchrè, c. quia in omni. ext. de usur.
c c. salubriter. c. conquest. ibi doctor. ext. de usur. gloss. in d. c. conquast. & in c. tamen iu. ext. de usuris et pulchrè 24. quæstion. 4. c. quoniam qui.
d l. socium qui ff. pro socio. l. 1. C. de summa trinit.
e l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de usuris. & d. l. socium qui ff. pro socio. Odofred. in l. 1. C. de usur.
f l. 3. ff. de eo quod cert. loc. Panor. in c. conquest. ext. de usur. ibi quoq; gl. et Abbas qu. q.
g l. Proculus. ff. de damno infecto.
h l. 1. §. si is qui bona. C. de collatio. bonor.
i in Auth. de eccles. titul. §. 1. & in l. 1. C. de summa trinitat. & in Auth. Ad hæc. C. de usur. Specul. quoq; in § sequitur uidere. uers. sed quid. doq. tit. de act. seu petition.
k c. salubriter c. conquestum. extr. de usur.

l Ioan. Andreas in reg. peccatum. in 6. in mercur. m Baldus in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. n Innocent Panormit. Hostiens. & alij in rubric. e. t. & doctor. in l. 2. §. mutuum. ff. si cert. petat. & l. 1. uersic. opponitur. C. de summa trinitat. Cardinal. in clem. 1. quæst. 3. de usur. Fran. Aretin. in l. cunctos populos. C. de summa trinitat. Panor. optimè in c. post miserabilem. extr. de usur. o c. cum tu. ext. de usuris. p gl. & Card. in clem. 1. §. ult. 14. quæst. de usur. q Card. in clem. 1. quæst. 20. de sepultur. r gloss. Io. de Imol. Cardinal. Florent. in clement. eos. de sepulch.

leges inofficiosi testamenti querelam præscribant, non tamen usuratijs per 7
mittunt, ut parentum suorum testamēta inofficiosa, quantumuis turpi per
sona instituta, querelis rescindāt.[a] propterea quòd tātum semper fuit usu-
rarum ac fœnoris odium, ut eius exercitiū & diuino & humano iure dāna
tum prohibitumq; habeatur.

a Bald. in l. improbum. uersic. itē nullus fœner. C. de infamib.

Porrò quanto odio & indignatione ueteres homines fœnoris & usurę
exercitium sint prosecuti, hinc apparet, quod Genutius tribunus plebis ad
populū tulerit, ne ullo modo fœnerari liceret. Et post aliquod tempus Sul
pitius tribunus plebis, & hunc secutus Cæsar, certum credēdi modum de-
finiuerint, ne quis ordinis senatorij, ultra duo millia drachmatum æs alie-
num conflaret. Tiberius uerò Cæsar, ut fœnus in uniuersum tolleretur, di
sposito per mensas millies sextertio, cauerit, ut singulis facultas creditum
accipiendi fieret in triennium sine usuris, si debitor in duplum populo ca-
uisset. Quòd etiā Iudæis & Germanis olim fœnus planè ignotū fuerit, ac
cæteræ aliquot gentes tanto odio usuras prosecutæ sint, ut cum furem du-
pli, fœneratorem tamen quadrupli damnarent.

Exempla ueterum in odiū fœneratorum.

Hoc sanè multo admirabilius est, quod Agis Atheniensium dux adeò
fœnus exosum habuerit, ut omnium fœneratorum tabulas igne supposito
in foro concremauerit. Cuius exemplo & laudabili iudicij seueritate uti-
nam illi hodie uterentur, qui Christianæ reipublicæ benè ac sanctè ge- 8
rendę sunt præfecti: neq; non solum conniuerent ad usurarias impias fune
stasq; exactiones: sed ne Iudæos parui quæstus studio, in grauem suorum
ciuium perniciem permitterent publicam fœnoris nundinationem exer-
cere. Haberemus utiq; multo tranquilliorem ac florentiorem Rempubli-
cam, quæ hodie paucorum hominum inexplebili auaritia exhausta lan-
guet. Magnam certè laudem, & nulla posteritatis memoria intermoritu-
ram gloriam consecuti sunt ob id maximè Antoninus Pius, Alexander Se
uerus, & Lucullus imperator: quorum illi, quòd plerosq; fœneris caussa pa
ternis auitisq; agris exutos comperissent, trientarium fœnus primum con
stituerunt, ac mox uniuersum abrogarunt: hic uerò, quòd uniuersam A-
siā fœnore demersam liberauit, sicut etiam Cato qui in fœnore coercendo
aliquanto asperior ac uehementior, quàm cæteri fuit, exegitq; tota Sicilia
fœneratores, eamq; ære alieno exemptā in pristinum statū restituit. Quæ
omnia cum ita sint, dubitare nemo debet, quin fœnus exercere contra na
turæ diuinum & humanum ius, etiam ueterum institutiones atq; exēpla sit.

Agis Atheniensium dux.

Vi sanctiß. quoque facit Papa.

AEQVI ET BONI IVDICIS SEVERITATEM nonnunquam esse clementia temperandam. Cap. XIX.

1 *Principes uiros clementiam maximè decere.*
2 *Neq; eius tamen, neq; seueritatis gloriam affectandam esse.*
3 *Gregorij Pontif. de iustitia exercenda præceptum.*
4 *Vtilitas clementiæ.*
5 *Eam autem ad rerum qualitates & circumstantias referendam esse.*



Vlla perinde uirtus, æquè cōmendat eum qui Remp. cōsilio
atq; auctoritate gubernat, aut ius populo dicit, atq; clemen-
tia: quę ut principes uiros, referēte Seneca,[b] maximè decet: ita 1
eius usurpatione, proximè accedimus ad Dei gloriā atq; immē-
sam pietatē, si modo recta & legitima sit, quoniā Marcell. scri
bit,[c] nec seueritatis, nec clemētiæ gloriā affectādā esse, sed perpetuo iudicio, 2
prout

b tit. de clem.

c in l. respiciendum. ff. de pœnis. clem. 1. de iudic. clem. quamuis. de appellat. distinct. § 6. c. quæ clementia. l. cum sequentib.

prout quæq; res expostulat, esse statuendum. Diligenti igitur animi iudicio & sobrie exercenda est, in maximis præsertim iudicijs ac causis, clementia: ne quid aut remissius, aut seuerius statuamus, q̃ res aut persona postulat: [a] teneamusq; in reb. omnibus gerendis eam animi affectuũq; moderationẽ, ne aut iræ ac furori & eiusmodi animorũ percussionibus quicquã dedisse, aut nimiũ tribuisse clementiæ uideri queamus. Ad hunc enim mo-
3 dũ præcipit Gregorius Pontifex,[b] ut omnis qui iuste iudicat, staterã in manu gestat, in utroq; penso iustitiã & misericordiam portet: sic tamen, ut per iustitiam reddat peccati sententiam: per misericordiam, peccati temperet pœnam: in iusto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam uero per misericordiam indulgeat. Ratus uidelicet, seueritatem iudicis nonnunquam lenitate miscendam esse. Augustinus quoq;[c] scribit, iusti & pij hominis esse, eorum maliciam patienter sustinere, quos fieri bonos cupit, ut potius numerus crescat bonorum, nõ ut pari malitia quisq; se addat numero malorum. Tradũt in hanc sententiã pulchras aliquot præceptiones idem August. in suo Enchiridio, Gregorius item, & quę in Toletano atq; Brachano concil. sunt definita.[d] Valeat igitur hæc Callistrati sententia,[e] ut iudices in leuioribus causis proniores sint ad lenitatem: in grauioribus pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis exerce-
4 ant. Vtilis certe, & maximẽ naturalis est uirtus clemẽtia, quę efficit, ut quo quisq; excellentiore est animo, hoc modestius se gerat: cedatq; iusto dolori potius, quàm temerẽ ulciscatur nocentẽ. sic enim uidemus bruta animalia, ueluti leones, parcere prostratis corporibus, & contentos esse, hostem, quẽ dilaniare et decerpere possint, humi iacere, nec unquam ferè eos in ætatem aut sexum imbecillum sęuire, nisi graui atq; acerba inedia impulsos: cum reliqua ignobilia animalia etiam cedentes beluas lacessant, instentq;
5 morientibus. Sed ea tamen clementia referenda semper erit ad personæ, rei, loci, temporis ac facti qualitatẽ, et eiusmodi rerũ circumstãtias, ne quid indulgentius ac remissius propter naturæ humanæ facilitatem fiat, quàm[f] legũ uis ęquitatisq; ratio sustineat: præcipue ne homini in miseri mortalis sortem atq; calamitatẽ coniecto, & rebus aduersis uehementer afflicto, inurere nouam aliquam afflictionem uelimus: sed eam quæ inuecta est, clementiæ benignitate potius temperare.

[a] l. aut dict. aut fact. ff. de pœn.
[b] in Moralib. 20. lib. part. 4. cap. 6.
[c] in sermone, de puero Centurionis.
[d] recensentur distinct. 45. per totum.
[e] in l. obseruãdũ. ff. de offic. præsid.
Clementiã esse utilem uirtutẽ.
Clementia quò referri debeat.
[f] l. diuus Marcus. ff. de offic. præsid. l. tam clem. C. de episcopal. audient. & 7. quæst. 1. c. cum percussio. & distinct. 5. c. si mulier. unde similes annotationes in gloss. 1. l. d. diuus Marc. ff. de offic. præsid.

CVM RECTE ET LIBERALITER AGAMVS, parui ducendum quid alij de nobis iudicent.
Cap. XX.

1 *Affectiones rationi parere debere.*
2 *Quia uulgi maiore ex parte corrupti sin mores, atq; inconstantes: magni faciendum non esse, quid illud de nobis sentiat.*
3 *Felicibus successibus comitem esse inuidiam.*
4 *Turpe esse, sapientis uitam ex insipientium sermone pendere.*
5 *Mentem nullius mali sibi consciam, firmissimum contra calumniam præsidium esse.*
6 *Socratis præclarum de quodam calumniante responsum.*
7 *Bonos uiros hostis etiam uirtutem admirari.*


Vlla uirtus, quæ quidem cum reipublicæ splendore ac rebus præclare gerendis coniuncta sit, perinde actiones nostras commendat, atq; affectuum temperatio.[g] Nam pręter quam quòd ex ea omnis animi excelsi & pręsidentis tum magnitudo, tum constantia elucet, tum certe sola ferè est, quæ in uera nos officiorum religione, in placabilitate animi & constantia retinet:

[g] August. in lib. de morib. eccles. Cic. in Rhetor. & lib. 2. de Finib. bonor. & malor. Ambros. lib. de offic. & Seneca in epist. ult.

net: commonetque ut appetitus nostros ac concitatiores animi affectiones
domitas atque contractas habere uelimus. Erunt autem animorum cupidi- 1
tates omnes ad hunc officiorum omnium fontem conuertendæ, ut rationi
pareant, uacentque temeritate & negligentia: quorum alterum consequemur, si animos nostros ab omni perturbatione, affectuumque impotentia liberos teneamus: alterũ uerò, si ut Cic. præcipit,[a] animaduersione diligenti amque excitemus, ne quid incõsiderate aut turpiter faciamus. Quanquã autẽ omnes qui uitæ ingeniique laudẽ spectant, hanc, quã diximus, tenere affectuũ moderationẽ debent: qui tamẽ ius populo dicit, adsuescere primùm debet, ut eadẽ iuris æqualitate omnes cõtineat: deinde, ut cũ bene egerit, leuiter ferat uulgi conuicia, quæ quidẽ præter culpam facta sint. Est enim perque difficile, ita unũ aliquẽ ius cunctis dicere posse, ut nõ malorũ hominũ offẽsio calumniã aliquã gignat:[b] ꝓpterea quod, sicut uulgi diuersi sunt mores atque uoluntates, ita eius qui peccata aliorum legibus corrigit, diligẽtia simultatẽ, negligentia reprehensionẽ, animaduersio odiũ, indulgentia contemptionem criminationemque parere solet. Sed cum ea sit communi- 2
um horum temporum perturbatio, & tanquam lues quædam, quæ optimi cuiusque dignitati inuidet, ipsumque uirtutis florem infringere conatur: neque tamẽ nobis, qui doctrinæ usum ad publicam omnium dignitatem referre cupimus, committendum sit, nostra ut industria ulla inuidiæ ac calũniæ acerbitate infringatur: non erit magni faciendum, quid uulgus hominum de nobis uel sentiat, uel dicat, maximẽ si culpa careamus. Sunt enim omnia maledicta, etiam si in hominem improbum coniecta sint, tamen ingenij potius iracundi, petulantis & improbi, quàm uel publicæ uel legitimæ reprehensionis. Et natura adfert, ut omnibus magnis & rectis conatibus finitima sit inuidia.[c] Quod Plato[d] animaduertẽs, docet: bonis ac pru- 3
dentibus uiris, non admodum curãdum esse, quid multi de ipsis loquãtur sed quid dicat unus is qui iusta & iniusta intelligit. Vt enim non magni faciendum, uiuere nos, & communi uitæ uoluptate perfrui, nisi benè & honestè uiuamus: ita cum rectè & liberaliter agamus, parui ducendum, quid alij calumniose de nobis dicant. quoniam, ut ille ait, in libera ciuitate liberas esse linguas oportet: & Cicero scribit,[e] nihil turpius esse, quàm sapien- 4
tis uitam ex insipientium sermone pendere. Satis enim magnum est sola-
tium, certissimumque præsidium aduersus omnia calumniæ tela, mens nul- 5
lius mali sibi conscia. uelut poeta ait: Conscia mẽs recti, uulgi mendacia ridet. Et Cicero alicubi scribit,[f] conscientiam benè actæ uitæ, multorumque
beneficiorum recordationem iucundissimam esse. Porro Socrates, quum 6
à quodam familiari commoneretur, ut existimationem nominis sui aduersus illum tueretur, cuius indignissimis calumnijs esset lacessitus: respondit, eius calumnijs se non commoueri, qui bene loqui, & rectè de aliorũ uirtute sentire non didicisset: indicans nimirum, non admodum ad se pertinere, quid alij dicerent, nullo animi iudicio, sed alienæ laudis inuidia commoti. Est enim excellentium uirorum proprium, non ex uulgi deprauatis opinionibus, sed uirtutis laude propendere, contemnere & negligere contumelias improborum, à quibus etiam laudari turpe sit. Nec idoneus princeps regendis ciuitatibus esse potest, qui non multa præter æquũ et bonum facta dissimulare poterit.[g] Nec alijs certè imperare potest, qui non prius suos domare affectus didicerit. Cuius rei in primis pulchrum est exemplũ in Cleomene Anaxãdridæ filio, qui Archiuorum conuicijs, etiã impietatis ac periurij crimine lacessitus: Vobis, inquit, potestas est mihi maledicendi, at mihi potestas est uos ulciscendi. Remisit, alta animi

a lib. 1. Offic.

b Seneca lib. 13. epist. 1. et lib. de moribus. & Cicero pulchrè in oratione pro L. Cornelio.

c uide singularem textũ in c. qualiter et quando debeat. extr. de accusat.

d in libro qui Crito, siue de eo quid agendũ sit, inscribitur.

e Cic. lib. 2. de finib. bonor. & malor.

f in Catone maiore.

Socrates.

g Extat in hãc rationem notũ prouerb. ἄρχων ἄκουε ἄκουσον, κ' ἀδίκως. id est, princeps æqua et iniqua pariter audias.

Exempla.

mi uirtute ac mente prædictus uir, uindictam: contentus posse, cum uellet, ulcisci. In nobis siquidem, atque affectuum nostrorum moderatione positũ
7 est, ut bene aut malè audiamus: quin boni uiri uirtutis splẽdorem etiam in hoste elucentem uehementer admirantur & amant: mali uerò atque nocentes ne lædant aut offendant, conciliari sæpe beneuolẽtia possunt. Sic enim Philippus Macedonũ rex, & pater Alexandri Magni, cũ ex Smicytho famulo cognouisset, regiam suam dignitatem ignominijs affici, per quendã Nicanorem, non statim illum perdidit, ne à dignitate sapiẽtis declinasse uideretur: sed munera ad eum, quem cognouisset nullo regio præsidio alleuatum, deferri iussit. quibus acceptis, Nicanor magnis passim laudibus regem efferebat: indicauitque hoc exemplo rex Philippus, in nobis situm esse ut benè aut malè audiamus, ut multitudinis iudicio diligamur, uel odio digni habeamur. Ac proinde, cum euenire plerunque semper soleat, ut qui laudi ac gloriæ alienæ cupidè obtrectant, morbum magis prodant suũ, quàm detegant mores alienos: ipsa autem uirtus, etiam si hominum prædicatione destituatur, uel maledictis obscuretur, suam tamen gloriam atque decus secum ducat: parui faciendum, quicquid uulgus de nobis dicat, modò scelere atque culpa uacemus.

DE POENA IVDICIS MALE ET AMBITIOse iudicantis. Cap. XXI.

1 *Iudicium humanum quatuor modis peruerti.*
2 *Iudices mali qui sint.*
3 *Iustitiam non debere esse uænalem.*
4 *Pœnæ corruptorum iudicum.*
5 *Multis modis iudicem litem suam facere.*
6 *Cambyses diligens iustitiæ cultor.*



1 Isidorus libro tertio de summo bono scribit,[a] humanum iudicium quatuor modis peruerti, timore uidelicet, cupiditate, odio & amore. Timore, dum metu potestatis alicuius ueritatẽ loqui pauescimus. Cupiditate, cum pręmio muneris alicuius corrumpimur. Odio, cum contra quemlibet aduersarium molimur. Amore, dum amico uel propinquis placere cõtendimus. Et Cicero[b] conqueritur, plura multo homines iudicare odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut commotione aliqua mentis, quàm ueritate, aut præscripto, aut in eis
2 norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus: quorum utriusque ut uera est sententia, ita Innocẽtius[c] iudices malos et ambitiose iudicantes eos definit, qui nõ attendunt merita causarum, sed pecuniarũ: nõ iura, sed munera: nõ iustitiam, sed pecuniam: nõ quod ratio dictat, sed quod uoluntas affectat: non quod lex sentit, sed quod mens cupit. Neque inclinant ad iusticiam animum, sed iusticiam declinant ab animo: non ut quod licet, hoc lubeat, sed ut liceat, quod libet, &c. Quanta autem pœnæ & uindictæ æternæ acerbitas illis, qui malè & ambitiose iudicant, ferenda sit & sustinenda, declarant illæ diuinæ scripturæ grauissimæ & certæ comminationes apud Mathæũ cap. 25. ubi iusti Dei iudicij seueritas longa oratione describitur. & apud Ioannem:[d] Amen, inquit, amen dico uobis, ueniet hora, et nũc est, quãdo mortui audient uocem filij Dei, & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso: & potestatem dedit ei iudicãdi quoque: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc,

a cap. 58. et habetur 11. quæst. 3. c. quatuor.
b lib. de Oratore.
c lib. de miseria hominis. & tradit in hac rẽ pulchras præcept. Bald. in rubrica et l. de eo. C. de pœna iudic. qui malè iudic.
d cap. 5.

quia ueniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audiēt uoce eius,
& prodibūt: qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala ege
runt, in resurrectionem condemnationis. Apud prophetam Malachiam[a]
Deus comminatur se facturum iudicium, in omnes eos qui calumniantur
mercedē mercenarij, uiduę et pupilli, et qui peruertunt caussam peregrini,
&c. Et Gregorius Pontifex alicubi scribit,[b] eum qui rectè iudicat, & 3
prǽmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrare: quia iu
sticiā, ait, quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ uendidit. Bo-
nis malè utuntur, qui pro temporali lucro iustè iudicant. tales quippe ad
ueritatem non iusticiæ defensio, sed amor præmij prouocat: quibus si spes
nummi subtrahitur, confestim à iusticiæ confessione recedunt. Acceptio
munerum, pręuaricatio ueritatis est. Vnde et pro iusto dicitur: Qui excu-
tit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitat, &c. Porrò Impera- 4
tor Constantinus,[c] eum iudicem, qui uel precio, uel gratia corruptus, malè
iudicauit, infamia afficit, & illata damna resarcire cogit. Authenticorum
autem ius,[d] illum in caussa ciuili tripli pœna afficit: in criminali uerò causa,
publicationem siue confiscationem bonorum omnium imponit, & delin-
quentem in exilium adigit. Si quis autem iudex litem suam fecerit, hoc est
per imprudentiā malè aut contra æquitatem iudicauerit, eum Caius iure-
consultus[e] non propriè ex maleficio obligari putat, sed quia nec ex contra
ctu obligatus sit, et utiq; peccasse aliquid intelligatur, licet per imprudenti
am, ideo uideri illum quasi ex maleficio teneri: ei inquantum de ea re ęquū
religioni iudicantis uisum fuerit, pœnā sustinere debere.[f] Ac proinde re-
ctè est à Baldo scriptum,[g] eum iudicem qui perperam iudicauit, puniri de
bere, etiam si interposita appellatio fuerit deserta. Facit autem multis mo-
dis litem suam iudex, uarieq; pro causæ ac rerum circumstantijs punitur,
ut Marcellus refert in hæc uerba:[h] Lex Iulia de repetund. præcipit, ne quis
ob iudicem arbitrum'ue, dandum uel mutandum, iubendum'ue, ut iudi-
cet, ne'ue ob non dandum, non mutandum, non'ue iubendum, ut iudicet:
ne'ue ob hominem in uincula publica conijciendum, uinciendum, uinci-
ri'ue iubendum, uel ex uinculis dimittendum, ne'ue quis ob hominem cō
demnandum, absoluēdum'ue, ne'ue ob litem ęstimandam, iudicium'ue ca
pitis pecunię'ue faciendum uel non faciendum aliquid accipiat, &c.[i] Ho-
die ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur: & plerunq; uel exi-
lio puniuntur, uel etiam durius, prout admiserint. Quid enim si ob homi-
nem pecuniam acceperint: uel licet non acceperint, calore tamen inducti,
interfecerint uel innocentē, uel quem punire non debuerant: Capite ple-
cti debent, uel certè in insulam deportari, ut plerique puniti sunt. Ad eun-
dem ferè modum iudex litem suam facit, & uel legum pœna, uel syndica- 5
tus seueritate punitur, qui officij sui, quod litigantium causis ac rebus im-
partiri debet, rationem negligit ac deponit:[k] aut litigantium causas, defen
siones, & quæcunq; iudicio proponuntur exaudire, & de illis cognoscere
detrectat;[l] aut temerè & dolo quodam malo, quæ in uim ac probationem
statutorū, de quibus quęstio mouetur, allegātur, admittere nolit:[m] aut qui
in fraudem & damnū creditoris fideiussores parum idoneos recipit.[n] Aut
iustam sententiam prætextu dubiæ cuiusdam opinionis oblatæ dicere, &
causam ex æquo & bono definire detrectat.[o] Aut sententiam iniquam di
cit.

a cap. 3.
b 2. quæst. 3. c. qui rectè.
c l. ult. C. de pœna iud. qui mal. iud. l. si filius familias. ff. de iudic. Vide Bald. in d. l. ult. C. de pœn. iudic. qui mal. iudic.
d Authen. nouo iure. C. de pœna iudic. mal. iudic. In Authent. ut lit. in exord. lit. iur. §. si quis autem. coll. 9. 5.
e in l. ult. ff. de uarijs in extraord. cognitio.
f facit pulchrè c. 1. de re iudic. ibi gloss. quoq; lib. 6. et gloss. in l. argētarius. §. ult. ff. de edēdo. l. uenal. C. quando prouoc. non est necess.
g in d. l. ult. C. de pœn. iudic. mal. iudic. et in c. iud. de pac. iurament. firm. ld. Innocent. et doctor. in c. sæpe de appellatio.
h in l. Lex Iulia. ff. ad l. Iuliā repetund. si quis maiorē huius rei declarationē requirat, legat quæ in hanc sententiam scribit Angelus in. §. 1. Institutio. de obligat. quæ quasi ex debito. Pan. in c. 1. de const. text. in l. 1. uers. sed neq; ex multitudine. C. de ueter. iur. enucl. & in Auth. ut litig. iur. in exord. lit. col. 9. §. si quis autē. et Auth. nouo iur. C. de pœn. iud. qui mal. iud.
i l. omnes cognitores. C. eod tit.
k l. 1. §. permittitur. ibi Barthol. ff. de aqua æstiua & quotidiana. Innocent. in c. ult. de ferijs. facit l. iudicamus. §. penult. ff. de in litem iurād. ibi Paul. de castr.
l Bald. in rubric. C. de pœn. iudic. qui male iudic. et in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. procōs. & legat. et in l. presbyter. de episcop. & cleric.
m Bald. in rubric. C. de pœna iudic. malè iudic.
n l. ult. ibi doct. C. de magistrat. cōueniend.
o l. 2. C. de leg. c. cum æterni. de re iud. lib. 6. Ioan. Andr. & Innocent. in c. intimasti. de appell.

cit. [a] Aut si iustam & æquam dicat, non iusticiæ amore, sed cupiditate mala, ueluti gratia, odio, inuidia, & eiusmodi malis affectionib. perturbatus: propterea quòd, referente Gregorio Pōtifice, iudicare rectè nemo queat, qui in dicendo iure odio uel gratia commouetur. [b] Aut deniq; si uel falsas allegationes ad illudendum iudicium admittit, [c] uel innocentem quæstionibus excruciet atq; enecet. [d] Extant passim eiusmodi annotationes, quas
6 omnes enumerare longum foret. Et auctor est Valerius Maximus, Cambysem summum iusticiæ cultorē, ac omnis iniquitatis uindicem, in sede, ubi iniquus iudex per sordes sententiam dixerat, ipsius detractum corium in lora concidisse, eoq; tribunal ipsum ornauisse. Et Dareius fertur Aeolidis præfectum, quòd pecunia & gratia corruptus, iniquum iudicium fecerat, innocentemq; damnauerat, in crucem affixisse. Nos qui iusto Dei iudicio, qui legibus scriptis, qui æquitate naturali, qui cōmuni deniq; animorum coniunctione ac pietate commonemur, in hanc animi cogitationem curam atq; operam incumbere summa cum fide ac religione debemus, nostra ut iudicia omnia sint recta, & cum Christiana pietate coniuncta.

a Barth. in l. 1. C. quomodo & quando iudex. b 11. quæst. 3. c. iudicare. c Speculat. in §. 6. tit. de aduocat. Exempla. d Pulch. Bald. in rubric. C. de pœn. iudic. qui mal. iudic.

FINIS LIBRI SEXTI.

DE VSVRPATIONE LEGVM

LIBER SEPTIMVS.

DE SENTENTIIS ET INTERLOCVTORIIS iudicum. Cap. I.

1 *Iudicem antequam sententiam proferat, diligenter omnia perpendere debere, etiamsi caussa festinationem postulet.*

2 *Rescindendæ semel dictæ sententiæ potestatē cōcedi iudici ordinario, idq; certis casibus, secus esse in iudice delegato.*

3 *Non omnem iudicantis uocem retinere rei iudicatæ auctoritatem.*

4 *Multis modis sententiam dici nullam.*



D iudicantis religionem pertinet, in dicenda sententia diligentem animi consultationem, iudicium uerum, & rectam conscientiam, quæ sola omnium nostrarum actionum testis nullo seculo intermoritura erit, adhibere, ne uel lites æternæ fiant: [a] uel ipsius temeritas & inconsulta iudicandi ratio in grauem perniciem eos adducat, qui
1 alioquin iustam caussam in iure agendi habent. [b] Nam etsi caussa, etiam iuris rigor & æquitas nonnunquam postulet, ut controuersiæ celeri sententia definiantur: [c] rectius tamen semper faciet iudex, ut tempus aliquod & solicitam prouisionem ad deliberandum adhibeat, ne temerè sententiam dicat: quando iudicis culpa, quantumuis leuis, non solum reprehendenda est, sed legibus quoq; damnatur. [d] præcipuè uerò ut in consilio habeat religionem & ueritatem, ad eamq; omnia sua iudicia referat, [e] non exempla quorū fides in iudicijs esse non potest, [f] non deprauatā aliquam consuetudinem, & quæ longo tempore ac moribus recepta non sit; [g] sed leges æquitatemq;

a 3. quæst. 5. c. iudicant. Bart. in l. prolatā. C. de sentent. & interl. om. iudic. text. in l. 2. C. de sentēt. et peric. recitand. c. 2. de sentēt. et interl. om. iud. b d. c. iudicantem. c. tam in literis. de in integ. rest. Bartbol. in l. prolatam. C. de sent. et interloc. om. iud. text. in l. 2. C. de sentent. ex irrit. testament. sentent. per. recitand. c d. c. 2. de sentent. & interlocut. om. iud. l. si quis filio. §. quid tamen. ff. de iniust. rupt. et irrit. testament. d l. si præses. C. quomodo & quando iudex. & l. 4. l. absentem. C. de accusatio. e l. nemo iudex. C. de sentent. f d. l. nemo. Felin. in c. 2. de præsumpt. g l. penult. C. quæ sit long. consuet. l. 1. & ult. tot. tit. & in Auth. ut null. iudic. liceat haber. loc. seruа. §. 1. uers. male enim adiuuante.

temq; passim & ubiq; spectet. quando non hominis, sed Dei personam ge
rit, quisquis in iudicijs publicis ius populo dicit.[a]

Est autem iudicis sententia uel interlocutoria, uel definitiua: Illa, si uim
sententiæ definitiuæ nõ contineat, rescindi ad partis petitionem intra dies
decem, uel officio iudicis aut caussæ definitione poterit, nisi appellatio
sit interposita.[b] quoniam quod prætor iussit, uetuit'ue, contrario imperio
tollere & remittere potest, referente Celso.[c] Hæc uerò, cum semel sit dicta,
neq; nullitatis uitio laboret, [d] rescindi non potest: propterea quòd iudex,
posteaquam semel dixit sententiam, iudex esse desinit. Et hoc iure, inquit
Vlpianus, [e] utimur, ut iudex, qui semel uel pluris uel minoris condẽnauit,
amplius corrigere sententiam suam non possit: [f] exceptis certis aliquot ca
sibus, quos gloss. [g] recenset. Ordinarius tamen iudex, si sententiam, quæ 2
iure ipso nulla sit, dixit, corrigere eam per uiam querelæ: [h] aut si alioquin
lęsionẽ inferat, rescindi in casu quidem permisso poterit restitutionis in in-
tegrum beneficio: [i] cum eadem tamen sententię, quæ dicta est, rescinden-
dæ potestas non detur iudici delegato, ut pleriq; existimant.[k] Et quando
hęc res ingẽti cum studio, et summa etiam rerum copia, ab ijs qui ius pro-
fitentur tradita est, noluimus longos hic commentarios scribere, sed quos
dam tantum locos communes in hanc rationem annotare, cuiusmodi esse
poterunt.

Sententia definitiua condemnationem uel absolutionem,[l] etiam legi-
timum iudiciorum ordinem habere debet.[m] Ac proinde capta & distracta
pignora, Vlpianus [n] scribit recuperari posse, si nulla sententia præcesserit:
quando etiam, si iudicantis religio falsis instrumentis circumuenta, senten
tiam dixerit, caussam in integrum restituendam esse Callistratus scribit.[o]

Sed ea quoq; sententia, quæ uel à non suo iudice dicta est, [p] aut à præsi-
de non publicè cõsedente, sed contra iuris solennitatem in secreto aliquo
loco prolata, [q] aut ita deniq; lata est, ut quid fieri oporteat, nõ inferat: utpu
ta, si iudex sententia sua definitiua præcipiat, ut iusiurandum præstetur, ne
que addat, quid ex præstatione, uel recusatione iuramenti fieri oporteat,
nullius certè momenti eiusmodi sententia erit. [r] idcirco q; receptum est,
nõ omnem iudicantis uocem retinere iudicatæ rei autoritatem, præsertim 3
si quid in dicta caussa, sine cognitione earum rerum quę in controuersiam
ueniunt, etiam extra territorium decretum sit: [s] quando nihil tam decet iu-
dicantis siue religionem, siue sanctitatem, quàm ut omnibus in iudicijs di
ligentem ac seueram caussę cognitionem adhibeat, nõ ulla animi affectio-
ne, non exemplis, sed legibus ac æquitate caussas definiat.[t]

Itaq; ad curã officiumq; iudicantis pertinet, diligenti animi prouisione
cauere, ne prolata sentẽtia dici possit uel iniusta, uel nulla: quoniam illud
improbitatem, hoc uerò inscitiam & temeritatem, à qua longè abesse o-
portet rectum & integrum iudicem, arguit.[u]

Dicitur autem sententia multis modis nulla: primò ratione personæ, 4
quæ iurisdictionẽ habere nõ potest, quoniã Paul. refert.[x] non omnes iudi
ces dari posse ab his, qui iudicis dãdi ius habent, propterea quod quidam
lege impediantur, ne iudices sint: quidam moribus, quidam natura: ut sur
dus, mutus, & perpetuò furiosus, impubes, quia iudicio carent. Lege im-
peditur, qui senatu motus est: moribus, ut fœminæ & serui, non quia non
habeat

a Deuteronomij c. 1.
b Panormit. in c. cum cessante. de appellat. 2. c. à iudice. eod. tit. lib. 6.
c in l. quod iussit. ff. de re iud. et ibi pulchrè Iason.
d Felin. c. qualiter et quando. elect. 1. de accusatio. Bald in l. ult. C. de sentẽt. quæ sine certa quantitate. Angel. in l. si expressim. ff. de appellatio.
e l. iudex. ff. de re iudicat.
f l. diui fratr. ff. de pœn. l. cũ quærebat. ff. de re iudicat.
g in d. l. iudex. in uerbo, nõ possit.
h l. 4. de accusatio.
i l. in caussæ cognitione. § ult. ff. de minorib. Card. in clem. 2. quæst. 10. de sentent. & re iudicat.
k l. si ut proponis. l. 1. C. quomodo et quando iudex. Felin. in d c. qualiter, et quando. de accusatio.
l l. 2. C. de sent. et interlocutor.
m l. prolatam. eod. tit.
n in l. si cum nulla. ff. de re iudicat.
o in l. diu. Adrian. ff. de re iudicat.
p l. ult. C. si à non competent. indic. q l. cum sententiam. C. de sentent. & interlocutor. omnium indic. r l. cum iudex. C. e. t. s l. ex stipulatione. C. de iudicijs. l. extra territorium. ff. de iurisdictio. omnium indic. c. penult. de sent. & re iudic. t 3. quæstio. 5. c. iudic. Bartol. in l. prolatam. C. de sent. & interlocut. omnium iudic u DD. in d. l. prolatam x in l. cum prætor. ff. de iudicijs.

habent iudicium, sed quia receptũ est, ut ciuilibus nõn fungantur officijs.[a]

Secundò, si sententia post finitam iudicij instanriam,[b] aut factam iudicis recusationem,[c] aut in eam rem quæ in iudicio nõ petebatur,[d] dicta sit.

Tertiò, si legibus definitus ac præscriptus iudicij ordo, siue forma, siue solennitas seruata non sit: ueluti neglecta citatione, litis contestatione, libello, & eiusmodi alijs iudicij partibus. nisi fortè causa sit, quæ sine iudicij forma explicari poterat.[e]

Quartò, sententia cõtra falsum procuratorẽ,[f] tutore item uel curatorẽ[g], pupillum & minorem indefensum,[h] aut hominem mortuum,[i] aut qui afflicta ualetudine in ius uocatus uenire non potuit,[k] aut absentem, qui nec legitimè in ius uocatus fuit, nec per contumaciam abfuit, dicta, nullã uim executionemq́ habet.[l]

Nec ea sententia iure subsistere potest, quæ planè dubia, obscura, & incerta est, nisi hoc ipsum causæ qualitas, ueluti hæreditatis petitio, actio noxalis, obligatio item alternatiua, quæ quidẽ actiones non nisi incerta quodammodo & alternatiua sententia definiri possunt,[m] aut nullam quantitatem, aut rem in quam condemnatio fit, contineat.[n] Vlpianus tamen sufficere scribit,[o] si expresserit summam in sententia, soluiq́ iusserit, uel præstari, uel quo alio uerbo hoc significauerit. Amplius, inquit, est rescriptum, et si in senrentia non sit summa adiecta, si tamen is qui petit, summam expresserit, & iudex ait, Solue quod petitum est, uel quantum petitum est, ualere sententiam.

Error sanè iudicis in sentẽtia expressus, aut eius etiam gratia & sordes nõ solum eam reddũt nullam & iniquam,[p] uerumetiam corrupto iudici infamiam ac pœnam irrogant:[q] idq́ non aliter, atq́ si dolus malus in sententia dicenda adhibitus sit.[r]

Quatenus autem iudex litem suam faciat, quæ etiam pœna existimationisq́ damnũ, in eum qui male iudicauit, inferatur, quoniam hæc res à multis ualdè copiose,[s] à nobis etiam libro sexto cap. 21. simplici quadam ratione tradira est, nihil necesse fuit pluribus eam hoc in loco annotare.

Breuiter, iudex rectus & integer sententiam dicturus, in cõsilio habeat, non ullam iudicandi affectionem malam, non gratificandi aut nocendi cupiditatem, sed cõscientiam rectam, ex legum & æquitatis definitione conformatam: teneatq́ animo & memoria, non hominis, sed Dei iudicium se exercere: in eoq́ & suscipiendo, & retinendo rationẽ Deo esse dandam, qui nec falli nostris nequitijs potest, nec scelera impia relinquit impunita.[t]

DE APPELLATIONIBVS ET RATIONIbus. Cap. 11.

Formas appellationum tres constitui à iurisperitis.

2 *Easq́; aliquibus modis inter se differre.*

3 *Aliquando contingere, ut causa appellationis à sententia definitiua statim sit exprimenda, eaq́; certa sit, ut appellatio ipsa consistere possit.*

4 *Appellationem ab interlocutoria sententia in scripto libello proponi debere, cumq́; ipsius appellationis causa.*

K 5 In

a Vide tot. tit. C. si à non competent. iudic. l. 1. C. de arbitr.
b gloss. in uerbo, triennij. in l. properandum. in principio. C de iudicijs.
c c. suspicionis. de offic. iud. de legat. l. apert. C. de iudicijs.
d in l. ult. C. de fideicommiss. libertat. l. non distinguemus. §. ult. ff. de arbitr.
e d. l. prol. C. de sentent. et interloc. omnium iud. l. 1. C. de rei iudicat. execut. Clement. sæpe. de uerbo. significat.
f l. licet. C. de procuratorib. et c. in nostra præsentia. de procurator.
g l. non dubiũ. C. de tutorib. et curator. & l. prolatum. e. t.
h l. cõtra pupillum. ff. de re iudicat. l. cum & minoris. C. si aduers. rem iudic.
i l. penult. ff. de sent. quæ sine appell. rescind.
k l. quæsitũ. ff. de re iudicat.
l l. ea quæ. C. quomodo et quãdo iudex.
m gloss. in l. nõ possumus. ff. si pars hæreditat. petatur. §. curatore. Institutio. de actionibus.
n l. 3. C. de sen. quæ sine cert. necess. l. 1. §. 1. ult. C. de pœn. in §. 1. Instit. de ut litig at. in ex- de eo quod certo

quant. l. ait prætor. § ult. ff. de re iud. o in l. in summa. ff. de re iud. p l. 2. C. quando prouoc. non est quæ sent. sine appellatio. l. uenalis. C. quando prouoc. non est necess. q l. si filiusfamilias ff. de iudic. & l. iudic. qui malè iudicauit. r l. 1. §. 1. ad l. Cornel. de fals. & in l. filiusfamilias ff. de iudic. s Angel. obligatio. quæ ex quasi delict. ext. in l. 1. uersic. Sed neq́ ex multitudine. C. de iure uet. enuclean. & in Auth. ord. intent. § si quis autem. collat. 9. & l. 1. ff. de. uarijs & extraord. cognitio. t l. quod Ephesi. §. ult. ff. loco. l. placuit. C. de iudicijs. l. rem non nouam. C. e. t. c. iudicet. 3. quæstio. 8.

5 In extraiudiciali appellatione non requiri apostolorum petitionem, sec. glo.
6 Prouocantes omnes, quorum illud intersit, exaudiendos esse. Et numero 9.
7 Tempus interponendæ appellationis, & petendi apostolos, quod sit.
8 Hodie, ex benignitate iuris Pontificij, satis esse, si apostoli uno contextu instanter & sæpius petantur.
10 A quibus appellare non liceat, & quando.
11 Cardinalem cum præfecto prætorio comparari.
12 Quarum personarum appellationes non recipiantur.
13 Appellationem à sententia, quæ ipso iure nulla sit, nullius momenti esse.
14 Qua ratione ab interlocutoria prouocandum sit, aliquot præceptiones.
15 In appellatione proponenda quis ordo obseruandus sit.
16 In appellationibus aduersarij præsentiam non requiri.
17 De fructibus rei controuersæ, pendente appellatione, quid agendum sit.
18 Neminem in alterius iniuriam suum consilium posse immutare.


Appellatio est, definitore Hermog. prouocatio iniquę senten-
tiæ querelam continens: siue quædã defensio ac propugna-
tio eorum qui iniustè opprimuntur. [a] Huius usum frequentẽ
& necessarium esse dicit Vlpianus, [b] quod uel iniquitatẽ iu-
dicantium, uel imperitiam corrigat, licet nonnunquam benè
latas sentẽtias in peius reforment. Formas appellationis iurisperiti tres cõ- 1
stituũt: ut prima sit quę in iudicio interponitur à sententia definitiua, quæ
caussam, de qua controuersia est, uniuersam definit, & rei exitum prębet.
[c] Altera uerò, quę ab interlocutoria est interposita, & plerunq; ante defini-
tiuam sententiam dicitur: [d] Tertia autem, quæ ab illato grauamine, & rerũ
factiq; iniquitate interponitur extra iudiciũ: ut fieri solet in electionibus,
postulationibus, prouisionibus, & alijs eiusmodi actibus: [e] estq; hæc ipsa
appellatio quædam prouocatio ad caussam. Differentia autem harum ap- 2
pellationum est: prima, quòd appellatio à definitiua sententia interponi a-
pud acta posit, ipso die, uiua uoce. Nam Marcellus [f] scribit, satis esse, si di-
cat, Appello. & Imperator [g] potestatem uiua uoce prouocãdi litigatoribus
facit, etiam non scriptis libellis, quotiens hoc ipsum res iudicata tam in ci-
uilibus, quàm criminalib. causis poposcerit. Aliter atq; si prouocatio à sen-
tentia definitiua fiat ex interuallo: nam tum prouocare oportebit scripto li-
bello. [h] Appellatio uerò ab interlocutoria sententia semper scripto libello
interponi ac edi debet: nec statuto caueri potest, ut uoce uiua fiat. [i] Melius
autem & cautius faciet, quicunq; prouocaturus à quacunq; etiam senten-
tia est, ut scripto libello appellet, auctore Baldo. [k] Altera est differentia,
quod appellatione à definitiua sententia interposita, siue ea recepta sit, si-
ue non, medio tempore, ut ait Vlpianus, [l] nihil nouari oporteat, ne uideli-
cet, si recepta non sit, pręiudicium fiat ei, quod deliberaretur, utrum recipi-
enda sit appellatio, an non sit: aut recepta appellatione, prius innouetur,
quàm de appellatione sit pronunciatum. Aliter atq; si appellatum sit ab in
terlocutoria sententia, qua interposita nouari licet, nisi expresse superioris
iudicis auctoritate prohibitum sit. [m] Tertia est, quod in appellatione à sen-
tentia definitiua interposita, non necesse habemus semper certam appellã
di caussam dicere, sed referente Vlpiano, [n] liberũ est à dicta appellationis
caussa discedere, & aliam caussam allegare, ipsamq; prouocationẽ, quibus-
cunq; modis id fieri poterit, prosequi. Nisi hanc appellationis caussam cer 3
tam, et in appellationis à sententia definitiua interpositę libello expressam
postulet caussæ ipsius & rerum qualitas. Cuiusmodi haberi solet, si senten-
tia in cõfitentem dicta sit, is autem prouocet, certè appellationis caussam,
quasi

a l. præfecti ff. de minoribus. c. suggestũ. ex. de appellationibus.
b in l. 1. ff. de appellat.
c l. post sententiam. C. de sent. & interlocut. omnium iudic.
d glossam in Instituti. tit. quib. alienare licet uel non. §. admonendi.
e c. cum sit Romana. de appellatio.
f in l. sed si apud acta. ff. de appellatio. et relatio.
g in l. litigatoribus. C. e. tit.
h l. scio quæsitum. ad finẽ. ff. de appellatio. Bartol. et Angel. in d. l. litigatoribus. C. e. ti.
i c. ut debitus honor. et c. cordi. de appellatio. lib. 6. Bartol. et Alexander de Imola. in l. eos qui. de appellationib. C. de appella. & Paul. de Castro consilio 205.
k in d. l. litigatoribus.
l in l. 1. ff. nil nouare appel. interpo.
m c. non solum. de appellation. lib. 6.
n in l. scio quæsitum. uersic. ult. ff. de appellationibus.

quaſi ipſa illa confeſsio metus aut erroris cauſſa facta dicatur, adferre omnino debet.[a] Aut ſi à ſententia reductionis ad arbitrium boni uiri prouocetur, dici certè cauſſa, & læſionis qualitas & quantitas, ut aſſerit Baldus,[b] exprimi debet. Aut ſi prouocatio à tribus conformibus ſententijs ſit facta, quæ quidem, niſi certa & rationabilis appellandi cauſſa adferatur, recipienda non erit.[c] Aut ſi iudex, cui cauſſa, cum clauſula Appellatione remota, delegata eſt, ſententiā dicat, à qua certè, niſi appellationis cauſſa expreſſa, prouocare non licet.[d] Poſtremò, quotienſcunque uel ipſam prouocationem leges ſcriptæ prohibent, uel obſtat iuris præſumptio, appellatio à ſententia definitiua interpoſita, ut recipi poſsit, continere appellandi cauſſam debet.[e] Sed appellatio à ſententia interlocutoria, etiamſi uim definitiuæ ſententiæ ea habeat, interpoſita, niſi appellandi cauſſam complectatur, recipienda non erit.[f] Quarta differentia eſt, quod appellatio à ſententia definitiua interpoſita, ex nouis probationibus iuſtificari poteſt.[g] Sed appellanti à ſententia interlocutoria, uel à grauamine iudicis, non licet alias cauſſas proſequi, quàm eas, quæ in appellationis libello nominatim ſunt dictæ. Nec poteſt primi iudicis proceſſus nouis probationibus iuſtificari, uel impugnari, ſed ijs ſolū quæ apud acta ſunt relata.[h] Extra iudicium uerò de benignitate iuris canonici prouocari à quocunque grauamine po-
4 teſt.[i] Vtriuſque huius appellationis, quæ uel à ſententia interlocutoria in iudicio interponitur, uel ſit extra iudiciū à grauamine illato, hæ partes diligenter erunt obſeruandæ, ut quotiens prouocandum ſit, ea interponatur ſcripto libello: ut item is qui prouocat, appellationis cauſſam adferat, quādo etiam ea quæ uel iure, uel re ipſa notoria eſt, nihilominus proponenda erit:[k] denique ut literas dimiſſorias, ſiue apoſtolos inſtanter & ſæpius petat: et ſi non accipiat is qui dare eos debet, aut ſi eius haberi poteſtas non poſſit, idipſum conteſtetur. Nam ſicut inſtantiam petentium apoſtolos conſtitutiones deſiderāt, ita æquitatis ratio poſtulat, ut ſi per eum ſtetit, qui literas dimiſſorias dare debuit, aut ſi eius poteſtas haberi non potuit, ne hoc
5 petenti fraudi ſit. Semperque conſultius eſt in hac ipſa extraiudiciali appellatione, in qua gloſſa alicubi tradit non requiri, ut apoſtoli petantur,[l] literas dimiſſorias, ſi extet, qui eas dare poſsit, inſtanter & ſæpius petere: hac uidelicet forma, Appello, et apoſtolos, ſi poteſtas eius qui eos dare poſsit, haberi queat, inſtanter & ſæpius peto.[m] Non eſt obſcura appellationum differentia.

Conſilij & prudentiæ eſt, diligentem animaduerſionem excitare, primùm quo tempore interponi appellatio poſsit. Deinde quantum temporis petēdi literas dimiſſorias legibus concedatſ. Tertiò, tempus illud, quod iudex appellanti ſtatuit, petendi uidelicet apoſtolos, & ſui præſentandi. Quartò, tempus proſequendæ appellationis. Qua in re ſicut rectè præcipit Vlpianus,[n] eum qui prouocauit, non debere conuiciari ei à quo appellauit, edita in eum qui contrà facit, grauiſsima pœna reſcripto diuorum fratrum: ita Imperatores Anto. et Seuer. reſcripſerunt,[o] appellationes, quæ retro ad principem ſunt factæ, omiſsis ijs ad quos debebat fieri, ex uno ordine ad præſides remitti. ac proinde appellationes faciendas eſſe à minore iudice ad maiorem, & gradatim,[p] niſi quod canones permittāt ad Ro. Ec-
6 cleſiam interim immediatè prouocari.[q] Nec refert, utrum is qui ſententiæ iniquitate affectus eſt, prouocet ipſe, aut illius nomine procurator appellet: quando prouocantes exaudiri omnes illi debent, quorum intereſt, in cauſſa præcipuè ciuili, uel quibus mandatum eſt, uel qui negocium aliorū gerunt,

K 2

a c. Romana. in § ſui aut. de appellat. lib. 6.
b in l. unica. C. de ijs quæ pœnæ no.
c Ioan. de Imola in c. cupiētes. de electio. lib. 6. Baldus in l. ante eā. C. ne liceat in una eadēq; cauſſa tert. prouoca.
d Innocent. ſingulariter. in c. ut debitus honor. de appellat. lib. 6.
e Abbas in c. Romana. § . ſin autem. de appellatio. lib. 6. pulchre Lanfrācus in ſua pract. tit. de interlocut. et appella. iudic.
f c. ut. debitus honor. de appel. lib. 6. & c. cordi. e. 1. gloſſa & Baldus in l. minori. ff. de ijs quib. ut indig.
g l. eos qui. §. 1. C. de appellatio. et l. per hāc diuinā. C. de tēpore appel.
h Clement. appellanti. de appellatio.
i c. ſuper eo. de appel. & c. conſtitutis. e. t.
k gloſ. in uerbo alias cauſſas. in clement. appellanti. de appel.
l in c. 1. de appellatio. lib. 6. in uerbo, uel extra.
m Iod. Andre. & additio. in d. c. 1. de appellatio. lib. 6. in uerbo, uel extra.
n in l. illud ſciendū. ff. de appellatio. & relationibus.
o in l. imperatores. ff. de appellatio. et relatio. & facit l. præcipimus. C. e. tit.
p c. anteriorū. 2. quæſt. 6. & d. l. imperatores.
q c. ad Rom. 2. quæſt. 6.

gerunt, quod mox ratum reus habeat: quando etiam mater, referente Vlpiano,[a] cum filij rem per sententiam uersam animaduertens, pietate commota prouocauerit, audiri debeat. & in caussa criminali, ut auctor est Marcellus,[b] non tantum ei qui ad supplicium ducitur, prouocare permittitur: uerùm etiam alij quoq; nomine eius: non tantum si ille mandauerit, uerũ quisquis alius prouocare uoluerit.

Tempus itaq; appellationis interponendæ à sententiæ dictione est de- 7
cem dierum, cuius decursus incipit ab ipso latæ sententiæ die, eiusq; scien-
tia: & progreditur Reipublicæ caussa de momento ad momentũ.[c] ac pro-
inde qui uiua uoce appellat, si nullam adhibeat diligentiam intra terminũ
constitutum, non admittitur postea ad prosequendam appellationem etiã
scripto interpositam, referẽte Bernhar. de Bisgneto in decisionibus, fol. 17.
Ad eundem etiam modum, si interposita appellatio ad plures iudices re-
feratur, neq; tamen certus aliquis iudex intra dies 10. declaretur, non ualet
appellatio, authore Alexandro, consilio 183. uolum. 2. Poterit autem intra
hoc decem dierum spacium appellatio interponi, eiusq; libellus quocũq;
die, non obstantibus ferijs, etiam in honorem Dei introductis, iudici offer
ri, sed non itẽ parti: ut pluribus asserit Lanfranc. allegans l. miles. §. sexagin-
ta. ff. ad l. Iulia de adulterio. in sua pract. tit. de interlocutor. & appellatio.

Alterum uerò apostolos petendi tempus est triginta dierum:[d] cuius ne
glectio efficit, ut qui prouocauit, suæ appellationi renunciasse uideatur:[e]
aut si iudex terminum iuris, intra quem dare literas dimissorias præfixerit,
appellans autem ad constitutum diem nõ comparuerit: aut si compareat,
apostolos autem aut petere aut recipere detrectet, renunciare certè factæ
suæ appellationi uidetur.[f] Sed si iudex ad diem apostolos dandi constitu-
tum eos non dederit, alium autem diem accipiendi literas dimissorias in-
dixerit, fraudi certè & præiudicio appellanti esse non debet, si ad eum diẽ
nec uenerit, nec apostolos petierit, propterea quòd eius diligentia ac pati
entia iudex abuti non debuit.[g] Hodie tamen receptum est Pontificis cle-
mentia, qui rigorem iuris & Marcelli sententiam,[h] ut literę dimissoriæ in- 8
tra tempus instanter & sæpius petantur, naturali æquitate molliuit, ut satis
sit uno contextu apostolos instanter & sæpius petere.[i]

Tertium tempus est, quod ex arbitrio iudicis propendet, qui naturali quadam æquitate, studioq; dirimendi lites cõmotus, prouocanti tempus certum constituit, intra quod suam appellationem interpositam unà cum acceptis apostolis insinuet appellationis iudici: de eaq; iudicem, à cuius sententia prouocauit, faciat certiorem.[k] Nam si hæc ipsa diligentia adhibita non fuerit, uidetur tempore, quod definitum fuerat, lapso, renunciatũ prouocationi esse.[l]

Quartum tempus prosequendæ appellationis est annus, uel ex caussa biennium:[m] quo elapso, firma manet sententia prima. Cedit autem siue labitur eiusmodi fatale tempus appellationis prosequendæ, ab ipso factæ appellationis die.[n] Sed tamen statuto, non tamen partium consensu tempus istud prorogari poterit,[o] non autem in uniuersum tolli: Instantiam autem prosequendæ appellationis litigatores sua uoluntate ac consensu cõmuni poterunt prorogare.[p]

Si tamen interim cõpromissum in caussa appellationis fiat, non labetur constitutũ tempus appellationis prosequẽdæ, nec appellans eo temporis decursu lædetur.[q] Si uerò appellationi pendenti transactio interponatur, ei autem non pareatur, renunciatum uidetur appellationi: & fit executio

sententię

a in l. 1. ff. de appellat. recipiend. uel non.
b in l. non tantum. ff. de appellatio. & relatio.
c Authent. hodie. ibi gloßa et Angelus, C. de appellatio. et cõsult. Baldus in l. si quando. C. de testib. gloß. in l. 1 §. dies. ff quãdo appellãd. sit.
d l. iudicibus. l. præsides. C. de appellationib.
e Clement. quãuis. de appel. c. ab eo. de appellat. lib. 6.
f d. Clemẽtina quamuis. de appellatio. Baldus in d. l. iudicib. C. e. tit.
g gloß. in d. Clementi. quamuis. de appellat.
h in l. unica. ff. de dimissorijs libellis.
i Clement. quãuis rigor. de appellatio.
k d. l. præses. ibi gloß. C. de appellatio.
l c. personas. de appellationib.
m Auth. ei qui appellat. C. de temporib. & reparat. appellat.
n Clemẽt. sicut. de appellatio.
o gloß. notabilis in l. præscriptionem. C. si cõtra ius uel utilit. public. ibi quoq; Baldus.
p gloß. in d. clementi. quamuis. Baldus & Angelus in d. Auth. ei qui appellat. C. de temporib. et reparat. appellatio.
q Authent. si tamen in medio caussæ. ibi Salyc. C. de temporibus & reparat. appellatio.

ſententiæ primæ, ut aſſerit Iaſon poſt Barthol. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. Suntq; alia pleraq; iuſta ac legitima impedimẽta, cùm in actoris & rei, tum quoq; iudicis perſona, quorũ exempla extant in c. biduum. 2. quæſt. 6. & c. ex ratione. de appellatio. Itẽ caſus infeſti, ueluti ſæuitia peſtis, aut quęuis alia contagio, hoſtium irruptio, agẽdi impotentia, & eiuſmodi alia, quæ ſanè commouere iudicis religionem debent, ne proſequendæ appellationis tempus iure ipſo, uel hominis lege definitum currere ac elabi uelit appellanti.[a] Sic tamen, ut quotiens iudex rectus & integer, pro ſua erga reipublicæ tranquillitatem uoluntate atq; deuotione perpetua intelligat appellantis cùm calumniam et fraudem, tum etiam iudicij fugam, totiens ſuę religionis & officij eſſe exiſtimet, obuiare hominũ malicijs,[b] & ſententiæ celeritate definire quod ius, quod æquum & bonum poſtulat.[c]

Hoc annotatione magna non eget, omnem qui uel in iudicio, uel ex-
9 tra iudicium læſus, ac ſententiæ, rerum, factiq; iniquitate oppreſſus eſt, aut etiam tertiam perſonam, qui eo in iudicio non contendit, ſi dicta ſententia ipſi præiudictum graue adferat, prouocare poſſe, ſi modò ipſius interſit. alioquin res inter alios acta, alijs præiudicium adferre regulariter non debet: aliter uerò, ſi lata ſententia ius quoddam conſtituat, alijsq;, quorum interſit, noceat.[d]

Appellationes cum ſcripto in abſentia iudicis ſunt interpoſitæ, licet recepto iure, & regulariter coram iudice interponi, & inſinuari eidem debeant: ſi tamẽ hæc inſinuatio neglecta ſit, recipienda erit nihilominus appellatio: nã hoc ipſum aſſerit Lap. in deceſsion. ſuarũ allegatione 39. & Bald. in l. prçſes. C. de appellatio. & receptum eſt in iudicio imperialis Camerç.

Diximus breuiter de formis et partibus aliquot appellationis. nunc cõmonenda iuuentus breui quodam compẽdio erit, quorũ appellationes, ſiue eæ in iudicio à ſententia definitiua, ſiue ab interlocutoria ſint interpoſitæ, recipiendæ erunt. Et uera eſt Imperatoris ſententia,[e] & in maioribus & minoribus cauſsis, quæ quidem iure expreſſo ac definito prohibitæ nõ ſunt, appellationem interponi poſſe: nec ad iniuriam offenſionemq; iudicis pertinere, ſi is qui ſententiæ iniquitate læſus eſt, ad prouocandi perfugium ſe cõferat: ac proinde uidendum, quę appellationes legibus nõ permittantur. Vlpianus[f] ſanè ſcriptũ reliquit, nec à principe appellare fas eſ-
10 ſe, propterea quòd ipſe ſit qui prouocatur: nec à ſenatu ad principem appellari poſſe: nec eum qui ante ſententiam profeſſus fuerit, ſe à iudice non prouocaturum, prouocandi auxiliũ habere: nec, ſi iudicem Imperator ita dederit, ut non liceret ab eo prouocare, appellationem recipiendam eſſe. Quæ ſententia ut in quatuor his cauſsis uera eſt, ita quoq; non ſolum Imperatoris reſcripto, ſed & priuatorum pacto conuenire poteſt, ne uel à iudicis ſententia prouocetur: ualereq; ea ſententia, ſiue iuſta, ſiue iniqua fuerit, debet, aduerſus omnem prouocationem.[g] Sextò non prouocatur à
11 præfecto prętorio:[h] ac proinde à ſententia quoq; Cardinalis, qui cum præfecto prætorio cõparatur, appellatio recipienda non erit.[i] Septimò, à ſententia Epiſcopi, in cuius iuriſdictionem facta eſt prorogatio, prouocari non poteſt.[k] Octauo, non appellatur ab arbitri compromiſſarij ſententia: cui ſtandum omnino eſt, ſiue æqua, ſiue iniqua ea ſit, adeò ut ſi arbitriũ iure ipſo, & non de facto, datum fuerit, eiuſmodi arbitri ſententia ad arbitrium boni uiri reduci quidem non poſsit.[l] Aliter, atq; ſi inter conſanguineos arbitri dirimendæ litis cauſſa, non libera uoluntate atq; animorum

K 3 conſenſione,

a clement. quã diu. iuncta gloſ. penult. et in uerbo, uel aliàs. de appellatio.

b l. in fundo alieno. ff. de rei uendic. l. ult. §. ult. ff. quæ in fraud. credit. l. 1. §. illud. ff. de aqua quotidia. & æſtiua.

c 2. quæſtio. 6. c. ei qui appellat. c. cum ſit Romana. de appel. Auth. et qui appellat. C. de temporis appel.

d c. ſuper. de re iudic. & ſcribit in hanc ſententiã pleraq; multa Lanfranc aliorum ſententias adducens, in ſua practica, tit. de interlocuto. et appellatio.

e in l. & in maioribus. C. de appellatio.

f in l. 1. ff à quibus appellare non licet.

g l. ult. §. ult. C. de temporib. appellatio. gloſ. ſingularis in l. tale pactum. §. qui prouocauit. & tam ſecutus Baldus & Angel. ff de pact.

h l. 1. C. de offic. præf. prætor. & l. à proconſulibus. C. de appellatio. & l. unica. C. de ſententia præfecti prætor.

i gloſ. ſing. in d. l. 1. C. de officio præfecti prætor.

k l ſi quis ex cõſenſu. C. de epiſcopal. audien. Lanfrancus in ſua practica de interlocut. et appellat.

l l. diẽ proferri. §. ſtare. ff. de arbitris. et in l. ſi ſocietatẽ. §. arbitratorũ. ff. pro ſocio.

tribus conformibus sententijs super uno aliquo capitulo dictis interponi non potest, nisi sapientis consilium siue iuris responsum datum fuerit, quo motus iudex sententias dixerit. Ab eiusmodi autem iuris responso siue cōsultatione, etiamsi sententia in rem iudicatam transierit, appellari potest. [a] Existimo tamen hodie à tribus conformibus seutentijs appellari posse ad imperialis Cameræ iudicium: propterea quòd unusquisque inferiorum iudicum plures instãtias in prçiudicium imperialis Cameræ iudicij instiiuere, ac per cōsequens principis, siue imperialis Cameræ iudiciū cōuellere possit, iuxta ea quę notat Bald. in l. ult. C. de sent. & interl. omnium iudic. Vicesimosecundò, non permittitur officiali, ut ratione officij malè gesti per suum syndicum siue iudicem condemnatus prouocet. [b] Vicesimotertiò, prouocare nō potest, quē cōstat debitorē publicū esse. [c] Vicesimoquartò, si res, ut ait Paulus, [d] dilationē non recipiat, non permittitur appellare, uelut ne testamentum aperiatur, ut Diuus Adrianus constituit: ne frumentum in usu militum in annonæ subsidia contrahatur: ne'ue scriptus hæres in possessionem inducatur. Itē si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, id quo minus fiat, non permittitur appellate. Item quo minus pignus uendere liceat, appellari non potest. Vicesimoquintò, prohibetur à superioris correctione appellare. [e] Vicesimosextò: Quæ à maiore & saniore capituli parte constituta sunt, nisi rationabilis quædã caussa, quamobrē illa ualere nō debeant, à cçteris, qui capituli sunt, adferatē, appellatio ab ijs interponi nō potest. [f] Sunt & alij eiusmodi casus, quos colligere possit adolescentia.

Cæterum à quacunque sententia interlocutoria iure canonico appellari potest, non solum in iudicio, uerumetiam extra iudicium, cum tamen non perinde liceat in iure ciuili, nisi eiusmodi siue grauamen siue prçiudicium inferatē, quod reparari sententia definitiua nō potest: idque tã in ciuili quàm in criminali caussa. [g] Nam ut Scæuola [h] rectè scribit, ante sententiam appellari potest, si quæstionem in ciuili negocio habendam iudex interlocutus sit: uel in criminali, si contra leges iudex hoc faciat. Cuius differentiæ rationem Baldus & Angelus adferunt, & canones comprobant, [i] quod instan-
14 tia iure ipso ciuili definiatur triennio, [k] cum interim ius canonicum nullã præscribat principalis caussæ instantiam. Veræ igitur sunt regulæ, & quædam tanquam præceptiones ab interlocutoria sententia prouocãdi, quas legum interpretes tradunt. [l] Prima uidelicet, ut ante sententiam, et ab interlocutoria iudicis sententia prouocari, ut dictum est, liceat, si ea præiudiciū & eiusmodi grauamē inferat, cuius difficultas reparari ac restitui sententia definitiua non potest. [m] ac proinde si iudex interlocutus fuerit, ut reus in carceris custodiam recipiatur, prouocari omnino ab eiusmodi reali citatione poterit: propterea quòd carceris mansio eam difficultatē adferat, quæ sententia definitiua reparari non queat. [n] Secunda regula est. Ab interlocutoria sentētia, quæ uim definitiuæ sentētiæ habet, appellari posse. [o] eoque tecepium esse, ut si iudex interloquatur, appellationem desertam esse, prouocare ab eiusmodi sententia licere, propterea quòd uim definitiuæ sententiæ complectatur. [p] Ad istum etiam modum, si iudex interloquatur libellum, qui ineptus est, admittendum fore, prouocari ab eiusmodi interlocutoria poterit: id'que ratione fructuum, qui tempore & instantia processus nullius percipiuntur, [q] habet'que ea interlocutoria uim sententiæ definitiuæ. Tertia est. Prouocari ab ea interlocutoria posse, qua dicta, sperari alia definitiua non poterit. [r] Ergo quotiens iudex in controuersia iuris dictione interlocutus fuerit, competentem se iudicem esse, aut non, præsertim si inter duos fortè iudices de iurisdictione contentio sit, nec eius cognitio

a to. l. C. ne liceat in una eadē que caussa tert. prouocare. a. quæst. 6. c. biduum. & ita tenēt Anibo. de Butr. & Lanfranc.
b l. nulli. C quorū appellat. non recipiantur.
c l. ult. C. eo. tit.
d l. ult. ff. de appellatio. recipiendi.
e c. licet. c. ad nostram. de appellatio.
f c. 2. de ijs quæ fiūt à maior. parte capituli.
g d. c. super eo. de appellat.
h in l. 2. ff. de appellationibus recipiend. gloss. ibi exempla alia adfert.
i in c. uenerabilis. de iudic.
k l. properandum. C. de iudicijs.
l Barthol in l. 2. ff. de appellatio. recipiend. Bald. in l. 2. C. de Episcopali audiēt. Lafrāc. in sua practica. tit. de interlocut. et sentent. iudic.
m d. l. 2. ff de appellatio. recipiend.
n l. 1. §. quonid. ff. de quæstionibus.
o l. intra utile. ff. de minoribus.
p d. l. intra utile. Bald. in l. 2. de episcop. audient.
q Baldus & Bartbol. in præallegatis locis.
r l. ut prætor. §. permittitur. ff. de minoribus.

gnitio ad superiorem iudicem referatur, appellari ab eiusmodi interlocutoria licebit: [a] poteritque breuis hæc annotatio iuuentutis studia ad maiorẽ obseruationem eiusmodi præceptionum excitare.

Appellationis autem interponendæ hunc ordinem seruare oportet. primùm, ut gradatim ea fiat: alioquin interposita, medio iudice præterito, regulariter non subsistit. [b] Nisi ad Pontificem prouocatũ, aut appellatio per errorem dicta sit, non cõtradicente aduersario, uel consuetudo obstet. Vel episcopus cum suo subdito litiget: quo casu eliguntur arbitri, aut prouocatur ad Pontificem, omisso medio iudice. [c] Aut Archiepiscopus agat contra alterius episcopi subditum, à quo ad ipsum Archiepiscopum debeat prouocari, ne in sua caussa sit iudex. [d] Aut iurisdictio ipsa mediata cum immediata concurrit: ueluti, si appelletur à prælato subdito Archidiacono, qui Archidiaconus subiectus sit episcopo: quo casu ad episcopum potest appellari. [e] Aut quando episcopus recusatur tanquã suspectus, & ipse caussam alteri delegat: tunc enim à sententia talis delegati non appellaĩ ad episcopum: propterea quòd inhabilis censeatur. [f] Aut si subdelegatus deferat appellationi ad superiorem, & non ad subdelegantem factæ. Eo enim facto, & se, & subdelegantem priuat iurisdictione. [g] Aut iustitia denegetur expressè uel tacitè, ueluti, si sui potestatem iudex deneget, uel probationis uiam præcludat. [h] Aut si eius iudicis, ad quem gradatim interponi appellatio debuit, impotentia quædam in administranda iustitia deprehendatur, [i] adeò ut opus sit superioris iudicis auxilio. Aut denique litigans habeat omnino durum aduersarium, & tyrannidis plenum. [k] Deinde, ut ea à minore iudice ad superiorem fiat, ut antè diximus: & ratio eius adfertur, quòd iudex in parem iudicem nullum habere possit imperium. [l] Ab officiali tamen Episcopi, non ad ipsum Episcopum, sed ad Archiepiscopum appellandum erit. [m] Item ab Archidiaconis, uel alijs inferioribus prælatis prouocari solet ad Episcopum, et non ad Archiepiscopum: [n] nisi hunc ordinem recepta consuetudo interuertat. Quotiens etiam sententia à tribus iudicibus delegatis, uel arbitris dicta est, satis est prouocationẽ à duobus, & ita à maiore iudicum siue arbitrorum parte interponere. [o] aut si maior pars haberi nequeat, satis quoque erit coram uno illorum iudice, & honestis aliquot personis prouocare: edita quoque protestatione, quod maior iudicum, siue arbitrorum pars haberi non potuerit. [p] Aut si unus is haberi nõ poterit, appellationem interponere, cum solenni quadam eius protestatione, coram honestis personis. [q] Sed si quis iusto ac legitimo metu commotus, prouocare ab eo qui sententiam dixit, nõ sit ausus, satis quoque erit, hoc ipsum protestari, appellationemque in præsentia publicarum personarum, et in loco tribunalis dicere: aut eum iudicem prouocare, ad quem appellationis caussa deuoluitur. [r] Non tamen in ijs & alijs appellationibus requirĩt aduersarij præsentia, sed satis est interpositã appellationẽ illi insinuare. [s] 16

Vera autem & recepta est regula, appellatione interposita medio tempore nihil innouari oportere. [t] Hęc autẽ non procedit in caussis forte sex, quas cum Angelus in l. per hac diuinam. C. de temporibus appellatio. recenseat, noluimus earum repetitione adolescentiæ studia onerare.

Porrò iudex, qui prouocatus est à sententia interlocutoria, non potest ei iudici à quo appellatum est, quo minus sententiam exequatur, inhibere prius,

a glossi. in Auth. hab. ia. C. ne filius pro patr. Angel. in l. 2. ff. si quis in ius uocatus non ierit. Bald. in l. 2. C. de episcop. audiẽt. quæstio. 7. Innocent. in c. 1. de noui oper. nunciat.
b l. Imperatores. ff. & l. præcipimus. C. de appellatio. c. dilecti filij. ibi gloss. & doctor. de appellatio.
c gloss. in c. ult. ab arbitr. de offic. delegat. lib. 6. Panor. in d. c. dilecti filij.
d Philip. Frãc. post. Pan. in d. c. dilecti filij.
e c. Romana. §. 1. de appellatio. lib. 6.
f gloss. in c. si is cui. ibi Philip. Franc. de offic. deleg. lib. 6.
g Geminianus post Lapũ in c. si delegatus. de offic. deleg. lib. 6. asserens iud. imputãdum delegato, quod talem, subdelegauerit.
h In auth. ut different. iudic. § si tamẽ contigerit. col. 9. c. irrefragabili. de offic. iudic. ordinar. l. 2. c. ut lite pendente non liceat
i l. 2. C. de ijs qui latron. occult. l. 3. in principio. ff. de offic. præfect. uigil.
k l. 1. C. ne liceat potentior. l l. nam magistratus. ff. de arbitr. & l. ille à quo. ff. ad senatusc. Trebellia. & c. innotuit. ex. de elect. m c. Romana. de appellatio. lib. 6. n d. c. Romana. §. ab archidiaconis. o Clement. 1. de appellat. p gloss. in d. clem. 1. q text. in c. ult. de appellat. ibi gloss. & Angel. in l. 2. C. de ijs qui per metum iudic. non appel. r d. l. 2. & ibi Bald. s d. clement. 1. de appellat. t l. unica. ff. nil nouar. appel. interpos.

re prius, quàm intelligat appellationis causam ad se deuolutam esse.[a] Et ad
eum quoque modum, si à sententia definitiua prouocatum sit: neque dubita-
tio sit ulla, quin appellatio dici non potuerit, nec inhibere debet iudex su-
perior, nec impedire executionẽ.[b] Aliter, atque si constet appellationem in-
terponi rectè potuisse. Nam eo casu, etiam si nulla sit superioris iudicis in-
hibitio, nouari tamẽ nihil debet.[c] In quam rationem Marcialis scribẽs, Sci-
endum est, inquit, cum appellatio[d] nõ recipitur, præcipi sacris constitutio-
nibus, omnia in eodem statu esse, nec quicquam nouari, etiamsi contra fi-
scum appellatũ sit: eumque qui appellationem nõ recipit, opinionem suam
confestim per relationem manifestare: & caussam pro qua non recepit ap-
pellationem, eiusque exemplum litigatori reddere debere, mãdatis cauetur.
Fructus tamen rei controuersæ, si dilapidentur per possessorem, uel ut Ar
17 chidiaconus,[e] & Angelus[f] existimant, in priuatum usum eius qui iudicio
conuenitur, conuertantur, apud sequestrum deponi, etiam interposita ap-
pellatione, poterunt.[g] Quod idem in caussa quoque principali ob conuictã
fructuum dilapidationem fieri posse, alicubi scribit Baldus.[h] Ac proinde
ne possessor rei suæ ac fructuum possessione cùm in principali, tum quoque
appellationis caussa temere turbetur, probanda ante omnem fructuum de
positionem erit obiecta illa dilapidatio:[i] & si caussa, si res, si litigatoris qua
litas ita postulet, faciẽda fructuum annotatio siue descriptio, ut saluum ius
suum petitori esse possit.[k] Aut ne fructus agri, de quo controuersia est, sem
per apud sequestrum deponantur, danda erit sufficiens cautio.[l] De reuo-
candis attentatis, quoniam præceptiones passim extant, non necesse ha-
buimus eas hic repetere.

Fit nonnunquam tamen, ut interpositæ appellationi uel tacitè, uel ex-
pressim renuncietur. Nam qui à sentẽtia interlocutoria prouocauit, si post
interpositam appellationem ad eum iudicẽ, à quo prouocauit, reuertatur,
atque actum aliquem coram eo agat, renunciare certè dictæ appellationi ui
detur:[m] sic tamẽ, si eiusmodi actus nec à iudice, nec à parte aduersaria impu
gnetur.[n] Certique iuris est, posse appellationi interpositæ renunciari, ac re-
diri ad eum iudicem qui prouocatus est.[o] Sed renuncians condemnan-
dus erit in litis sumptum, propter admissam temeritatem, quæ in pœnitẽ-
te præsumitur.[p] Quod tamen ipsum fallit, primùm, si ad eum sit appellatũ,
apud quem eiusmodi caussa ex sua natura tractari debuit.[q] Secundo, si ab
eo iudice, ad quem prouocatum est, recepta sit appellatio: uel ut quidam
existimant, illi insinuata: nam eo casu remitti appellatio non nisi utriusque
litigatorum consensu ac uoluntate potest,[r] propterea quòd referente Pa-
18 piniano,[s] nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam. Tertiò
si appellationis caussa ab eo iudice recepta sit, qui prouocatus est, isque cita-
tionem ediderit:[t] nam glossa alicubi asserit,[u] si aduersarius appellans libel-
lum appellationis dederit iudici, ad quem prouocauit, nõ posse illum po-
stea ab interposita appellatione recedere, & quasi consilium suum in læsi-
onem alterius commutare.[x] Quartò, quando iudex, à quo prouocatũ est,
assignauit certum tempus appellationis prosequendæ:[y] idque ideo, quòd
eiusmodi temporis ad prosequendam appellationem adsignatio habeat
uim citationis. Quintò, quotiens appellato adfertur præiudicium per in-

L terpositæ

a d.c. Romana. §. si uerò uocatis. de appellatio. lib. 6.
b gloss. in l. unica. nihil nocere appel. pend.
c d. l. unic. nil nouâd. ap. interposit. ibi gloss. Innocẽt. in c. pastoralis. ibi quoque glos. de offic. deleg. iudic.
d in l. sciendum. ff. de appel. recipiend.
e in 14. quæst. 2. c. quia res.
f in l. diuus. ff. de petitio. hæredit.
g l. imperatores. §. ult. ff. de appellat. gloss. in c. quotiẽs post audit. d. 2. quæst. 6. & c. ult. de sequestrat. fructuum.
h in l. si fideiussor. §. ult ff. qui satisdar. cogũt.
i d. c. ult. de sequestrat. fructuum. ibi Panor.
k Bald. in ult. C. de edicto diui Adria. tol. Innoc. in c. in præsentia. de probatio.
l l. si fideiussor. § ult. ff. quæ satisd. cogunt. l. senatusconsulto. ad finem. ff. de offic. præsid. doctor. in l. unica. C. de probib. sequestrat.
m c. gratum. de offic. iudic. delegat. c. si à nõ iudice. de appell. lib. 6.
o c. interposita. l. postquam liti. Ex parte. la. 2. in d. c. si quis libellos Præpos. in

n gloss. in c. cum uenissent. de eo qui mittitur in poss. caussa rei ser. Ludouic. Ro. in singulari. fo. 4. colum. 2. de appellat. c. si quis libellos. de appellat. p Bald. in d. c. interposita. §. penult. l. eũ qui temere. ff. de iudicijs. C. de pactis. q Præpositus in d. c. interposita. & ibi Scæuola. r Abbas in d. c. interposita. Innocẽt. in c. de rescript. s in l. nemo potest. de regul. iuris. et probat hoc Innocẽt. in d. c. ex parte. et alij. t Archidiac. bellos. 7. quæstio. 6. u in d. c. si quis libellos. x d. regul. iur. nemo potest. y Imol. & Archidiac. d. c. interposita de appellatio. allegat.

terpositæ appellationis renunciationem, totiens non ualebit ipsa renunciatio: nisi fortè is qui prouocauit, intra dies decem pœnitentia ductus, interpositæ suæ appellationi renunciauerit: quando si appellatus sine omni uel contradictione, uel appellatione interposita hoc ipsum admiserit, tacitè consentire uideatur.[a] Sextò, quando per appellationem interpositam, ipsi contra quem prouocatum est, præcluditur appellandi uia.[b] Septimò, cum appellatio sit interposita in foro ecclesiastico, cui certè, nisi utriusque consensu, renunciari non potest,[c] idque in caussis beneficialibus. Sunt & aliæ exceptiones, quas iuris studiosus passim obseruare poterit.

DE REI IVDICATAE EXECVTIONE. Cap. III.

1 *Iudicem ordinarium non tam suam, quàm iudicum à se datorum sententiam, executioni mandare posse.*
2 *Liberum esse iudici, non semper iudicati tempus obseruare, sed illud pro caussæ qualitate moderari.*
3 *Ordo executionis rei iudicatæ, ex Vlpiano.*
4 *Reipub. interesse, ne agricultura impediatur.*
5 *Quibus modis rei iudicatæ executio impediatur.*



Vando libro quinto, cap. 15. præceptiones quasdam de re iu-
dicata tradimus, uisum est hoc loco, qualis eius executio esse
debeat, simplici et breui oratione annotare. Sententia po-
steaquam dicta est, ea forma exequenda erit, quam ipsius te-
nor præscribit:[d] cum hac tamen moderatione, ut si in actio- 1
nem personalem concepta sit, eam iudex ordinarius, qui & suam & eorum
quos dedit, etiam arbitratorum sententiam exequi potest, (cum tamen i-
dem hoc non permittatur iudicibus delegatis, nisi ijs quos uel Pontifex,
uel princeps dedit[e]) exequatur post elapsos menses quatuor, à die
sententiæ latæ: uel si interposita sit appellatio, à die sententiæ confirma-
tæ.[f] Sic tamen, ut liberum sit ei qui pro tribunali cognoscit, non sem- 2
per iudicati tempus seruare:[g] sed illud nonnunquam prorogare, uel
arctare pro caussæ qualitate & quantitate, uel personarum obsequio,
uel contumacia:[h] quando etiam si uel alimenta constituenda sint, uel sub-
ueniendum minori uiginti quinque annis, iudex sententiam suam, in-
fra statutum tempus exequi:[i] uel si minor dies tempore legitimo statutus
sit, replere ex lege, quod sententiæ deest, poterit.[k] Si uerò sententia dicta
sit in actione reali, nulla prouocatione intra legitimum tempus facta, sta-
tim dabitur eius executio. Nam sicut Imperator ait,[l] si in rem actum sit co-
ram iudice, siue contra petitorē iudicauerit, absoluere debet possessorem:
siue contra possessorem, iubere eum debet, ut rem ipsam restituat cum fru-
ctibus. Sed si possessor neget, in præsenti se restituere posse, & sine frustra-
tione uidetur tempus restituendi caussa petere, indulgendum est ei, ut ta-
men de litis æstimatione caueat cum fideiussore, si intra tempus, quod ei
datum est, non restituisset. Quo autem ordine rem iudicatam exequi iudi- 3
ces debeant, in hæc uerba refert Vlpianus:[m] In uenditione itaque pignorum
captorum facienda, primò quidem res mobiles & animalia capi pignori
iubentur, mox distrahi: quarum precium si suffecerit, bene est, etiam soli pi-
gnora capi iubentur et distrahi. Quod si nulla mouentia sint, à pignoribus
soli initium faciunt. Sic denique iudices interloqui solent, si mouentia non
sint, ut soli quoque capiantur. Nam à pignoribus soli initium faciendū non
est,

a Imola in d. c. si quis libellos, et Barthol. in l. si quis libellos. ff. de appellatio.
b l. ult. C. quando prouocar. nō est necess. Pan. & alij in locis præallegat.
c Præposit. & Imola in d. c. interposita.
d l. à Diuo Pio. ibi DD. ff. de re. iudic. c. querelæ. de offic. iud. deleg.
e d. l. à D. Pio. & l. 2. & 3. C. de usu. rei iudic.
f d. l. à diuo Pio. & c. querēti. de offic. deleg. ibi gl. in uerb. quadrimestre.
g c. quod consultationem. de re. iudic. & d. l. 2. & 3. C. de usur. rei iud. c.
h l. qui pro tribunali. ff. de re iudic.
i d. l. qui pro tribunali.
k l. si se nō obtulit. §. si quis cō demnatus. ff. de re iudic.
l in §. etsi in rem actum. Instit. de offic. iud.
m in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudic. fac. l. etiā de executi. re. iud.

est. Quòd si nec ea, quæ soli nō sint, sufficiat, uel nulla sint pignora soli, tūc
4 peruenietur etiam ad iura. Et quoniam Reipublicę interest, agriculturam, uel tributorum rationem non impediri, cautum legibus, etiam pœna quadrupli prohibitum est, ne iudices in seruos aut boues aratorios, & quęcunque alia colendis agris destinata sunt, res iudicatas temerè exequant.[a] Callistratus quoq; scribit,[b] debitoribus nō tantum petentibus dies ad soluendum dandos esse, sed & prorogandos, si res exigat: sed tamen eos qui per contumaciam magis, quàm quia non possunt explicare pecuniam, solutionem differunt, pignoribus captis compellendos esse ad satisfaciendum ex forma, quā Calsio proconsuli Diuus Pius rescripsit.[c] Eundem ferè ad modum Vlpianus asserit, præfractam contumaciam eius qui iudicato parēre detrectat, puniendam esse, in hæc uerba:[d] Qui restituere, inquit, iussus, iudici non paret, contendens non posse restituere, si quidem habeat rem, manu militari officio iudicis, ab eo possessio transferatur, & fructuū dūtaxat omnisq; caussæ nomine condemnatio fiat. Si uerò non potest restituere, si quidem dolo fecit, quo minus possit, is quantum aduersarius in litem sine ulla taxatione in infinitum iurauerit, damnandus est. Si uerò nō potest restituere, nec dolo fecerit quo minus possit, non pluris, quàm quāti res est, id est, quanti aduersarij interfuit, condemnandus est. Hæc sententia generalis est, & ad omnia siue interdicta, siue actiones in rem, siue in personam sunt: ex quibus arbitratu iudicis, quod restituitur, locū habet. Qui[e] tamen iudicati bona autoritate sua distraxit, & furti & ui bonorum raptorum actione tenetur: estq; iudicati actio perpetua, rei persecutionem continēs, competitq; hęredi & in hæredem.[f] Quod paulo antè diximus rei iudicatę executionem pertinere ad iudicem ordinarium, id hāc quoq; significationem habet, ut si is in caussa appellationis sententiam prioris iudicis expresse confirmauerit, eam quoque exequatur:[f] aut si tacitè eam cōfirmauerit, quod uel deserta sit interposita appellatio, uel iuris ordo nō seruatus, ut eo casu sententiæ dictæ executionem referat ad iudicem priorem.[g]

5 Impeditur autem rei iudicatæ executio nullitatis exceptione, quæ quidem probari statim possit; neq; requirat altiorem indaginem: alioquin si maior quædam adhibenda sit nullitatis cognitio, exequetur iudex prius res iudicatas: postea uerò de nullitatis exceptione cognoscet.[h] Sed & falsitatis commissæ exceptione[i], & item supplicatione, & in integrū restitutione, ut pòst paulo dicetur, iudicati executio remouebit̄. Quatenus autem rerum iudicatarum executio peti, quæ etiam haberi eius ratio debeat, quoniam in ea re plurimus est præter Speculator. Lanfrancum, & alios, Practicus Papiens. non malè operam suam impendet, qui illum diligentius in hanc rationem perlegerit.

DE EXPENSIS LITIVM CAVSSA factis. Cap. IIII.

1 *Heredes eandem personam cum defuncto censeri.*
2 *Iuramentum calumniæ plerunq; adimere temerariæ actionis suspicionem.*



Lpianus scribit, eum quem temerè aduersarium suum in iudicium uocasse constiterit,[k] aut ut Baldus alicubi addit, qui inchoatæ liti renunciauerit,[l] uiatica litisq; sumptus aduersario suo reddere oportere: siue iudicium acceptum sit coram arbitro, ut pleriq; magni legum interpretes asserūt,[m] siue mortuus is sit, qui nullam iustā litigandi caussam habebat, quoniā pœna eiusmodi in

a l. executores. C. quæ res pignor. oblig. poss. & Auth. Agricultores. eod. tit.
b in l. debitor. ff. de re iudic.
c in d. l. debitorib. ff. de re iud.
d in l. qui restituere iussus. ff. de rei uēdicatio.
e l. miles. §. ult. ff. de re iudicat.
f l. præcipimus. §. in his. C. de appellation.
g Auth. ei qui. C. de temper. appellat. Cyn. in Authent. si quis litigant. C. de episcop. audiēt.
h Barthol. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & DD. l. à diuo Pio. §. 1. e. tit. & l. 1. ff. nil nouare, appellat. pendente. Bald. in Authēt. quæ supplicatio. C. de precibus Imperat. offerend. & l. unic. C. ne liceat uni. ius sibi dic.
i Angel. in l. falsam. C. si ex fals. instrument.
k l. eum. quomodo. ff. de iudicijs. l. properandū. § sin autem. C. e. tit. c. finem litibus. de dol. et contumac. c. calūnia. de pœnis.
l in l postquam liti. C. de pact. et in Authent. contrà qui propriam. C. de nō numerat. pecun.
m Speculat. in tit. de arbitr. §. ult. Innocenti. in c. ex parte. de arbitr. Hosti. in sum. de arb. §. qualiter ad effectū. uersic. sed nunquid potest. Angel, in repetitio. l. si uacantia. C. de bonis uacantib. lib. 10. Frācisc. de Oriano. Brixianus in tractatu de arbitr. 7. parte, quæstio 26. l. 1. ff. de arbitr.

in hæredes eius qui eadem persona, cum defuncto censentur,[a] transferri solet,[b] siue etiam iustam litigandi caussam habuerit, per contumaciam tamen, quæ culpæ loco habetur, abfuerit,[c] siue denique calumniæ iuramentum, quod plerunque semper suspicionem temerariæ actionis adimere 2
solet,[d] sit præstitum:[e] cum hac tamē exceptione perpetua, nisi litigandi caussam iustam habuerit. quod fit, primùm si eius caussa legum professoribus & eorum sententia aliqua, qui ius populo dicunt, probari posse uideatur.[f] Secundò, si nō una & certa quædam, sed uaria iurisperitorum opinio sit, in explicatione eius rei, quæ iudicis sententia definita est.[g] Tertiò si litigās se miplenam probationem habuerit.[h] Quartò, qui aliquatenus suam intentionem professione testium probasse uidetur, quorum tamen uel persona, uel professio pòst fuerit confutata.[i] Quintò si constet actorem magna spe actionis iustæ, non solum à testibus, qui sententiam suam extra iudicium dixerunt, sed etiam optimorum hominum comprobatione allata, ut in iure actionem ederet, confirmatum esse.[k] Sextò si actor retinendi ac conseruandi honoris sui, qui temerè læsus uidetur, studio iudicium cum aduersario acceperit.[l] Postremò si ratione præsertim partis plus quàm debebatur, petitum sit.[m] Referri autem in hanc expensarū rationem eos qui defendendæ caussæ aduocationisque suscepte nomine factæ,[n] ac eas quoque quæ in uictum & uiatica collatæ sunt, modò eæ, quas litigator alioquin domi suæ fecisset, deducantur:[o] dubitationem nullam habet.

Porrò, quod attinet ad rationem sumptus, facti ratione processus retardari, aut contumaciæ admissę, quoniam in eam sententiam ualde pulchras preceptiones tradit Panormitanus,[p] dabir operam legum studiosus, ut eas animo atque scientia complectatur: teneatque hanc moderationem in omni caussa, ut quantum cæteris in rebus, quarum actio omnis ad iuris ęqualitatem refertur, seruari debeat modus honestus.[q]

QVOMODO IIS SVBVENIATVR, QVI VEL nullitate, aut iniquitate sententiæ, aut alio modo læsi sunt. Cap. V.

1 *Id quod in grauem alterius læsionem committatur, per magistratum rescindendum esse.*



ADmirabiles ac propè diuinæ prætoris partes sunt, cùm in cōseruanda iudiciorum æqualitate, tum uerò in suscipienda & retinenda eorum omnium, qui uel dolo malo, uel ui, uel captione, uel sententiæ iniquitate enormiter læsi sunt, alleuatione atque propugnatione. Nam cum ad cōseruandam Reipublicæ tranquillitatem, & ut ius suum cuique, cōseruata iuris ęqualitate, tribueretur, nihil à Deo ipso immortali datum sit hominibus, aut maius, aut excellentius, ipsis legibus bonis, noluit prætor, & quicunque is sit qui ad Reipublicæ gubernacula, imperijque clauum tenendum adsciscitur, ullam curam deponere, quo minus in omnes rationes prospiceret, ac definiret: 1
ne quid in grauem alterius læsionem contra leges ac mores bonos committeretur, rescindereturque quod contrà factum foret. Itaque passim proposita

a in Authent. de iureiurand. à moriēte præst.
b Bald. in l. si pater. C. si pēd. app. mors inter.
c l. properandum. §. & siquidem, uersic. sin autem ex gestis. C. de iudicijs. c. ult. de maioritat. et obediēt. ad finē. ubi pulch. in primis in hāc rem gl. extat.
d 4. quæstio. 7. c. sancimus. argumēt. c. sacro. & ibi gloss. in uer. probabilis. de sentent. excommunicat.
e Ioann. And. Hostiens. et Panormit. in d. c. finem litib. uers. gl. noluit in hac particula. de dol. & contumac. Barth. in l. properādum. §. si aūt alterutra. ibi quoque Iason. C. de iudic. Salicet in l. qui crimen. C. qui accusar. nō possunt. ubi dicit uniuersi mundi hāc opinionem esse.
f c. 1. de postulat. prælator. gl. in l. 1. C. de legib. & l. 1. C. de professorib. qui in uerb. constitunt. lib. 12. Barth. in l. in bonorū ff. de bo. possid. Bald. & Salicet in l. iuris ignorātia. C. qui admitti.
g Io. Andr. in c. ut debitus. per gloss. in uerbo rationabili. de appellatio. & c. 1. de postulatio. prælator. Speculat. in tit. de expens. §. nunc uidendum.
b DD. in c. finem litibus. Bald. in l. qui nō probasse. C. de calumniator. & in l. admonendi. ff. de iureiur.
i Bald. in l. generaliter. C. de reb. creditor. Angel. in l. properādum. §. siue aūt alterutra. ibi quoque Iason. C. de iudicijs.
k Ioan. Andr. in c. 1. de electio. lib. 6. 6. Bald. in l. non ignorauit. C. de fructib. & litib. expens. Barth in l. 1. ff. ad senatuscons. Turpilia. gloss. notabilis in l. Titio. fundus. ff. de conditio. & demonstr. quomodo Bald. singularē repetit. in l. iudicia. C. de rei uendicat.
l Barthol. in l. quæ omnia. ff. de procuratorib.
m Barth. in l. qui solidū. in princ. ff. de legat. 2. & l. quidam destinauerūt. ff. si cer. petatur.
n l. sancimus. C. de iudicijs.
o Ang. in l. sed et si lc. § quod aūt quis ex hæreditat. ff. de petitio. hæredit. & in l. si res mobilis. ff. de rei uendicat.
p in d. c. finem litibus. uersic. sed ego Deo authore.
q c. cū dilecti. de dol. & contumacis. l. inter quos. §. ult. & sequent ff. de damno infecto.

posita sunt prætorum edicta de ijs, quæ ui metus'ue caussa gesta sunt,[a] de dolo item malo puniendo,[b] & ne quis minorem uiginti quinque annis quo cunque modo circumueniat,[c] item de ijs quæ per minorem uiginti quinque annis, interposita tutoris uel curatoris auctoritate, malo ipsius, quæ iudicio gesta sunt, uel in iudicio, uel extra iudiciũ,[d] aut si is indefensus sententiæ ac iudicati iniquitate, læsus sit:[e] aut si in uenditione aut pignoris datione dolus malus & circumuentio sit adhibita,[f] aut minor ipse uiginti quinque annis immoderatis donationibus, & quæ nec in parentum & cognatorum, etiam præceptorum pietatem ac reuerentiam conuersa nō sint, exhaustus, aut quouis alio modo enormiter læsus sit:[g] quorum omnium ratio, cum scriptis legibus explicata sit, uoluimus communes tantum locos in hanc rationem annotare.

a C. eod. hoc li. b ff. & C. de dol. mal. c ff. de minoribus 25. ann. item de in integ. restitut. et C. eod. tit. d tot. tit. C. si tutor uel curat. inter. e tot. tit. C. si aduers. rē indic. f tot. tit. C. si aduers. uenditio. et tit. si aduers. uendit. pig. g C. tot. tit. si aduers. donatio. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administr. tutor.

DE IN INTEGRVM RESTITUTIONE. Cap. VI.

1 *Naturalis æquitatis esse, ut opitulemur ijs qui nulla sua culpa interueniente, circumuenti sint.*
2 *Communi & ordinario iure munito, extraordinarium auxilium non suppeditari.*
3 *Naturaliter, hoc est, ut gloss. ait, iure gentium licere contrahentibus sese mutuò circumuenire, sec. Pompon. secus de iure Canon.*
4 *Dolum tertij alteri non debere nocere, nisi ex iusta causa is tertius reputetur idem cum contrahentibus.*
5 *In eum qui alterum non dolo malo, sed pia aliqua animi affectione læserit, actionem in factum dari.*
6 *Actionem de dolo personalem esse, & arbitrariam. Et quia etiam famosa sit, non passim indulgendam illam, nec omnibus esse.*
7 *Ex edicto, Quod metus causa, tria auxilia prodita esse.*
8 *Omnem metum aliquam ignorantiam in se continere, quare metum passo non incumbere, ut metum inferentem designet.*
9 *Non uideri possessionem adeptum esse eum qui illam retinere nequeat*
10 *Actionem, Quod met. causa, non statim in quadruplum, sed ab initio in simplum tantum dari: in quadruplum, si restitutio rei detrectetur.*
11 *Non passim minoribus uiginti quinque annis, sed causa demum cognita in integrum restitutione subueniri.*
12 *Multis autem modis minoribus subueniri.*
13 *Sententiam dictam contra minorem indefensum nullam esse: quòd si pro eo etiam indefenso dicta sit, ualere.*
14 *Non uideri fraudationis causa latitare eum qui sui defensor idoneus non est.*
15 *Aequitatem Prætoris, de minoribus læsis in integrum restituendis, aliquo modo constitutione Friderici Imper. conuulsam esse.*
16 *Contractum simulatum nullo iuramento firmari posse.*
17 *Quibus de causis Prætor restitutionem in integrum deneget.*
18 *Qui restitutionem in integrum dare possint.*
19 *Forma iudicij in integrum restitutionis quæ esse debeat.*



Vm Reipublicæ interfit, eos legum benignitate ac iuris opitulatione defendi, qui quocunque modo læsi sunt,[h] rectè Prætor, & summa quidem pietate commotus, plurifariam subuenit hominibus uel lapsis facilitate quadam sui:[i] uel circumscriptis malo uidelicet dolo atque calliditate aduersarij,[k] uel qui metu,[l] siue quodam ætatis lubrico & infirmo consilio,[m] siue dum Reipublicæ caussa abfuerunt, aut casu aduerso laborauerũt, aut iusto quodam

h l. 1. et ibi Bartol. & Doctores. ff. de in integrũ restitution. i d. l. 1. et ibi Accursius in uerbo lapsis. k d. l. 1. ibi quoque Accursius et l. 1. ff. de dolo malo. l l. 1. & l. 1. ff. quod met. causs. m d. l. 1. et l. 1. ff. de minor. 25. an.

errore in captionem inciderũt.[a] Nam & iusta est opitulatio omnis aduer- 1
sus captiones malas: nec aliud uirtutis officium perinde cum naturali æ-
quitate coniunctum est, quàm eorum tutelam suscipere, qui nulla sua cul
pa in captionem circumuentionemq; sunt adducti.[b] Et quãdo omnes in
integrum restitutiones, caussa cognita, & præsentibus aduersarijs, uel ut
per contumaciam desint, uel si aliqua de causa, non tamen per contuma-
ciam absint, ut mensibus tribus expectentur,[c] à prętore siue iudice ordi-
nario, etiam delegato,[d] permittitur, scilicet ut iusticiam earum causarum
examinet, an ueræ sint, quarũ nomine singulis subuenit: propterea quòd
Bartholus scribat,[e] in restitutione danda præcipuè spectari oportere iusti
ciam causæ & ueritatem: neq; committendum iudici esse, ut propositas
exceptiones ac defensiones temerè uel admittat, uel rejciat: subijciemus
horum omnium capita quædam tanquam exempla, quæ intueri, & ad stu
diorum imitationem referre poterit iuuentus.

Aduersus dolum malum, hoc est, definitore Labone,[f] calliditatem om
nem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipi-
endum alterum adhibitam, prætor hoc edictum proposuit, ut si nulla alia
extaret actio, puta furti, uel iniuriarum, uel ui bonorum raptorum, aut illi
usmodi,[g] ipse ijs subueniat, quibus alij obfuerunt calliditate quadam, ne
uel dolosis malicia sua sit lucrosa,[h] uel qui dolo circumuenti sunt, simplici
tis suæ damnum sentiant.[i] Non enim extraordinarium hoc auxilium re-
stitutionis ei tribuitur, qui ordinario, siue communi auxilio, & mero iure
munitus est: ueluti si cum pupillo contractum sit sine tutoris autoritate, 2
nec locupletior sit factus.[k] Nam si ciuilis uel honoraria actio sit, qua quis
experiri posit, nullæ hic erunt prætoris partes,[l] usqueadeò ut si interdi-
ctum sit, aut exceptio, qua quis se tueri posit, aut stipulatione quis tutus
sit, utputa si de dolo non committendo stipulatus sit:[m] aut si ex turpi ali-
qua stipulatione agatur, ex qua nemo daturus sit actionem, ueluti si quis
homicidium uel sacrilegium promittat se facturũ:[n] aut si quis in integrum
restitui posit.[o] aut si, cum actionem ciuilem haberet, uel honorariã in sti-
pulatam deductam acceptilatione, uel alio modo sustulerit, de dolo certè
experiri non poterit,[p] nisi fortè in amittenda actione dolum passus sit. Ac
proinde rectè ab Vlpiano dictum est,[q] si quis pupillus à Titio, tutore au-
ctore colludente, circumscriptus sit, non debere eum de dolo actionẽ ad-
uersus Titium habere, cum habeat tutelæ actionem, per quam consequa-
tur, quod sua intersit. Et quãdo Pomponius alicubi ait,[r] in precio emptio 3
nis & uenditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire, ob-
seruabit iuris studiosus, quatenus dolus malus exceptione submoueatur.
Siquidem dolus malus adhibetur contractui, qui uel bonę fidei, uel stricti
iuris est, uel reipsa contractui inest, uel extra contractum adhibetur.

Dolus contractui bonæ fidei adhibitus, si caussam contractui dedit, ue-
luti si uenditor in hoc ipso, ut uenderet, circumscriptus sit,[s] aut si quis sua-
sor & affirmator fuerit, ut cum minore contraheretur:[t] aut mulier à marito
circumuenta, minoris rem æstimauerit,[u] planè reddit contractum eiusmo
di iure ipso nullum,[a] liberumq; erit ei qui dolo inductus est agere, ut uel
contractui stetur, aut discedatur.[b] Nam si contractus initus, aut uenditio
facta sit, re ipsa tradita, poterit is qui dolo inductus est, actione de dolo a-
gere, ut traditio reuocetur: aut si res perempta sit, condemnationem con-
sequatur, quanti ea res est.[c] Nec refert unus uel plures, ad quos quidem ne
gocium

a d.l.1 et ibi gl. et Barthol. ff. in integrũ. & l.1. ff. ex quib. causis maiores in integrum resti.
b l.1. ff. de minorib. 25. annis.
c l. omnes. ff. de in integr. resti. l. in causs. cognitio. l.1. §. caussa. ff. de minor. & ibi glos. in uerb. per cõtumaciã.
d gloss. et Barthol. in d.l. omnes. l. ult. C. ubi & apud quem.
e in d.l. omnes.
f l.1. §.1. ff. de dolo malo.
g d.l.1. ibi gl. quoq. in uerbo, alia actio. ff. de dolo malo.
h de reg. iuris nõ fraudantur.
i d.l.1. ff. de dolo malo.
k in l. caussæ cognitione. la.2. ff. de minorib. 25. an. l. cum sit. ff. de Carbo. edict. l. ad finem. ff. ad municip. l. quædam. ff. de edẽ.
l d.l.1. §. non fuit. uersic. ait prætor. ibi quoque gl. in uerb. uel honoraria. ff de dolo malo.
m d. §. nõ fuit. ibi & gl.
n d. §. nõ fuit. ad finem. et probatur per l. generaliter. l. [illegible]. ff. de uerbor. oblig.
o d.l.1. §. idem Pomponius.
p d.l.1. §. si quis cum actionem. ff. de dolo malo.
q in l. ideoq. ff. de dolo malo.
r in l. in caussæ cognitibe. la.2. §. Idem Pomponius. ff. de minoribus hoc. l. itẽ. §. quẽadmodũ. ff. locati.
s l. & eleganter. ibi quoq; gl. in uerbo. ipso. ff. de dolo malo.
t l. in caussæ cognitibe. la.1. §.1. ff. de minoribus.
u l. si res æstimata. §. si mulier. ff. de iur. dotium.
a d.l. & eleganter. ibi glossa. Barth. & DD. ff. de dolo malo.
b d.l. & eleganter. ibi quoq; Bart. qui exemplum addunt ex l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de actio. emptio.
c l. arbitr. ff. de dolo malo. l. quod uẽditur. eod. tit.

gocium ipsum principale pertineat, dolū adhibuerint: quoniā quilibet eorum actione de dolo tenetur, licet omnes liberentur, si unus, quā ei ea res sit, præstiterit.[a] Aut si duo sint, eum tamē negocium ad alterū tantū pertineat, quorum hic dolum, ille culpam commisit, primò conuenitur is, qui culpam commisit.[b] Itaq; si uestimenta mea fullo perdidit, habeamq; possessorem, unde petam: neq; tamen repetere uelim, agam nihilominus ex locato cum fullone: pertinebitq; ad iudicis æstimationem, an possim aduersus furem magis agere, & ab eo res meas consequi, fullonis uidelicet sumptibus: aut si id fieri nequeat, ut fullo mihi condemnetur.[c] Quòd si duo simul dolū induxerunt, prius actio de dolo in eum, ad quem res principaliter pertinet, dabitur:[d] pòst uerò in subsidium deuenitur ad eum, cuius incidenter res ea
4 est.[e] Alioquin receptum est, dolum tertij planè extranei alteri nocere non debere.[f] nisi ex aliqua caussa tertius ille reputetur idem, quod contrahentes, ut in tutore & curatore, & negociorum gestore, cuius factum ratum habemus, & in eo cui hæredes sumus:[g] cum alioquin adhibitus unius dolus, omnibus, ad quos commodum peruenit, non perinde nocet, atque metus illatus, propterea quòd actio de dolo personalis sit, neque egrediatur personam dolum committentem.[h] Concurrunt autem cum hac de dolo malo actione, condictio indebiti, quæ ferè generalior est ad repetendum, quod indebitè datum, uel solutum est, & cōdictio certi.[i] Si autem dolus malus inducatur uel inferatur, siue incidat ad constituendum stricti iuris contractum, firmus quidem manet contractus: hoc est, referente Imperatore,[k] actio quidem nascitur, si subdita stipulatio sit, petitio tamen per doli mali uel metus exceptionem submoueri debet. Aut si ei qui circumuentus est, doli mali exceptione, aut alio modo subueniri nō potest, datur ei actio de dolo malo, ut damno se eximat. Cuius rei speciem talem refert Paulus:[l] Seruus tuus, inquit, cum tibi decē deberet, nec soluēdo esset, hortatu tuo pecuniam mutuam à me accepit, & tibi soluit. Labeo ait, de dolo malo actionem in te dandam: quia nec de peculio utilis sit, cum in peculio nihil sit: nec in rem domini uersum uideatur, cum ob debitum dominus acceperit. Porrò ubi quis re ipsa circumuentus est, in bonæ fidei contractu, ueluti uenditione & emptione, nulla alterius machinatione mala adhibita, is eiusq; hæres, si nec dimidiatam ueri precij partem consecutus sit, non tam ipso iuris rigore, quo contrahentibus permittitur, ut se circumueniant,[m] quàm humanitate & legum clementia iuuatur, ut precio empto ri restituto, fundum, qui uenditus est, recipiat auctoritate iudicis: uel ut de arbitrio emptoris recipiat, quod iusto precio deest:[n] cum tamen dolus in stricti iuris contractu re ipsa commissus, exceptione doli mali submouebitur.[o] Denique si dolus extra cōtractum adhibeatur, is si certo nomine puta iniuriarū, furti, ui bonorum raptorum, &c. definiatur, non ex dolo malo, sed proprio maleficio actio proponetur: propterea quòd iam antè diximus, hanc demum subsidiariam actionem dari, si nulla alia uel ciuilis uel prætoria extet:[p] aut si nullum maleficij nomen detur, agetur actione de dolo malo. Nam ad hunc modum Vlpianus[q] actionem de dolo in eum dat, qui callidè mihi persuasit, ut repudiem hæreditatem, quasi minus soluendo sit: uel ut optem seruum, quasi melior eo in familia non sit, &c.
5 In factum autem actio in eum datur, qui non malo dolo, sed affectione animi pia commotus effecit, ut quos rei suæ læsionem amissionem'que sentiat: ueluti si quis misericordia ductus compeditum seruum meum, ut fugeret, soluerit: non enim furti, sed in factum actio in illum mihi dabi
6 tur.[r] Sicut igitur actio hæc de dolo malo personalis & arbitraria est, etiam famosa,[s] ita non passim indulgenda erit. Nam & modica summa, duorum

a l. si plures. ff. de dolo mal. l. penult. §. quæ in dicis. ff. ne quis eū qui in ius uocat. Barth. in d. l. & eleganter.
b Barth. l. pulchrè in d. l. et eleganter.
c l. cum in plures. § uestimēta sua ff. locati.
d d. l. et elegan.
e Bart in l. & elegan. § si quadrupes. & § si dolo malo ibi.
f l. procurat. ff. de doli exceptione. l. iniquissimum. ff de iuris & facti ignorantia. l. summā. §. emptor. ff. de pecul.
g gl. et Barth. in d. l. et elegan.
h Bart. in d. l. & eleganter.
i gloss. et Bart. in d. l. et eleganter. Azo in summa. de d. malo.
k in l. dol. uel metu. C. de inutilibus stipulat.
l in l. seruus tuus. ff de dolo malo.
m in l. in causæ cognitione. la 2 §. idē Pomponius. ff. de minoribus. 25. an.
n l. rē maioris precij. ibi DD. C. de rescindēda uenditio.
o l. si quis cum aliter. ff. de uerbor. obligation.
p gl magna in d. l. & eleg dicta. ff. de dolo malo. Azo in summa. eod. tit.
q in l. si quis affirmauerit. ff. de dolo malo. facit l. cū quis ff. e. te
r d. l. et eleganter. §. idem Labeo quærit. ff. de dolo malo.
s l. arbitrio. l. nō debet. ff. de dolo malo. & institution. de actionibus. §. præterea.

duorum scilicet aureorum,[a] & personarum reuerentia eam excludit, quoniam nec liberis uel libertis aduersus parentes, patronos'ue, nec humili aduersus eum qui dignitate excellit, debet dari, utputa plebeio aduersus consularem præceptæ auctoritatis: uel luxurioso atque prodigo, aut ut Vlpianus ait,[b] aliàs uili aduersus hominem uitæ emendatioris, quando in has personas actio temperanda, & in factum danda est, ut bonæ fidei mentio fiat. Finitur autem hæc actio anno uno contra dolosum: in hæredem postea in factum datur perpetuò, quatenus hæreditas ad eum peruenerit, & ex ea re factus sit locupletior.[c]

Quod metus caussa gestum erit, prætor ratum non habebit, sed aduersus illum qui quidem maioris cuiusdam mali sit, & in hominem constantissimum cadat, neq; à magistratu rectè, & iure licito, etiam honoris iure il-
latus sit,[e] restitutionem pollicetur. Ex hoc edicto tria prodita sunt auxilia: 7
Actio ueluti personalis,[f] sed tamen in rem scripta, propterea quòd nō solum personæ uim facietis coerceat, sed aduersus omnes restitui uelit, quod metus caussa factum est:[g] eoq; interdicto, quod ui aut clàm cognata, aut restitutoria est:[h] utilis item rei uēdicatio, &, exceptio quod metus caussa. Actio autem hæc personalis, etiam exceptio daẽ, siue perfecta siue imperfecta res sit, id est, si metu stipulationem factam numeratio sit secuta, quia res perfecta est, utar hac actione. Si uerò stipulationem eiusmodi numeratio secuta non est, quia res adhuc imperfecta manet, utar exceptione,[i] habetq; hanc significationem sententia Pomponij, quam Vlpianus refert,[k] cum ait, in negocijs quidem perfectis & exceptionem interdum, & actionem competere: in imperfectis autem, exceptionem solam: ubi tamen dictio Interdum, non ad iuris, sed facti ueritatem, perpetuoq; ad exceptionem tantum referatur.[l] Itaq; si per uim res tradita est, hoc edicto res restituitur. Et si acceptilatione liberatio interuenerit, restituenda in pristinum statum erit obligatio.[m] & Gaius scriptum reliquit, si ex facto debitoris metum adhibentis, fideiussores acceptilatione liberati sunt, etiam aduersus fideiussores agi posse, ut se reponant in obligationem: idq; maximè, si debitum sit in diem, uel conditionale.[n] Eadem actio datur, quotiens metu coactus quis, à uenditione, locatione, & illiusmodi contractibus decessit, à quibus solo consensu contrario discedere potuit,[o] aut hereditatem uel adijt, uel eam repudiauit, aut in iudicem non suum consensit.[p] Exempla alia non sunt obscura. Vt autem hæc actio detur, probandus erit metus instantis periculi: quando si fundum meum, referente Vlpiano,[q] derelíquero, audito quod quis cum armis ueniret, locus huic edicto non est, cessatq; interdictum Vnde ui: quoniam non uideor ui deiectus, qui deijci nō expectaui, sed profugi. Aliter atq; si postea quàm armati ingressi sunt, discessi. In hac itaq; actione, ut idem ait,[r] non quæritur, utrum is qui conuenitur, an alius metum fecerit. Sufficit enim hoc docere, metum sibi esse illatum, uel uim: & ex hac re, eum qui conuenitur, etsi crimine caret, lucrum tamen sensisse. Nam cum metus habeat in se ignorantiam, non adstringi-
tur actor, ut designet, quis ei metum uel uim adhibuerit: cum tamen in do- 8
lo hoc,[s] & eius exceptione, nō etiam metus, faciendum sit,[t] sed satis sit docere, metum in caussa fuisse, ut alicui acceptam pecuniam faceret, uel traderet rem.

Vtilis rei uendicatio etiam ei qui metum uel uim passus, res corporales tradidit, proponitur.[u] Nam etsi traditiōe rei facta desierim dominus esse, et tanquam rei uendicationem nō habeam, propterea quod nihil tam con-
ueniens

a l. si olearn. §. uls l id est usq. ff. de dolo malo. l. non debet. ff. eo tit.
b in d. l. non debet.
c In l. in hæredem. l. itaq. §. 1. ff de dolo malo.
d l. metū. ff. de eo quod metus caussa.
e l. continet. §. sed uim. ff. quod metus caussa.
f Institutio. de actio. §. præterea.
g l. metum. §. cum autem hæc actio. ff. quod metus caus.
h gloss. in d. §. cum autē hæc actio. in uerbo, In rem scripta. text. in l. si cum exceptione. §. in hac actione. & in l. metum. §. 1. idem ait. ff. e. t.
i d. l. metum. §. sed quod prætor ait. & l. cum te. C. eod. tit.
k in iam d. l. metum. §. sed quod prætor.
l gloß. et Azo. in d. §. sed quod prætor ait. in uerbo scribit.
m d. l. metum. § ex hoc edicto. ff. de eo quod metus caussa. in l. illud uerum est. ff. eod. t.
n gloss. in d. l. illud uerum est. in uerbo, in obligationem.
o Azo in summa. eod. tit. et l. si mulier. §. si metu. ff. eod. tit.
p l. 2. ff. de iud.
q in l. metum. ff. de eo quod metus caussa.
r in l. si cum exceptione. §. in hac actione. ff. quod metus caussa.
s l. sed ex dolo. §. ult. ff. de dolo.
t l. apud. §. penult. ff. de doli excep. gl. in d. l. sū exceptiōe. § in hac actione. in uerbo, designet. ff. quod met. causs.
u Azo. in summa. eod. tit

uenlens est naturali æquitati, quàm uoluntatem Domini uolentis rem su-
am in alium trāsferre, ratā haberi:[a] cum tamē metus uis, siue necessitas im-
posita sit contrariæ uoluntati,[b] & iure ipso prætorio, res quæ tradita est,
quantum ad eius commodum attinet, in bonis meis permansisse presuma
tur,[c] datur mihi utilis rei uendicatio, non aliter atq; si dominus essem.[d] Cu
ius sententiæ rationem hanc adfert Azo,[e] quòd nemo uideatur re, siue a-
ctione exclusus, quem prætor pollicetur se in integrum restituturum.[f] nec
9 uideri possessionem adeptus is potest, qui eam retinere nequit.[g] Nam ut
demus, directam rei uendicationem, ipsa illa rei traditione per metum fa-
cta, extinctā esse, tamen utilis manet, propterea quòd & personales actio-
nes aliàs extinctæ, ipso plerunq; iure restituantur.[h] Restitutio autem siue
actio quod metus caussa, siue utilis rei uendicatio proponatur, fieri debet
in pristinam caussam, ac perceptionem omnium fructuum, qui uel perce-
pti sunt, uel percipiendi erunt, uel percipi ab eo potuerāt, qui per metum
impeditus est:[i] quoniam occupationis huius titulus tam turpis ac illibera-
10 lis, nulla ratione excusari potest.[k] Qua in re & illud obseruare conuenit,
quod rei uendicatio utilis solum in simplum: actio uerò quod metus caus
sa, siue ea pro rebus corporalibus, siue incorporalibus proponatur, initiò
in simplum, id est in rem ipsam datur. Nam actio quadrupli nō statim est,
sed ita demum, si res non restituatur, lata uidelicet sententia.[l] Nam prætor
in eum qui rem restituere detrectat, iudiciū pollicetur in quadruplū. Qua-
druplabitur autem omne, quodcunq; restitui oportuit, & quanti ea res e-
rit, id est cum fructib. & omni caussa.[m] Sed caussa cognita, quoniā in caus-
sæ cognitione uersatur, ut si alia actio non sit, tunc hæc detur:[n] ac proin-
de si alia competat actio, ut hæreditatis petitio, quæ datur hæredi metum
passo, cessat hæc actio.[o] Suntq; nō parum multi alij casus, quos Azo recen
set,[p] in quibus hæ actiones locum non habent. Exceptio sanè quòd me-
tus caussa in rem scripta est,[q] daturq; ijs, & in eos, quibus & in quos actio
quod metus caussa competit: ea maximè ratione, quod cuicunq; actio da-
tur, multo magis illi & exceptio permittitur.[r]

Quod cum minore uiginti quinq; annis natu gestum esse dicetur, præ-
tor naturalem æquitatem secutus, etiam uoluntate perpetua erga eos quo
rum fragile & infirmum in ætatis primæ lubtico consilium esse solet, com
motus, quæcunq; ea res sit, animaduertendum esse existimauit: ut in susci-
pienda tutela eius ætatis, quæ multis insidijs & captionibus foret exposi-
ta, auxilium atq; opitulationem ferret aduersus omnes captiones.[s] Nam
cum iustissimæ æquissimæq; prætoris sint partes in omnes eos qui quo-
cūq; modo in captionem sunt adducti,[t] rectè sanè eos curatorum auxilio
regi, omniq; rerum suarum, quantumuis bene gerantur, administratione
eximi uoluit, qui intra hos ætatis cancellos constringerentur, neque uiri-
11 lem consecuti essent uigorem.[u] Ac proinde ut non semper, referente Pau-
lo,[a] ea quæ cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum &
æquum redigenda, ne magno incommodo huius ætatis homines affice-
rentur, nemine cum his contrahente: & quodāmodo commercium eis in-
terdiceretur. Vel ut Vlpianus ait,[b] Non omnia, quę minores uiginti quin
que annis gerunt, irrita sunt: sed ea tantum, quæ caussa huiusmodi depræ-
hensa sunt: uel ab alijs circumuenti, uel sua facilitate decepti: aut quod ha-
buerunt, amiserunt: ac quod acquirere emolumentū potuerūt, omiserūt,[c]

M aut

a Institutio. de rerum diuisio. §. per traditionē. b l. 1. ff de eo quod met. causs. l si mulier. §. si metu. ff eo. tit. c Azo in loco præallegato. d l. metum. §. licet tamen. ibi quoq; glossa ma gna ff. de eo quod metus caussa. e in summa. C. de eo quod metus caussa. f l. nemo uidetur. ff. de in integrum restitut. et tot. tit ff. et C. de eo quod met. caussa. & l. metum. §. uolenti. ff. de eo quod metus caussa. g l. nō uidetur. ff. de acquirend. possessio. h l. sed alio iure. § ult. ff si ex noxali caus. agatur. l. tutelas. §. si libertate. ff. de cap. diminutio. l. 2. C si aduers. transactio & l. ult. de acceptulatio. i l. sed & partim. ff. de eo quod metus caussa. l. ait. §. per hanc. ff. de his quæ in fraudem credit. k Azo in sum. tit. de his quæ ui metusue caussa. l d. l si cū exceptibe. §. in hac actione ff. de eo quod metus ca. m d. l. si cū exceptibe. §. si quis non restit. et §. Labeo ait. & §. Iulianus. ff. de eo quod met. caus. n d. l si cum exceptione. §. post annum. o d. l. si cum exceptione. §. post annum. p in summa, tit. de his quæ per uim uel metū. q Azo in sum. tit. de his quæ ui metusue caus. r l. 1 §. quod ait. ff. de superficieb. s l. 1. ff. de minoribus 25. annis. t tot. tit. ff & C. de in integrum restitutionib. u d. l. 1. ff. de minoribus uiginti quinque annis. a in l. quod si minor. §. 1. ff. de minoribus. b in l. non omnia. ff. eod. tit. c l. 1. C. si ut omiss. hæredit. uel bonor. possessio.

aut ſeſe oneri, quod non ſuſcipere licuit, obligauerũt: propterea, quòd non hoc ipſo quòd minores ſint, ideo & capti ſtatim probantur, niſi fortè in mutuo propter fœneratoris odium,[a] ita prętor auxiliũ ſuum atq; in integrum reſtitutionem minorib. uiginti quinq; annis pollicetur, qui uel ipſi ſunt decepti, uel quorũ tutor aut curator circumuentus eſt,[b] non autem eorum procurator deceptus ſit, (niſi fortè ſoluendo non ſit) aut ſi mandato patrisfamilias patris ſui res adminiſtraſſet.[c] Idem quoq; minoribus in ijs quę cum eis acta, non autem in his quę cum prędeceſſorib. maiorib. 25. an. ſunt geſta, auxilium ſuum pollicetur: etiãſi ſolutionis faciẽdę tẽpus incidat, in tẽpus minoris.[d] Multis ſanè modis minor 25. an. reſtituitur, utputa, ſi allegationẽ, ſi- [m] exceptionẽ ſiue probationem in cauſſa tum ciuili, tum criminali omiſerit,[e] aut eius aduocatus præuaricatus ſit,[f] aut pupillus ſine tutoris auctoritate, aut minor adultus ſine curatore in iudicio confeſſus ſit:[g] aut ſi cum ex dãno dato confiteri poſsit, ne dupli teneatur, maluit negare:[h] aut ſi extra iudiciũ, maiorẽ 25. an. ſe eſſe confiteaẽ, cum ſit minor :[i] aut ſi ſine dolo malo cuiuſq; legatũ repudiauerit: uel in optionis legato captus ſit, dũ elegit deteriorem: uel ſi duas res promiſerit, illã, aut illã, & precioſiorẽ dederit :[k] quoniã certo iure utimur, ut & in lucro minorib. ſuccurratur:[l] & receptũ eſt, ſi res minoris uenierit, & exiſtat qui plus liceatur, in integrũ reſtitutionẽ dari propter lucrũ, non aliter atq; in ijs rebus quæ ſeruari minorib. debẽt de ſententia legis, uel teſtatoris uolũtate,[m] ut ſcilicet propoſita licitatiõe res circũſpectent.[n] Aut ſi minor rem maiorũ ſuorũ emerit, pacto uidelicet addictionis in diẽ, & affectione eius quod interſit, motus, in integrũ reſtitutionẽ imploret, q; ab alio addictione ſit ſuperatus, audiẽdus certè erit. Ita tamen, ut illud quod ex licitatione acceſsit, ipſe offerat uẽditori.[o] Aut ſi in iudicẽ cõpromiſerit, & tutore auctore ſtipulatus ſit.[p] Aut ſi fideiuſſorio nomine ſe uel rem ſuam obligauit, uel q̃cunq; modo circumuentũ ſe doceat in iudicijs, ſiue dum agat, ſiue dum cõueniatur: uel hæreditatẽ adierit minus lucroſam, aut in bonorũ poſſeſsione, uel alia ſucceſsione captus ſit:[q] aut ſi ſine cauſſa debitori accepto tulerit, q̃ caſu non ſolũ in ipſum minorẽ 25. an. ſed etiã in fideiuſſorẽ & in pignora actio reſtitui debet, adeò ut ſi ex duob. reis alteri accepto tulerit, in utrũq; reſtituẽda ſit actio.[r] idq; præcipuè, ut ſcribit Gaius,[s] ſi damnoſam ſibi nouationẽ fecerit, fortè ſi ab idoneo debitore ad inopẽ nouãdi cauſſa tranſtulerit obligationẽ. nec ſolum hæc Prętoris æquitas opitulationi ſit ipſi minori 25. an. tantum, ſed eius etiã ætatis gratia fideiuſſori, & mãdatori, & cõſtitutori, & cuicunq; alij minori 25. annis tutelã procurationemq; ſuſcipienti:[t] quando ſi creditor dolũ in cõuentione cõmiſit, reſtituto minore, reſtitutus uidebiẽ & eius fideiuſſor.[u] Porrò minorib. 25. an. captis, ſiue in iudicio hoc factũ ſit, ſiue extra iudiciũ, ſubuenitur in integrũ reſtitutione, etiãſi tutoris uel curatoris interpoſita ſit auctoritas.[a] In iudicio, ut ſi minor 25. an. intra legitimũ tẽpus nõ prouocauit:[b] aut cũ abfuiſſet, etiã per ſuũ procuratorẽ defenſus nõ appellauit,[c] certè ſubueniri illi ſolet: ita, ut qui defenſus nõ ſit, in cauſſam totã, ſiue in integrũ reſtituaẽ: qui uerò per ſuũ procuratorẽ defenſus ſit, eatenus reſtituaẽ, ut appellare ipſi liceat:[d] uel ut paulo antè diximus, ſi uel allegationem omiſerit,[e] uel temerè in iudicio cõfeſſus ſit:[f] Vel deniq; ſi ſentẽtia dicta ſit cõtra minorẽ 25. an. contra quam, quatenus læſus eſt, reſtitui in integrũ poteſt: modò ſentẽtia in tẽpus maioris ætatis relata nõ ſit,[g] ſic tamẽ, ſi calliditate aduerſarij actũ nõ ſit, ut maiore eo facto, qui minor 25. an. fuit,

a l. minoribus. C. de in integrũ reſtitutionib. l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiurando. l. uerum. §. utẽ nõ reſtituitur. l. quod minor. §. nõ ſemper. ff. de mino. b l. 1. C. ſi tutor uel curator interuenerit. c l. cũ mãdato. ibi quoq; DD. et gl. ff. de minor. 25. an. Azo in ſumma. tit. de in integr. reſtitut. d l. Æmilius. ff. de minoribus. e l. minor. 25. an. ff. de minor. ibi gl. l. exceptionẽ. C. de prob. f l. minor autẽ magiſtrat. §. ſi autẽ princeps. ff. de minor. & l. 1. C. de aduoc. diuerſor. iudic. g l. certum cõfeſſ. §. in pupillo. ff. de cõfeſsis. h l. ſi ex cauſſa. §. nũc uidẽdũ. ff. de minor. 25. an. i C. tot. t. ſi minor maior. ſe di. k l. etſi ſine dolo. ff. de minoribus 25. annis. l l. ait præt. §. hodie. ff. eo. tit. m l. lex quæ. §. 1. & §. 2. C. de adminiſtrat. tutor. gl. in d. l. etſi ſine dolo. in uer. ſeruari. ff. de minoribus 25. an. n d. l. etſi ſine d. o l. ſi in emptionem. ff. de min. p l. ſi minor. §. minores. ff. e. t. q l. ait prætor. §. non ſolum. ff. de minoribus, ibi quoq; gloſſ. & DD. r l. patri pro filio. §. ſi minor annis. ff. eod tit. s in d. §. ſi minor 25. annis. t l. in cauſſæ cognitione. la. 1. ff. de minoribus 25. annis. l. 1. et 2. C. de fideiuſſoribus. u l. 2. C. de fideiuſſ. min. a tot. t. C. ſi tutor uel curator interuenerit. b l. etſi ſine dolo. §. item ſi non prouocauit. ff. de minoribus. c l. inter minores. ff. de in integrum reſtitut. d d. l. inter minores. & ibi gloſſ. in uerbo. defenſi. e d. l. minor 25. an. ff. de minoribus. f d. l. certum confeſſ. §. in pupillo. ff. de confeſſ. g l. 1. ibi DD. C. ſi aduerſ. rem iudicat.

fuit,ſententia diceretur.[a] Sed ſi ſententia in cauſſa pupilli, uel adulti contra
tutores,qui uel iudicio adfuerunt,uel abfuerunt, [b] dicta ſit, prætor in inte-
13 grum reſtitutionem pollicetur.[c] Et ſanè dubitationem nullam habet ſenten
tiam aduerſus minorem 25.annis indefenſum,ſiue in cauſſa ciuili,ſiue crimi
nali latam,ipſo iure nullam eſſe:aliter atq;, ſi dicta ſit in minorem legitimè
defenſum. Nam ſententia quidem ualet,ſed læſo datur in integrum reſtitu
tio. [d] Contra indefenſos minores, inquit Paulus,[e] tutorem uel curatorem
non habentes,nulla ſententia præferenda eſt:quando etiam ſi datus ſit tu-
tor uel curator,adeſſe autem nolit,ſententia nulla dicenda eſt:[f] aliter atq; ſi
ſententia pro minore dicatur indefenſo,quoniam ea ualet.[g] Eſt enim abſ-
que ulla uel controuerſia uel diſtinctione ſententia nulla,quę nullo iudicij,
nullo cognitionis,nullo defenſionis ordine legitimè ſeruato, in minorē in-
defenſum dicta eſt.[h] Sententia autem eſſe debet definitiua,aut quæ uim de-
finitiuæ ſententiæ habeat,[i] ut contra minorē indefenſum non ualeat.ac pro
inde ſententia,qua definitur appellationem eſſe deſertam,etſi interlocutó-
ria ſit:quia tamen definitiuæ ſententiæ uim habet,contra minorem indefen
ſum nō fert.[k] Alioquin ſi merè interlocutoria ſit,aut illiuſmodi,ut pro ſui na
tura ferri non poſsit,niſi in eum qui defenſus non eſt, cuiuſmodi eſt miſsio
in poſſeſsionem bonorū,obeſſe minori poterit. Nam ut Vlpianus ait,[l] ſi mi
nor 25 annis,qui habet curatorem,à curatore nō defendatū,nec aliū defenſo-
14 rem inueniat,bonorū uenditionem patitur,etſi non latitet: Licet non frau-
dationis cauſſa latitare uideatur,qui ſui nō eſt idoneus defenſor. Quatenus
autem ſentētia,quæ pro minore 25 annis,uel aduerſus illū,in initio, progreſ
ſu, & fine litis defenſum,uel non defenſum ualeat,quoniā à legum interpre
tibus ualde ingenioſè deſcribitur,[m] nolui hic immorari. Extra iudicium præ
tor minoribus 25 an. in contractibus,uel quaſi,in delictis item,uel quaſi, au
xilium quoq; pollicetū.[n] Itaq; ſi res minoris 25 annis,ſiue ea mobilis, ſiue im-
mobilis ſit,quæ ſeruando poterat ſeruari,ſine iudicis decreto uēdita,uel ob
æs alienum pignori, uel in dotem data fuerit,quod actum eſt iure nōn ſubſi
ſtet,nec opus erit reſtitutione in integrum; aliter atq;,ſi interpoſito iudicis
decreto res uendita quidem,ſed minor tamen 25 annis captus ſit.nam eo ca
ſu,reſtitutio in integrū prætor ei,cauſſa cognita, pollicetur.[o] Cæterę tamen
res quæ fortuitis caſibus ſubiectę ſunt,ueluti fructus & eiuſmodi,ſi uendi-
tæ ſint,non ſuccurritur minori aduerſus emptorem,niſi aut ſordes,aut eui-
dens gratia tutorum ſiue curatorū doceatur:[p] aut grande aliquod damnum
pupilli,uel adoleſcētis,in uenditione earum rerū quas lex diſtrahi nō prohi
bet,uerſetur, etiamſi colluſio nō interceſſerit.[q] Cuius rei ſpeciem eiuſmodi
Accurſius refert.[r] Creditor ſi pignus cōuentionale à minore accepit atq; di
ſtraxit,ſuccurritur minori nō aliter atq; in alijs contractibus,etiam pro leui
damno.[s] Si aūt pignus illud prætorium uel iudiciale ſit,ita demū reſtitutio
datur,ſi grande damnū,aut euidens gratia ſiue colluſio interuenerit.[t] Neq;
diſtinctionem ullā hic habet,tutor ſoluēdo ſit,ſiue nō,emptor etiā annis tri
bus poſſederit,an non poſſederit. Nam ſi minor reſtitui uelit,præſtare eum
oportet omnes expenſas. Exemplū eius apud Scæuolam in hæc uerba tra-
ditur.[u] Vendentib. curatorib, minoris fundū, emptor extitit Lucius Titius:
& ſex ferè annis poſſedit,& longè lateq; rem meliorē fecit: quęro,cum ſint
idonei curatores, an minor aduerſus Titium emptorē in integrum reſtitui-
poſsit? Reſpondi ex omnibus quæ proponerentur, uix eum reſtituendum

 eſſe:

a l.deniq. §.1. ff. de minoribus 25.an.
b gl. in l. in re pupilli. in uerbo,contra tutores. C.ſi aduerſus rē iudicatā.
c d.l.in re pupilli.C.ſi aduerſ. rem iudic.
d l.cum & minores. ib. DD. C.ſi aduerſ.rem iudicat. præcipuē Bal.et Cyn. in l.clarū. C.de autorita.præſt.
e in l.acta.§.cōtra.ff.de re iud.
f gloſſ. in d. l. acta.§.contra.in uerbo, non habentes. ff. de re iudic.
g l.non eo minus.C.de procuratoribus.
h l.in uniuerſis. C. qui dare tutor.poſſ. Cynus in d.l.clarū. C. de auctorit.præſtād. Ange.in l. ult. C.quæ legitio per ſe.ſiſtend.
i l. cū & minores.ibi Bartbol. Bald & alij.C. ſi aduerſ.rē iud.
k Bart.et Bal. in d.l.cum et minores.per c.ult. in clemēt. de appellat.l.ſi præſes.C. quomodo et quādo iudex.
l in l. ſi minor 25.an.ff.de bon. auctor. iudic. poſſid.
m à Bart.Baldo,& alijs DD. in d.l.cū & minores.
n argumento ſunt ff.et C. tit. de in integrū reſtitut.de minorib.25.an. ſi aduerſ.uenditio.&c. o l.lex quæ tutores.C.de adminiſtrat.tutor.l.ſiquidem. C. de precijs minor.ibi quoq; gl. p l.etſi ſine dolo.uerſic.& diſtrictè probandū.ff.de minor.25.annis.l.ult.C.ſi aduerſ.uēd. q l.ſi res pupillares.l.ſi ex cauſſa iudicati.ff. de minoribus 25. an.l.lex quæ.C.de adminiſtrat.tutor. r in gloſſ. uerbi,ſi grande.d.l.ſi ex cauſa.ff.de minoribus 25. s l.1.C. de prædij minor. t d.l.etſi ſine dolo.uerſic.& diſtinct.et l.ſi ex cauſſa iudic.ff.de minoribus. u in l.intra utile tempus.§.uendent.ff.de minor.25.annis.

esse: nisi maluerit omnes expensas, quas bona fide emptor fecisse se appro-
bauerit, ei præstare: maximè cum sit ei paratum promptum auxilium cura-
toribus eius idoneis constitutis.[a] Quod igitur cæteris in rebus euenit, ut 15
quæ pro Reipublicæ salute ad conseruandam retinendamq́ ciuilis uitæ
coniunctionem, ac morum innocentiã salubriter introducta sunt, earumq́
dignitas profusa hominum nequitia sit conspurcata, id etiam superioribus
annis in hoc minoris ætatis iustissimo præsidio, & necessaria magis opitu-
latione aduersus captionem omnem proposita contigit,[b] ut quam prætor
opitulationem restitutionemq́ aduersus omnem dolum, fraudem, & insi-
dias saluam firmamq́ minoribus uigintiquinq́ annis esse uoluerit,[c] ea po-
stea Imperatoris Friderici constitutione conuulsa sit.[d] nam & eius auctori-
tate receptum est hodie, ut sacramenta puberum sponte facta, super contra-
ctibus rerum suarum non retractandis, inuiolabiliter custodiantur: nisi uel
uis uel metus illatus sit, uel iuratum de non prodendis maleficijs. Et ea quo-
que eius cõstitutionis uis est, ut simulatq́ pubes iurauerit, primò cõtractus
ille cum minore 25 an. initus, qui legib. ac iure nec subsistere, nec defendi po-
terat, propterea quòd nec tutoris nec curatoris auctoritas, nec prætoris de-
cretũ sit interpositũ, ualidus firmusq́ habeatur ipsa illa iurisiurãdi religiõe.
Secũdò, quod in integrũ restitutionis beneficium, & naturalis iustissimaq́
æquitas,[e] eo conuellatur. Tertiò, quod alterum fori competentiã inferat, ut
tam pars quæ iurauit, q̃ iudex secularis coerceri iudicio ecclesiastico pote-
rit, quò id quod iuratũ est, præstetur.[f] Sed ut huius cõstitutionis illiberalis
quædam seueritas uidetur,[g] ita mihi ęquior eorũ uidet̃ sentẽtia, qui eam ex-
tendendam nõ existimant in eum minorem, qui uel impubes, uel pubertati
proximus, uel doli sit capax. Communiter tamen DD. contrà sentiunt, te-
ste Bart. uide glo. in d. l. sacramenta puberum. C. si aduersus uendit. in uer-
bo, Puberum.[h] Nihil tamen refert, siue hoc iusiurandum præstetur in aliena-
tione rerum earum, quæ propriæ sunt puberis: uel rerum alienarũ, quas ta-
mẽ ipse bona fide & titulo possidet.[i] nam ideo seruandũ erit, quod sicut mi-
nor 25. annis prohibet̃ res suas sine tutoris & curatoris & iudicis decreto a-
lienare: ita & alienas, quas ipse tamen fide bona & titulo possidet.[k] Abesse
tamen ab hoc iuramento debet uis & metus,[l] etiam dolus,[m] siue minor 25.
annis, siue maior hoc præstet.[n] Et caussa etiam & contractus qualitas discri-
men facit. nam si minor 25 annis, etiam maior iurisiurandi religione se astrin-
xerit, quod in testamento & quacunq́ uoluntate ultima constitutũ fuerit,
id se ratum habiturum, nõ obligabitur eo iuramẽto, ne quod contra bonos
mores est, cõprobare cogatur:[o] & contractus simulatus iuramẽto nullo fir- 16
mari potest.[p] Extant ingeniosæ quędam in hãc rem adnotationes apud iu-
ris interpretes, in constitutione l. sacramenta puberum. C. si aduersus uendi-
tionem, quas legere, & in usum studiorum referre poterit, qui iurecõsultus
esse & haberi uelit. Sed si minor 25. an. pignus uel hypothecam uendiderit,
aut donationem fecerit graui damno affectus,[q] aut si transactionem inter-
posuerit earũ rerũ, in quarũ alienatione nõ requirit̃ iudicis siue prætoris de-
cretum, sed satis sit tutoris uel curatoris auctoritas, aut ipsius adulti uolũtas,
si curatorem non habeat, restituitur in integrum:[r] aliter atq́ si nulla auctori-
tate tutorũ, curatorũ, & decreto iudicis transactũ sit in ijs rebus, quę seruari
poterãt, & in quib. auctoritas desiderabat̃, quoniam eiusmodi trãsactio ip-
so iure nulla est, nec eget restitutione.[s] Sed si minor in diuisione rerũ cõmu-
nium

a hoc ipsum probatur in l. properandũ. §. ult. de iudicijs. et l. cum mãdato. §. 1. ff. de minor.
b eiusmodi querela extat Cyni, it. Alberici, Fulgos. & Paul. de Castr. in cõstit. sacramẽta puberum. C. si aduersus uenditio.
c tot. tit. de restitu. in integrũ. de minorib. de dolo malo. de eo quod metus ca.
d l. sacramẽta puberũ. C. si aduersus uenditionem. quæ posita est in c. 1. §. item sacramenta. de pact. iuramẽ. firmand. in usibus feudor.
e l. 1. ff. de in integrũ restitutio.
f c. ult. de foro cõpetẽtia. lib. 6. in nouell. Bart. Bald. Iason, & reliqui DD. in d. cõstitutio. sacramẽta puberum. C. si aduersus uenditionẽ.
g Cyn. & Raphael Fulgo. in d. l. sacramenta puberum.
h eiusmodi esse Petr. de Ancharano, Cy. Iacob. Butr. Bald. Fulgos. Paul. de Castro, Salicet. & alios, refert Iason in d. l. sacramenta puberũ.
i Iason. in d. cõstitutione, sacramenta puberũ.
k text. in l. magis puto. ibi gl. ff. de reb. eor. Iason. in d. l. sacrã. puberũ. num. 27.
l text. in d. l. sacramẽta.
m glossa ordinaria in l. 1. quã Bald. hic refert, & Iason.
n Iason. in d. l. sacr. num. 29.
o Iason in d. l. sacrament. puber. num. 68.
p gl. singul. in l. emptio. C. plus ualere quod agitur cũ cõcordia. quãtũ ad donationem.
q l. 1. et 2. C. si aduers. uenditio. pignor. l. si ex caussa. ff. de minorib. l. si in te ac fratrẽ. uersic. 1. C. si aduers. uenditio.
r C. tot. tit. si aduers. transactio. & Azo in summa, eod. tit.
s l. lex quæ. C. de administratione tutor. l. nõ solum. C. de prædijs minor. l. cum hi. §. cum lis. ff. de transactio.

nium captus sit, restituitur in integrũ.[a] Nam ut Paulus scribit,[b] si minor 25. an. uẽdidit, si societatem coijt, si mutuam pecuniã accepit et captus est, ei succurreẽ. Sed si pecunia, inquit, ei à debitore paterno soluta sit, uel à proprio, & hãc perdidit, dicendũ est ei succurri, quasi gestũ sit cum eo Et ideo si minor cõueniat debitorẽ, adhibere debet curatorẽ, ut ei soluatur pecunia. Cæterùm nõ ei cõpellitur soluere. Sed hodie solet in ædem sacrã deponi, ne uel debitor ultrà in usuris oneretur: uel creditor minor perdat pecuniã: aut curatoribus solui, si sint.[c] Ad eum etiam modũ, si mulier minor 25. an. aut eius curator, siue is generalis, siue dotis caussa dandæ constitutus sit, ampliorem dotem promiserit, quàm facultates mulieris ferre poterũt, ipso iure nõ ualet promissio. quia lege rata non habetur autoritas dolo malo facta, ut inquit Terent. Clemens.[d] non tamẽ tota obligatio. sed id quod superfluũ est, tantũmodo infirmatur.[e] Et Vlpianus alicubi scribit,[f] in dotis quoque modo, mulieri subueniri. si ultra uires patrimonij, uel totum patrimoniũ circũscripta in dotem dedit. Si uerò mulieris curator, cum crederet rationẽ pupillarẽ sufficere stipulanti, dotẽ spopõdit: pòstea uerò ære alieno emergente, dos non esset suffectura, quia officiũ suum egressus sit, nõ subueniri illi per prætorem: & tamen releuari per exceptionẽ in hoc tantum quod superfluũ est, aliter atque si uel donasse, uel dolo hoc fecisse dicaẽ: nam tunc illi non succurri.[g] Non aũt minor 25 an. in ciuilibus solum cõuentionibus, uerumetiã in delictis, si quæ commissa sunt,[h] item aduersus usucapionem,[i] etiam fiscum,[k] creditorẽ item siue fœneratorẽ si uel captus sit, uel de bonis ipsius aliquid minuitur, uel litibus & sumptib. uexetur:[l] aut si in aditione hæreditatis minus lucrosæ aut agnitione aut omissione bonorũ possessionis. & eiusmodi captus sit,[m] restitueẽ in integrũ, cum caussæ cognitiõe. Nam ut antè diximus, nõ utique, quod mi

27 nor est, statim captus doceẽ.[n] Atque hac de caussa, prætor nec semper, nec temerè in integrum restitutionẽ pollicetur: nam eam uel ratione personarũ,[o] uel rerum & caussarũ,[p] uel ipsius restitutionis beneficij,[q] uel secutę ratihabitionis deneget.[r] Persona quę uel in integrũ restitutionẽ petit, uel cõtra quã ea petitur, nonnunquam efficit. ne restitutio detur: nam si minor 25 an. se delatione iurisiurandi, aut datione mutui captũ esse alleget: creditor aũt illũ probet ex accepta pecunia factũ esse locupletiorẽ, quia in minore ętatis lubricum, in creditore uerò fœnoris odiũ suspicionẽ adfert:[s] fit ut minori in integrum restitutio denegetur.[t] non aliter, atque si ea sit industria, & ita frugi paterfamilias, ut suspicio non sit illum captum esse.[u] Et cum principis siue maiestas siue persona discrimen faciat, putat Vlpianus,[x] per rarò principis sententia permitti restitutionẽ in integrum: quę ipsa quoque propter personarũ reuerentiam atque pietatem denegaẽ minorib. 25. annis aduersus parẽtes, uel patronos cuiuscunque etiam uitæ uel existimationis,[a] propterea parẽtis ac patroni persona omnibus nobis sancta & honesta uideri debet.[b] Caussę item & res discrimen facit, ueluti si minor 25. an. iure ipso tutus, aut contractus propter adhibitum dolũ initio nullus sit, aut minor se maiorẽ esse iurauerit.[c] quorũ omnium cum iam antè exẽpla aliquot à nobis sint adducta, plura etiam apud Azonem enumerentur,[d] nihil necesse habemus ea repetere Beneficij ratio quoque efficit, ne semper in integrum restitutio detur. Nam etsi minor 25 annis, qui captus est, sępius cum caussę cognitiõe restitui in integrum possit, excepto illo casu, quo ipse necessarius hęres factus est domino suo ut non restituatur ad abstinendũ se hęreditate, sed tantummodo, ut acquisita post

M 3 mortem

a l. si pupillorum. respõs. 1. ff. de reb. eorum qui sub tutel. b in l. at prætor. uers. promode. ff. de minori. c d l. at præt. uersi. sed etsi pecunia. ff. de minor. & tot tit. C si aduers. solutio. à debitore uel à se factam. d in l. siue generalis. ff. de iure dotium. e d. l. siue gener. f in l. si ex caussa. §. in dotis. ff. de mino. 25. an. g l. cũ post mortem uersic 1. ff. de administrat. & peric. tutor. u. l curator. h tot tit. C. si aduers. delictũ. i l. unica. C si aduers usu cap. k C. tot. tit si aduersus fiscũ. l text in l. minor 25. an et in l. nã posteaquã. § si minor 25. an. ff. de iureiur. m C tot. tit. si minor se ab hæredit. abstinet. et ff. eod. et tot. tit. C. si ut omissam hæreditatẽ uel bonor. poss. n d l. nam posteà. §. si minor. ff. de iureiurãd. l uerum. §. item non restituitur. l quod si minor. §. non semper. ff. de minorib. o C. tot. t. qui & aduers quos in integrum restitutio nõ poss. p tot. tit. C. in quib. causs. in integrum restitut. non est necessar. q tot. tit. C. si sæpius in integrũ restitut postulet. r tot tit. C. si maior. factus rẽ rat. habe. s l. minorib. ff. de minor. l. nam posteaquã. § si minor. ff. de iureiurãdo. t l. 1. C. si aduers. creditor et e. t. u l. 1. C. qui & aduers quos in integr. restitut. detur. x in l. minor aũt magistratus. § si aũt princeps. Azo in summa. ff. de minoribus. a l ult. C. qui et aduers. quos in integrũ restitut. detur. l. 2. ff. de in ius uocãd. Azo in sum. d. tit qui et aduers. quos. b l. liberto ff. de obsequijs. c tot. tit. C. si minor se maiorẽ dixerit. d in summa. tit. in quib. causs. restitut. in integr. nõ est necessar.

mortem domini, si sint immixta bonis domini, separentur: uel si immixta
non sint, communi iure separentur.[a] si tamen postulata restitutio denegata
semel fuerit, non datur nisi ad prouocandum: aut forte allegetur, caussam
nouis probationibus defendi posse, ac proinde restitutionem dari oporte-
re,[b] cum etiam in ijs quę per minorem 25. an. post impetratam ætatis ueni-
am gesta sunt, non illi subueniatur.[c]

Ratihabitio quoq; restitutionem in integrum impedit. nam si quis mi-
nor 25. annis erat, maior factus, quæ in primis annis à seipso, uel ipsius tu-
tore aut curatore tantũ gesta sunt, pręmissis uerbis, uel ipso facto firma atq;
rata habuerit, denegabitur illi restitutio.[d] Enarrauimus restitutionis locos
quosdam cõmunes: Nunc paucis indicabimus, quomodo & apud quem
ea peti, & qua iudicij forma institui debeat.

Restituit autem in integrum eum, qui sententia lęsus dicitur, solus prin- 18
ceps, aduersus procuratoris sui, uel à se delegati iudicis, sententiam latam:
rarò autẽ, ut diximus, contra suam ipsius siue sententiam, siue rem iudica-
tam,[e] solusq; uel Imperator, uel Senatus inustam minoribus 25 annis cri-
minis pœnam atq; infamiam remittit, restitutionis in integrũ nouo benefi-
cio.[f] Sed iudex ordinarius, & is qui iurisdictionẽ cum administratione ha-
bet, in integrum restitutionem dare potest, nedum contra contractus, sed
etiam sententiam, à se, uel illo dictam: qui tamen inferior, non autem supe-
rior sit.[g] Iudex uerò delegatus, ut Bartholus asserit,[h] si ad caussam restitu-
tionis uel ad caussam uniuersam principaliter datus sit, habebit restitutio-
nis potestatem.[i] quod si caussa illi principalis sit delegata, restitutio autem
incidenter petatur super sententia interlocutoria, aut casu aliquo emergen-
te, habebit eius rei quoq; cognitionẽ.[k] aliter atq; si restitutio principaliter
petatur contra sententiam dictam: quoniam restituendi potestatẽ nullam
habet.[l] Arbiter & arbitrator chartularij, item iudices, nec cognitionem re-
stitutionis, nec eius pronunciationem, multo uerò minus potestatem ha-
bent: quoniam nullũ officium aut iurisdictionẽ cum administratione con-
iunctam, quàm caussa & natura restitutionis in integrũ postulat, habent.[m]
Tradunt in hanc rem pulchras in primis pręceptiones Azo & Speculat.[n]

Forma iudicij in restitutione seruari solet, ut in foro rei coram ordinarijs 19
iudicibus, & ijs, quos paulò antè notauimus, restitutionis caussa propona-
tur per ipsum actorem, aut ipsius procuratorẽ adhoc speciali mandato con-
stitutum, pręsente eo, contra quem petitur, uel ut per contumaciam desit:
aut si res postulat, ut in eum casum dilationes dentur,[o] libellus, qui lęsio-
nem contineat edatur, litisq; cõtestatio fiat: eaq; procurentur quę ad caus-
sæ cognitionem, hoc est captionis, siue læsionis probationem pertinent:[p]
nisi caussæ qualitas hunc iudicij ordinem inuertat. hoc est, referente Bal-
do,[q] si restitutio in integrum non principaliter, sed incidenter petatur: iu-
dicioq; constet eam dandam esse. nam eo casu iudex potest petitam restitu-
tionem statim, omisso iudicij ordine, dare[r]: etiamsi rectius & tutius sit, ut
cum caussæ cognitione detur.[s] Proponi autem ac definiri restitutionis in
integrum caussa debet intra quadriennium continuũ, nisi uel per iudicem
hoc steterit,[t] aut quis reipublicæ caussa abfuerit.[u] quoniam certum est, hoc
quadriennij tempus, nec litis contestatione continuari:[a] neq; licere, ut po-
stulata in integrum restitutione, quicquam interea uel innouetur, uel pro-

posita

a l. ait prætor. §. non solum. ff. de minorib. l. 1. § ult. ff. de separatio.
b l. 1. l. penult. & ult. C. si sæpius in integrũ restitut. postul.
c C. de ijs qui ueniã ætatis impetrar. Azo in summa, eo. tit.
d tot. tit. C. si maior factus ratum habuerit.
e l. in caussæ cognitione. §. ult. l præfecti. l. minor. ff. de minorib. l. 1. C. ubi et apud quẽ in integrum restitutio. l. aduersus. C. si aduersus rem iudicat.
f l. 1. §. deinde adijcit. ff. de postulando.
g l. ult. C. ubi & apud quẽ in integrum restitutio agat. pulchre Azo in summa. cod. tit.
h in l. cum scimus. C. ubi & apud quem in integrum restitut.
i d. l. cũ scimus.
k d. l. cum scimus. ad finem.
l Barthol. in d. l. cũ scimus. per l. aduersus. C. si aduersus rẽ iud.
m Barthol & Bald. in d. l. cũ scimus.
n Azo. tit. ubi & apud quem in integr. restitut. Specul. tit. de restit. in integr §. uidendũ restat, quis possit restituere.

o Speculator in §. qualiter autem restitutio petatur. tit de restitutio. in integrũ. Bald. in l. si omnes. C. si ut se ab hæreditat. abstineant.
p c. 1. c. cum ex literis ibi Panormit. de in integr. restitut. Barth. in l. ult. ff. ex quib causs. maio. l omnes ff. de in integr. restit.
q in l. si omnes num. 7. C. ut se ab hæreditate abstineant.
r Bald. in loco præallegato. per l. defendente. ff de auctorit. t. & consens. tutor. & curator.
s gloss. ult. in d. l defendente.
t c. tum ex literis. ibi Panormit. de in integ. restitutio. l petendæ. C. de temporibus in integ. restitutio.
u l. ult. C. eod. tit.
a glos. in uerbo, proponitur in c. 2. de officio indic. l. Papinianus. ff. de minoribus.

posita executione attentetur, nisi doli præsumptio hoc ipsum immutet, ut[a] data & accepta cautione, sententia executioni mãdetur: aduersus petitã ac datam in integrũ restitutionẽ. Potest autem minor 25. an. si restitutionẽ in integrũ cõsecutus sit, pœnitentia ductus, ea nõ uti, ut scribit Albericus in l. si ex persona. C. si aduersus transactio adducens l. si iudex. ff. de minorib.

DE SVPPLICATIONE ADVERSVS SENTENtiam. Cap. VII.

1. *Supplicatio quare in iure permittatur.*
2. *Hancq́; cum appellatione similitudinem aliquam habere.*
3. *Caussis in Principis auditorio definiendis nullum certum tempus proponi.*



Duersus Principis sententiam duo proponuntur auxilia, ut uel in integrũ restitutio, cuius speciem siue formam aliquam, iam antẽ descripsimus, detur, uel supplicetur principi. Illa enim caussę cognitionem, & iudicij ordinẽ requirit, ne temerẽ detur, etiam si cum æquitatis & clementię ratione sit cõiuncta: Hæc uero ex mera gratia & benignitate principis propendet, cum nulla ui delicet probabilis caussa extrinsecus adfertur, sed uel facti error, uel aduersarij captio, quomodocunq; prætenditur. Eius usum quoniam iuris interpretes, Azo,[b] Speculator,[c] Panormitanus,[d] & alij tradũt, ualde proderit, ut horum pręceptiones ac scripta iuris studiosus, quotiens res & caussa postulat, ad imitationem, animiq́; iudiciũ referat. Et quando supplicatio ideò permittitur, quod à sententia Principis, Senatus et pręt orio pręfecti prouocari non liceat,[e] obseruandum diligenti cura erit, ut intra dies decem supplicatio edatur pręt orio pręfecto, aut eius consiliarijs, cum oblatione ac pręstatione cautionis, si caussa cadamus, de re restituenda.[f] Nam similitudinẽ aliquam habet hæc supplicatio cũ appellatione, adeò ut quibus in casibus prouocari non liceat, in ijs quoq; non admittatur supplicatio, nisi forte ętatis minoris beneficio, aut matrimonij fauore hoc fiat.[g] Finiri autẽ instantia supplicationis debet, si coram præfecto pręt orio agatur, intra biennium.[h] Si uerò ad principis cognitionem referatur, certum tempus non definitur, propterea quòd earum caussarum, quæ in Principis auditorio proponuntur, nulla esse soleant fatalia.[i]

FINIS LIBRI SEPTIMI.

DE VSVRPATIONE LEGVM LIBER OCTAVVS.

DE MEMORIA. Cap. I.

1. *Memoriã ex perturbatione, quæ oriatur ex obiectione aliqua extrinseca, facilè cõfundi.*
2. *Memoriæ uirtutem duplicem esse.*
3. *Memoriam ab arte, quæ in locorum dispositione consistat multum iuuari.*
4. *Memoriam puerorum multa lectione, & studio, exercendam esse.*



Vrisprudentiæ partem tertiã fecimus, Memoriam: cuius fide ac custodia ut omnis disciplina, omnis dictorum, factorumq́; ratio, omnis humani ingenij commentatio continetur: ita eius beneficium magnum quidem & præstans, sed ex omnibus tamen naturæ bonis maximẽ fragile est. Nam & studiorũ fructus omnis perit ac concidit, nisi memoriæ fide retineatur: & ea tamen eius est fragilitas, ut obiecta sępe perturbatio, & quędã quasi animi cõfusio quę in his communiũ temporũ ac rerũ cõmotionibus nusquã deest, eã uel obruat, uel adimat uniuersam. Siquidẽ Demosthenes admirabili eloquentię ac memorię uirtute præstans apud Philippum,

[a] l. unica. C. in integr. restit. postulat. ne quod noui fiat. Panormitan. pulchrè in c. suscitata. de in integrum restitutio.

Et Barth. in l. fin. C. ut lit. pend.
[b] in summa. tit. de precib. Imper. offer.
[c] in tit. de supplicatio.
[d] in d. c. tuæ ex literis.
[e] l. 1. ff. à quib. appellar. nõ liceat. l. præfecti. ff. de minorib. l. 1. ff. de offic præfect. prætor. l. 1. C. de senten. præfect.
[f] Auth. quæ supplicat. C. de precibus imperat. offerend. ibi DD.
[g] Iason et Salicet. in d. auth. quæ supplicat. Paul. de Castro in l. si quis. C. de precibus imper. offerend. Angel. in l. unica. C. de senten. præfect. prat.
[h] d. l. unica. C. de sentent. præfect. prætor.
[i] Auth. sed & illis. §. ex insinuatione. C. de temporib. appellatio.

Philippū, Ephesius in concione Ariopagi, Herodes Atticus apud M. Antonium, Heraclides Lycius apud Seuerum principem peroraturus, ita turbatus memoria dicitur, ut puerili quodam metu, siue animi confusione debilitatus, ipso statim orationis, quam iam ante summa cum solicitudine animo & memoria conceperat, exordio exciderit. Sed & Labeonis sententia in l. filiusfamilias. §. diui, de legat. 1. à multis reprehensa est, quasi magnus ille iurecōsultus memoria sit lapsus: extantq; similia aliquot exempla apud Alexan. in l. 1. 4. col. num. 15 ff. si cert. petatur. Angelus in l. si cōtra. C. de usucapionib. pro empto. scribit nullū in rerum natura extitisse iuriscōsultū, qui non aliquādo memoria ac iudicio sit lapsus. quod & amplius idem scribit in l. minus. C. de acquirend. possessio. & glos. in d. l. filiusfamilias. §. diui. Equidem nostra ætate uidi insignem & eloquentem oratorem, qui aduersarij leui quodam risu cōmotus, ita obstupuit, ut nec perorare potuerit, & se cunctis prostituerit deridendum.

Constat autem ea, ut reliquæ quoq; disciplinæ, ac rerum cognitiones, præcipuè, natura, arte, exercitatione.

Naturæ bonitas magnam uim adfert ad parandam & retinendā memoriam fidelem, ut multis declarant graues autores, Hippocrates, Galenus, Auicenna, & alij. Et Plato in libro de scientia, fœcundam memoriā ijs attribuit, qui ad iram contentionemq; facillimè prolabuntur. Eos uerò, qui propter naturæ moderationem domitas animi affectiones habent, & quandam tanquam grauitatē præ se ferunt, segniores plerunq; & obliuioni obnoxios esse scribit. Ac proinde, cum uirtus eius duplex sit, facilè uidelicet percipere, & fidelissimè retinere: illud humidę, hoc uerò siccæ naturæ beneficio cōtingere, pleriq; Medici tradunt. Exercitatur autem atq; retinetur naturæ bonitas ad constituendam memoriæ fidelitatē, cùm ipsa illa ęquabili ac moderata uictus ratione, cuius præcipuè & penè solæ sunt partes in retinenda ac conseruanda ualetudine bona: tum etiam quadam animi ex se propendentis tranquillitate, quàm Græci εὐθυμίαν uocant.

Duplex memoriæ uirtus.

Sed tamen arte producitur, & tanquam politur naturæ bonitas, eaq; maximè alit atq; amplificat memoriā. Artis autē pręceptiones primùm traditas à Simonide esse, refert Cicero, qui in libro de Oratore scribit, neminem tam acri memoria esse, qui non dispositis notatisq; rebus uerborum ac sententiarum ordinē melius cōplectatur: neq; quenquam ita hebeti esse ingenio, quem locorum & imaginum dispositio, artisq; ipsius exercitatio adiuuare non possit.

Naturæ bonitatem arte poliri.

Poniores tamen artis memoriæ præceptiones sunt, ut præter eas imagines, quarum locis seu quibusdam indicibus rerum earum, quas animo & memoria pertractare cupimus, cōmoneri solemus, utamur diligenti rerum ac causarum, de quibus dicturi sumus, diuisione, & cōpositione apta. Nam diuisio rerum ordines & partes separat: quæ si numerosior sit, in caussa pręsertim ardua, difficili atq; obscura, iuuatur simulacris earū rerum, quas animo repręsentari cupimus. Et compositio certis orationis, quę stilo optimè concipitur, periodis illigata, suo quasi ductu atq; serie memoriam regit.

Præceptiones artis memoriæ.

Exercitatio autem sola propè est, quę naturalem memorię fœcunditatem alit, & doctrinę ipsius ratione amplificat: ut scilicet diligenti studio ac labore multa quotidie legamus, cogitemus, ediscamus: & quęcunq; ipso die, uel scientia uel memoria comprehēderimus, ea sub noctem nobiscum repetamus, referamusq; ad animi iudiciū, referente Platone, qui in libro περὶ παίδων ἀγωγῆς præcipit, ut puerorum memoriam multo studio ac uaria lectione exerceamus. Et Fabius Quintilianus libro Institutionum oratoriarum undecimo, cap. 2. præcipit, ut pueri statim quāplurima ediscant, incumbantq;

Exercitatione memoriā ali. est aut. omnibus in rebus magnus usus exercitationis. l. leg. st. §. oratoribus de leg. 3 l peregr. ff. de acquir. d. poss. l. l si arbiter de probatio. Instit. in §. quæ omnia. de satisdationibus.

incumbantq; in curam atque operam iuuandæ memoriæ, tædium etiam illud, quæ ſcripta & lecta ſunt, ſæpius reuoluendi deuorent: quod ipſum, inquit, hoc fieri poteſt leuius, ſi pauca primùm, & quæ tædium non adferant, cœperimus ediſcere: tum quotidie adijcere ſingulos uerſus, quorum acceſſio labori ſenſum incrementi non adferat; in ſummum ad infinitum uſq; perueniat. & poetica prius, tum oratorum, nouiſsimè etiam ſolutoria numeris, & magis ab uſu dicendi remota, qualia ſunt iuriſconſultorum.

DE ACTIONE. CAP. II.

1 *Decentis actionis in oratore, aut iureconſulto, uim maximam eſſe in commouendo.*
2 *Quæ uox optima dici ac haberi poßit.*
3 *Decorum illud, quod in oratoris dictione requiratur, tribus in rebus conſiſtere, ſec. Cic.*


ACtio, quam iuriſprudentiæ partem quartam eſſe uoluimus,
1 propterea quòd alio in libro eloquentiæ præceptiones expli
care conati ſumus, præcipuam laudem ac dignitatem iurecõſulti retinet. Neq; alia uirtus magis hominum animos uel ad beneuolentiam, uel ad ciuilis uitæ ſocietatem, animorũq; conſenſionem inuitat, quàm actio decens atq; honeſta cum affabilitate ſermonis, ac modeſtiæ grauitate coniuncta. Perit enim omnis iuriſprudentis induſtria in rerum ciuilium ac forenſium uſurpatione collocata, niſi actionis gratia atq; dignitate commendet̃. Cuius cùm uim, ac poteſtatem maximam in iudicijs, in publicis concionibus, in repub. adminiſtranda animaduertiſſet Demoſthenes, nõ iniuria primas, ſecũdas ac tertias partes illi attribuit.

Conſiſtit autem actio omnis, quæ quidem in iuriſperito requiritur, in moderatione uocis, & corporis.

Vox ipſa etſi naturalis ſit, neq; in uniuerſum mutari aut fingi poſsit, iuuari tamen eius bonitatem diligenti cura, ac interdum etiam minui atq; corrumpi negligentia uidemus.[a] ac proinde cùm uocis uſus atq; uſurpatio propria ſit hominis impendenda diligens cura cùm ualetudini bonæ retinendæ & augendæ, ſine qua nulla uocis elegantia conſtare poteſt: tum uerò frequenti ſtudio declamandi ac perorandi. Nam ſicut cæteræ artes omnes exercitatione maximè parantur,[b] ita uox quoque uſu fit ſuauior ac firmior: cu-
1 ius tamen ratio præcipua eſt, ut ſit uidelicet emendata, dilucida, ornata, flexibilis, dulcis, firma: quibus additur lateris firmitas, & ſpiritus pronunciationi conueniens. De quibus omnibus quoniam multas pręceptiones Ariſtoteles, Cicero, Quintilianus, & alij artium ſcriptores tradunt, ſitq; ſua cuique ineunda uocis ratio ad conſequendam actionis dignitatem, nihil ne-
2 ceſſe eſt hic immorari: quando ea uox optima dici ac haberi poſsit, quę ab omni petulantia libera, nullis naturę uel animi uitijs cõſpurcata, conciliat, monet, ac perſuadet, retinetq; in omni actiõe modeſtię laudẽ ac dignitatẽ.[c]

Corporis geſtus uenuſtus pręſertim, & quem uirilis quædam laterum flexio, excurſio item moderata circa ceruicum mollitiem, cum honeſto aliquo, etiam rebus ac perſonis conueniente motu ornat, maximam actionis laudem atq; dignitatẽ continet. Nam ſicut uſu compertum eſt, ipſo illo cor-
2 poris motu rectè ac liberaliter conformato, magnam actionis laudem, eti-
3 am ſpectantium atq; audientium beneuolentiam conciliari: ita Cicero[d] decorum illud, quod in omnibus factis, dictis, in corporis etiam motu ac ſtatu cernitur, in tribus rebus poſitum ſcribit, formoſitate ſcilicet, ordine, & ornatu ad actionem apto. Et ſanè quando inanimatę illę imagines, quę corporum flexibilitate ac motu decoro depictę ſunt, ſpectantium animos admirationemq; in ſe conuertunt, mirabiliterq; afficiunt: quãto maior eius actio

N nis uis

Extãt in hoc argumentum pulchræ præceptiones apud Fab. Quintilian. lib. Orat. inſtitut. 11. c. 3. & Speculat. t. de aduocat. §. nunc igitur. §. ſequitur uidere. §. hic dicen. et paßim in t. de diſputationib. et allegat etiã quedã in l. quiſquis & l. ultima. ibi quoque doctor C. de poſtuland.

a Vide in hãc rem Speculator. tit. de aduocato. §. nunc de exordijs. uerſic. modus igitur. & uerſic. ſuppoſitis igitur. præcipuè uerò Fabium Quintilianum lib. inſtitut. oratoriar. 11. cap. 3.

b l. legatis. §. oratricibus. de legat. 3. l. peregrè. de acquirend poſſeſ. l. ſi arbiter. ff de probatio. Inſtitutio. §. quæ omnia. de ſatisdatio. c. quàm ſit ∴ l. ſys. de electiõ. lib. 6. & diſtinct. 83. c. nihil illo paſtore.

c Extãt in hãc rem l. quiſquis. Specul. pulcbrè C de poſtulãd. 3. quæſtio. 7. c. infames nõ poſſunt. uerſic. Itẽ ſi quis adeò procax. c. ueniens. ex. de iureiuran. tit. de aduocato. §. tem nũc tractemus.

d in Rhetoricis. de Oratore itẽ. et lib. Offic.

nis uis atq; potestas habenda erit, quę uiui corporis motu apto ac decente omnium se oculis offert. Non potest ullam magnam ingenij & industriæ laudem in hac ciuilium ac forensium rerum usurpatione consequi Iurispru dens, in quo honesta actio cum elegante ac liberali uocis corporisq; flexibilitate coniuncta, desiderari posit. Quemadmodum autem Fabius Quintilianus [a] suos capiti, suos oculis, suos supercilijs, manibus, humeris assignat motus, atq; docet naturæ bonitatē, quacunq; doctrinæ ratione expoliendam esse: ita is qui ius populo dicit, qui ciuium caussas legibus tuetur, qui ad Reipublicæ gubernacula accedit, nihil sibi in omni actione sumere debet, quod nō sit cum uitę ac morū modestia, uultus uerecundia, uocis suauitate, doctrinę laude, ingenij gloria, animi quoq; innocentia copulatum. [b]

a lib. Institutionum orator. 11. capite ultimo.

b. Vide quæ notantur in l. quisquis. & l. ult. C. de postuland. Speculat. in præallega. loc. de aduocato. facit c. deus qui. ext. de uita & honestat. cleric. 20. quæstio. 1. c. ult. & 32. distinct. c. si quis uerò. ad finem. 12. quæstio. 1. c. quia tua. Speculator amplius in d. t. de aduocato. §. hic dicendum.

QVEMADMODVM EXTEMPORALIS AGENDI facultas paretur. Cap. III.

1 *Varias causarum circumstantias, ac nouos subinde casus, extemporalem quandam agendi facultatem requirere.*
2 *Quæ quomodo comparetur.*
3 *Quomodo item comparata retineatur.*



PRæcipuus studiorum fructus est in omnibus caussis ac rebus, etiā publicis ac priuatis functionibus, habere paratā, & longo rerum usu subactam ex tempore agendi facultatē. Nam sicut ius ipsum de scripto non semper dicere possumus, sed usus & caussa sæpe postulat, ut in reipublicæ luce, in seueritate iudiciorum, in hominū cōgressionibus, fortem ac uehementē propugnationem laborantium amicorū suscipiamus, eorū caussas ac defensiones in nostrā recipiamus procurationē: multa aūt uel apud magistratus, uel iudices, uel populum ex tēpore & subitò nobis sunt cùm dicenda, tum agenda, quorū ratio longa quadā animi prouisione concipi, aut etiā memoriæ mandari non potest: non uidetur ullum magnū & laudabilē studiorum fructum, tanquā anteacti laboris prēmium aliquod consecutus, aut etiā utilitatē aliquā magnam in omnes reip. partes cōferre posse, qui nullā ex tempore agendi sibi parauerit facultatē. Est enim seruilis & planè neglecti ingenij, cū multus & longus labor optimarū legū studijs impensus sit, nō posse ex tempore præstare eam agendi facultatē, quam sæpę rerum ac temporū uersiones, noui subinde ac improuisi casus, uariæ item ac multiplices caussarū circūstantiæ requirunt: pręsertim cum in hac ciuiliū forensiūq; rerū perturbatione quadam, innumerabiles propè & subitę accidāt necessitates ex tempore agendi: neq; aliud quippiā tam absurdū & ridiculū est, quàm in hac amplissima legum iurisq; dicendi professione, quę ad defendendā ac propugnandam optimorum hominū salutē atq; dignitatē à Deo Opt. Max. nobis cōcessa est, nō habere paratā extemporalē actionē, cuius pręsidio aduersus omnes insidias tuti, uel ad defensionem ciuium atq; amicorū parati esse queamus.

Facultas ex tempore agendi ante omnia paranda.

Adhibenda igitur diligentia, ut promptam & expeditā agendi ex tempore facultatem consequamur. Eam autem optimè consequemur, si eius modi artis præceptiones, quas paulo antè tradere conati sumus, animo atq; memoria pertractatas habeamus. Nota enim nobis ante omnia optimarū legū uis atq; ratio, etiā iuris præcepta esse debent: cognoscenda atq; memoria tenenda actionū cùm diuisio, tum etiā reb. ipsis ac causis apta & cōueniens usurpatio, omnes iurisprudētię partes, quęstionū formę, caussarum genera, actionum naturę ac qualitates, interdictorum explicationes, argumentorum ac rationum loci aliquot communes, partium item orationis, ueluti exordij, narrationis, diuisionis, exceptionis, confirmationis, & eorum

Utiles præceptiones ad consequendā extemporalem agendi facultatem.

& eorum quibus aduersa pars utitur confutationis, rerum deniq; ac locorū collocationis siue dispositionis, postremò etiā conclusionis præceptiones constare nobis debent. Neq; enim ulla certa & legitima actio, nisi earū rerum, quarum cognitionem animo & scientia tenemus, suscipi à nobis potest: neq; ad ullam artis usurpationem, solidam præsertim & rectam peruenire poterimus, nisi cognita uia ac præceptionibus, quibus eò, quò cursum nostrum deflectimus, peruenire queamus.

Nec satis est has, quas diximus, artis ipsius præceptiones non ignorare: quod tamē ipsum permagnum atq; utilissimum est: sed habendæ quoq; in consilio actionis partes atq; formæ omnes erunt, quarum rationem infra cap. 13. subijciemus. Deinde cognitis atq; perceptis his artis rationibus, uidendum diligenter, quid quo loco, quo casu ac tempore agi cum decoro & honestate publica posit: agendūq; semper, ut uniuersę uitę nostrę actiones turpitudine ac scelere uacent. Malè enim & periculosè fit, quicquid contra decorum uel agitur, uel suscipitur. Sed ut hęc, quę diximus, actionis pręcepta, naturalis cuiusdam mobilitatis animi atq; artis sunt, ita ea statim ac semper ad exercitationem atq; ciuilium forensiumq; rerum usurpationem referri debent. Solus enim, qui artifices facit, usus est:[a] ipsaq; agendi consuetudo & exercitatio pręcipuā actionis extemporalis facilitatē parit: quę ipsa ut non statim se in uniuersum profundit (longo enim & assiduo agendi labore opus est) ita tamē ea à paruis initijs rebus & caussis primùm inchoari, paulatim deinde in reipublicę ac fori lucem referri, postremò ad summam ingenij actionisq; facilitatem, laudem ac gloriam perduci debet. Incredibile enim est dictu, quantum modestię & solidę cuiusdam prudentię gignat hęc cura, diligenter obseruata: quantopere etiam retardet nimiam illam facilitatis fiduciam, qua pleriq; causidici inflati, prius auditorium inuerecundis actionibus conturbant, quàm caussę genus, in quo uersantur, rectè intelligunt. Ac proinde etiam, si caussæ magnitudo postulet, sumendum breue aliquod tempus: quod quidem nusquam ferè deerit, & in foro atq; iudicijs frequenter dari solet, ad ea quę acturi sumus, per
3 pendēda atq; despicienda, ut rectè Quintilianus pręcipit.[b] Vt autem artis precepta omnia, nisi ad usum aliquē referantur, in squalore ac situ iacent: ipsaq; illa intermissione usus paulatim memoria excidunt: ita ipsa illa ex tempore agendi facultas, & quædam quasi celeritas, sola exercitatione continetur: cuius ratio optima est, primùm ut in paranda hac ciuili ac forensi actione ad eorum nos mores atq; studia conformemus, quorum est actio omnis non solum honesta & decora, sed cum reipublicæ quoq; dignitate coniuncta. Deinde ubi felici quadam imitatione conformati ad agendum studia nostra conuertere uolumus, ut quotidie, si fieri possit, apud eos agamus, quorum reueremur iudicium atq; authoritatem. nam ita futurum est, ut nec nimia nostri fiducia ac temeraria agēdi facilitate illecti, in deformē, inuerecundam ac deprauatam aliquam actionem illabamur: & eam retineamus morum atq; actionis modestiam, quæ ut summā ingenij laudem atq; dignitatem habet, ita mirabiliter afficit cùm ipsius iudicis, tum etiam audientium animos. Aut si hæc agendi facultas in consessione prætoris, magistratus, aut iudicum dari nobis semper non possit, non erit inutilis labor, ut uirium nostrarum periculum, actionisq; experimentum apud nos in solitario aliquo loco faciamus: nobiscum loquamur & agamus, quasi iudice aut magistratu præsidente: oris facilitatem & elegantiam, aptum corporis motum, pronunciationis firmitatem, omnes deniq; actionis partes componamus. Nam & hanc exercitationis partem uidemus à ueteribus obseruatam diligenter esse: & nullum est tempus, quo non aliquid in studiorum usum

[a] Institutio. §. quæ omnia. de satisdatio. l. si arbiter. ff. de probatio. l. legatis. §. ornatricibus. ff. de acquirend. possession.

Impudentia quorundam aduocatorum.

[b] lib. 12. Institut. orator. eod. tit.

Exercitatione maximè contineri extemporalem agendi facultatem.

atque fructum, legendo, audiendo, discendo, cogitando, scribendo atque agendo conferri debeat. Postremò ut in eam actionis parandæ curam & diligentiam semper incumbere uelimus, ne quo casu, loco, aut tempore nostram operam, industriam ac fidem desiderare possit aut respublica, aut innocentium, optimorumque ciuium salus ac fortuna, iniquissimè afflicta atque oppressa.

IN CIVILIVM RERVM VSVRPATIONE, ADEO'-que omni uita præcipuè spectandum, quid deceat. Cap. IIII.

1 *Decorum illud, quod Græci τὸ πρέπον appellent, à ueteribus summum bonum appellatum fuisse: eius uerò contrarium, summum malum.*

2 *Nimiam familiaritatem contemptum parere: quarè illam magistratibus uitandam esse.*



IN ciuilium rerum usurpatione, ac ciuium caussis iure ac legibus defendendis, adeoque omni uita præcipuè spectandum, quid deceat: quoniam caput, ut ille ait,[a] cuiuslibet rei aut artis est, decere quod facimus: hoc est, omnia cum decoro & uenustate aliqua facere: & eam temperationem seruare, nc ullo uel loco, uel tempore, uel casu designemus, cuius reprehendi in nobis turpitudo possit. Nam etsi in his corruptissimis moribus nostris, in hac disciplinæ ueteris perturbatione, & quadam communium temporum inclinatione difficilis huius rei sit obseruatio, propterea quòd non eadem lex uitæ, non eadem pudoris ratio ac disciplina morum ubique sit, necessaria tamē est: & qua neglecta, nulla uitæ dignitas, nulla ingenij gloria, nulla rectè factorum laus parari potest. Extant in hanc rationē in primis pulchra & propè diuina præcepta M. T. Cic.[b] ad quæ conformanda erit iuuentus, ut quantum splēdoris habeat in omni re Decorū illud, cognoscere queat. Veteres homines cōsueuisse decus, summum bonum: contrà uerò dedecus, summum malū dicere, Cicero auctor est.[c] Et sanè nullius rei uel facti aut florētior aut iucundior esse laus potest, quàm eius, in quo decorum illud, quod τὸ πρέπον appellatur, splendeat atque perspiciatur. Propterea, quòd nihil uerè delectat, quod indecenter & contra decorum fit.[d] Sed cùm omnes qui in aliena uitę dignitate ac laude uersari cupiunt, spectare magnopere debēt, ut omnia cum decoro faciant ac dicant, ubique quid deceat spectent: tum uerò in iure dicēdo, tradendisque legibus præcipuè obseruari debet, quid unumquemque deceat, quid cōtrà turpe & inhonestum sit. Exemplum huius pulcherrimum tradit Paulus iurecōsultus:[e] Ex imperfecto, inquit, testamēto legata uel fideicommissa Imperatorem uendicare, inuerecundum est. decet enim tantæ maiestati, eas seruare leges, quibus ipse solutus esse uidetur. Ad eundem modum idem alio in capite[f] damnat, quicquid contra decorū, contra uerecundiam ac pietatem fit. Filius, inquit, qui in potestate fuit sub cōditione scriptus hæres, quam senatus aut princeps improbauerit, testamentum infirmat patris, ac si conditio non esset in eius potestate. Nam quæ facta lædunt pietatem, æstimationem, uerecundiam nostram, & ut generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est. Similem decori rationem prǽscribit prouinciæ præsidi Callistratus.[g] Obseruandum ait ius reddenti, ut in adeundo quidem facilem se prębeat, sed contemni se nō patiatur. Vnde mandatis adijcitur, ne præsides prouinciarum in ulteriorem familiaritatem prouinciales admittant. nam ex conuersatione æquali contem- 2
ptio dignitatis nascitur. Sed & in cognoscendo, neque excādescere aduersus eos quos malos putat, neque precibus calamitosorum illachrimari oportet. id enim nō est constantis & recti iudicis, cuius animi motus uultus detegit, & sum-

a Quintilianus lib. Institutio. oratoriar. 11.

b in libris Officiorum. & quædam apud iurisconsultos in l. obseruādum. ff. de offic. præsid. in l. si tibi filium. ff. de adoptionib. ibi: nec enim mor. nostris cōuenit, filiū tēporalē habere. & extat exemplū in l. quadā in suo testamēto. ff. de conditio. institutionum. & 22. quæstion. 2. c. faciat homo quod potest.

c in lib. 1. de Leg.

d Quintilian. libro 1. cap. 18.

e in l. ex imperfect. ff. de lega. 3.

f in l. filium. ff. de condit. instit.

g in l. obseruandum. ff. de off. præsid.

& summatim ita ius reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat.[a] Pauca hæc exempla adieci, quorum imitatione ac studio conformata iuuentus, disceret, omnes suas actiones, omnes leges, omnia uitæ studia ad decorum referenda esse.

HANC ESSE NATVRAE VIM MAXIMAM, VT quæ honesta sint, in uirtute, quæ turpia, in uitijs ponamus. Cap. V.

1 *Cum honestate pugnare, ut quis alium circumueniat, etiam si licitè id facere possit.*

2 *Rectissimam enim uitæ legem esse, ut semper & ubiq; honestatem spectemus, & amplectamur.*



Prudenter & eruditè Modestinus admonet,[b] in coniunctionibus non solum quod liceat, sed & quod honestum sit, semper spectandum esse: propterea quòd non omne quod licet, idem statim, ut Paulus ait,[c] honestum est: semperq; utilitati præferendum honestum. Pleraq; enim specie quadam utilitatis nobis permittuntur, habenturq; tanquam licita: quia tamen honesta non sunt, reprehensione ac turpitudine non carent.[d] Paulus[e] putat naturaliter concessum esse, ut in emendo & uendendo, quod pluris sit, minoris emere: quod minoris sit, pluris uendere, atq; ita inuicem se circũscribere, sic quoque & in locationibus & conductionibus idem iuris esse.[f] Sed honestas, cu-
1 ius pulchritudine ac laude optimus quisque trahitur, uetat cum alterius pernicie ac detrimento conditionem suam meliorem, locupletiorem'que facere:[g] quemadmodum etiam Paulus Apostolus uetat,[h] ne quis in negocio fratrem circumueniat. dirimit enim atque dissoluit omnem humanæ conditionis societatem, omnes naturæ æquitatisq; leges conuellit, qui priuati quæstus gratia bonos uiros in perniciem ac fraudem pellicit.[i] Neq; habendus in optimorum ciuium numero erit, qui fidem honestatemq; publicam turpi lucro prostituit: quoniam, ut Vlpianus tradit,[k] iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento ac iniuria fieri locupletiorem. Quicquid enim honestum non est, idem nobis cùm propter admirabiles ipsius honestatis amores à natura nobis insitos, tum uerò communem illam uirtutis uoluntatem pulchritudinemq; licere non debet. Ea siquidem uere ac solidæ honestatis uis est, ut bonos uiros eius species & pulchritudo mirabiliter delectet, excitetq; atq; commoueat, ut omnem ingenij uim, omnem doctrinę usum, omnia uitæ instrumenta ad amplectendam maximarum rerum laudem ac dignitatem conuertant: neq; quicquam preter hanc honestatem publicam, in cuius splendore omnis uirtutis laus est posita, magnopere expetendum esse putent. Et natura, quæ communem nobis intelligentiam insęuit, adfert, ut quæ honesta sint, in uirtute, quæ turpia, in uitijs ponamus. Apud ueteres moribus receptum est, ne inter uirum & uxorem donationes ualeant: atque hoc ideo receptum esse Vlpianus tradit,[l] ne mutuo amore inuicem spolientur, donationibus non obtemperantes, sed profusa erga se facilitate agentes: hanc'que rationem ex Imperatoris Antonini sententia electam esse. Nam ita ait: Maiores nostri inter uirum & uxorem donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis æstimantes: famæ etiam coniunctorum consulentes, ne concordia precio conciliari uideretur: ne'ue melior in paupertatem incideret, & deterior ditior fieret. Honestate igitur, non donationibus, ueram & legitimam animorum corporum'que coniunctionem uoluerunt æstimandam esse: quam qui abijcit & uiolat, turpiter, indecenter & illiberaliter facit. Itaque in laude semper sunt positi, qui honestatis studio inflammati,

a Huc pertinet l. nec quicquam. §. circa. ff. de of. proconsul. et d. 22. quæstio. 2. c. faciat homo. l. penult ff. de iur ius. l. uestis. §. uestimẽta. ff. de auro & argento legat.

b in l. semper. ff. de ritu nuptiarum. & l. semper. de reg. iur.

c l. nõ omne. ff. de regul. iuris.

d Cicero in Paradox.

e in l. in causæ cognitione. la. 2. §. idem Pomponius. ff. de minorib. et probatur in l. it[em]. §. quemadmodum. ff. locat.

f d. l. item. §. quemadmodũ.

g c. locupletari. de regul. iuris lib. 6. l. iure naturæ. e. t. l. si quis mancipijs. §. ultimo. de institio.

h primæ, cap. 4. ad Thessalon.

i l. nemo ex liberis. C. de uidicijs. l. culpa. de regul. iuris. d. c. locupletari. et l. iure naturæ. l. nam hoc natura. ff. de condic. indeb.

k in d. l. iure naturæ.

l in l. 1. ff. de donatio. inter uir. & uxor. sa cit l. cũ multæ. §. sancimus. C. de donatio. ante nupt.

Rempublicam ægram ac labentem, consilij sui magnitudine, uirtute ac fide aduersus nocētes homines defenderunt: qui inuidiosis opibus ac præcipiti habendi cupiditati ueram, grauem ac solidam honesti gloriam prætulerūt: qui ocio & dignitati publicę seruiendum esse existimauerunt: quorum curriculum omnis uitæ & industriæ in optimorum hominum periculis propulsandis est elaboratum. Contra uerò grauissimè repræhensi, qui perdita amentia honestatem publicam turpissimis moribus defœdarunt. Exem- 2
pla passim extant: & rectissima uitæ lex est, ut semper & ubiq; honestatem spectemus & amplectamur.

Rectissima uitæ lex.

HANC FVISSE MAIORVM SIVE OBSERVATIONEM, siue reuerentiam, nemo ut iuris publici professionem sibi sumeret, qui non idem bonum se uirum, & utilem reipublicæ ciuem profiteretur. Cap. VI.

1 *Vitæ innocentiam, atq; integritatem morum eius qui ciuitati præsit, maximè efficere, ut ciues suo exemplo excitati, iustitiæ cultum amplectantur.*
2 *Titum Coruncanum primum omnium apud Rom. de iure publicè respondisse.*
3 *Catonis Censorini in filio instituendo diligentia, ac cura.*
4 *Pub. Rutilij Rufi ad amicum quendam memorabile responsum.*
5 *Mutij Scæuolæ Iureconsulti & Stoici, insignis & laudanda constantia.*
6 *Q. Mut. Scæuola Pontif. Max. studiosissimus æquitatis, præcipuè in contractibus ex bona fide dependentibus.*
7 *Ser. Sulpitium primum ius ciuile arte pertractasse, quòd esset Dialectices peritus.*
8 *Serbid. Scæuolam semper secundum facti speciem ius reddere solitum fuisse.*
9 *Papiniani sanctum ad Caracallam Imp. responsum.*



QVi in Romana republica principes extiterunt, exurgentisq; imperij, cuius in quadam hominū barbarie, difficile fuit exordium, gubernacula sibi sumebant, hoc spectare, hoc intueri solebant, ut quod leges, quod prætorū edicta, quod principum constitutiones rectè præciperent, ipsi præstarent ac facerent, ad eiusq; se imitationem doctrinæ laude ac uitæ innocentia conformarēt.
Habet enim uim maximam in corrigendis ac instituendis morib. rectè præ 1
cipientis sanctitas:[a] nec ulla perinde re, atq; eius exemplo ad colendam iustitiam excitamur, qui sibi urbium gubernacula iure ac legibus constituenda deposcit. In quo cum uerum uirtutis splendorem residere uideamus, mirum est dictu, quàm facilè ad imitationē illius effingamur. Nam sicut rectè faciendi præceptis & exemplis ad amplectenda magnarum uirtutum studia commouemur:[b] ita libenter eum æmulamur, qui uitæ nobis ac morum dux proponitur: qui talem se gerit ac pręstat, quales sint leges, quas profitetur. Fit enim plerunq; semper, ut quęcunq; mutatio morum in regendę ciuitatis principibus extat, eandem populus sequatur: tantoq; omne eius qui Reipublicæ præsidet peccatum sit grauius, quanto plures illius exemplo offendantur.[c] Neq; enim plus in hominum animis ualent rectè uiuēdi præcepta, quàm uirtutum exempla, propterea quòd illa commonent ac docēt, hæc uerò impellunt, ut omnia nostra studia, ad uitæ laudem, honestatemq; publicam referamus. Itaq; cum præter reliquas eximias uirtutes, quibus respublica Romana abundabat, hunc morem seruatum uideam, nemo ut sibi iuris publici ac priuati professionem sumeret, qui non idem bonum se uirum & utilem reipublicæ ciuem profiteretur:[d] non grauabor excellentium aliquot uirorum exemplis docere, eos qui ius populo dicturi sunt, magnopere decere, ut optimorum hominum doctrina & exemplo conformati, utiles se patriæ ciues, & omni disciplinæ uirtutumq; genere abundantes cunctis præstent. Extat huius uirtutis insigne exemplum in Appio Cæco, Prætore

a Sanctitas præcipientis quam uim habeat: uoluitq; iurisconsultum iudicem innocentis hominis officio fungi. l. cæteræ. ff. familiæ herci scund. Extāt autem in hāc rem præceptiones apud Cicero. lib. 3. de Legib. & Fab. Quintilia. libro 12. cap. 1.

b Barthol. in l. nemo. C. de sentent. Iason in l. Marcellus. ff. ad senat. Trebellian.

c 23. quæstio. 5. c. regum officium est. & in c. administratores. ibidem. & clement. pastoralis cura. de sentent. & re iudic. c. suscepti regiminis. de electio. in extrauag. c. fundamēta. de electio. li. 6. 23. quæst. 4. c. si ea de quib.

d Horum exempla extant in l. 2. ff. de origine iuris.

Appius Cæcus.

tore Romano, atque elegante iureconsulto, qui cum intellexisset Romanum populum, qui tum belli calamitate, quàm Epiri rex Pyrrhus intulerat, debilitatus ac fractus propè fuit, in hanc pacis conditionem, suadente legato Cinæo, inclinaturum, ut quam Italiæ partem paulo antè Pyrrhus ui & armis occupasset, eam sibi retineret: languentem se, & oculorum orbitate adflictum, in Curiam Romanam deferri iussit: ibí que uehementi & graui oratione in patres inuectus, persuasit, præpositam pacis conditionem sine infami Romanæ gloriæ turpitudine admitti non posse: ipsum' que Pyrrhum regem uirtute militum repellendum, ac ne inspiciendi quidem caussa, in urbem admittendum esse. Quæ uiri optimi & præclari iurisconsulti sententia, contractos & demissos Romani populi animos, ad eam magnitudinem, fortem' que laborantis Imperij propugnationem reduxit, unde paulo antè sæuientis hostis præpotentia fuerant deiecti.

Par fuit, erga patriam & ciues pietas, Titi Coruncani, qui ius publicè omnium primus professus, [a] plurimum ingenio, doctrina, & optimarum artium scientia ualuit: peritissimus pontifex, & ea sapientia, ut eius admiratione excitus Romanus Populus, de omnibus diuinis & humanis rebus ad illum deferret, illius consilium in senatu, in populi comitijs, in caussis amicorum, domi militiæ' que sequeretur. Hic sanè ut singulari gratificandi studio cunctis sui potestatem faceret, solebat in transuerso foro inambulans (id quod præcipuæ existimationis fuit) rogantibus de ritu sacrorum, de iure ciuili, de filia collocanda, de finibus regundis, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique officio respondere: uir immortali gloria dignissimus, qui uniuersum doctrinæ suæ usum non ad priuatā honoris fortunæ' que ambitionem, sed ad dignitatem publicam ac ciuium salutem referendam esse existimauit. Similis omnino fuit uirtus Sexti Aelij Iurisconsulti: cuius multis & præclaris beneficijs aucta est respublica Romana. Talem quoque fuisse ferunt Publium Cornelium Scipionem Nasicam, insignem Iurisperitum, quem Patres Conscripti iurisiurandi religione adstricti, iudicauerunt in tota ciuitate uirum optimum, & solum dignum esse, cuius hospitio Idæa magna deûm mater exciperetur: laude certè admirabili, & quæ uni post urbem conditam Scipioni contigit. Fœcunda certè & ferax ætas illa optimorum iurisprudentium fuit, in quorum numero & Marcus Porcius, & Cato Censorinus, princeps illæ Porciæ familiæ fuit, qui & à Pomponio, Cicerone, Plutarcho, iuris ciuilis peritissimus fuisse dicitur. Multa & grauia huius in rempublicam extant doctrinæ, fidei, & uirtutum omnium exempla: quorum hoc certè magnam pietatis laudem meretur, quòd filium ex priore uxore natum, cum tamen Chilonem celebrem Grammaticum inter suos seruos haberet: ipse literarum, legum' que cognitione instituerit, ipse iaculandi, equitandi, cum hoste dimicandi, asperrimos gurgites tranandi præcepta ei tradiderit: ad eam' que affectionum moderationem traduxerit, ut præclara naturæ, benè & liberaliter eductæ indoles, in hoc Catone etiam senescente fuerit deprehensa. Caussam huius paternæ sollicitudinis ferunt eam, ut filius liberalem ac sanctam educationem (quæ sola stabilis ac permansura parentum hæreditas est) non seruo homini, sed parenti, cuius interfit non solum natum, sed bene educatum filium esse, acceptam ferret. Sed sicut huius insigne fuit erga liberos pietatis & clementiæ documentum: ita rarum extat seueritatis paternæ exemplum in magno illo iurisprudente, Tito Manlio Torquato, cuius cum filius Decius

Syl-

T. Coruncanius.

[a] d. l. 2. ff. de origine iuris.

Sextus Aelius.

P. Cornelius Scipio Nasica.

M. Porcius.

M. Censorinus.

T. Manlius Torquatus.

Syllanus accusaretur, quòd prætor prouinciæ Macedoniæ pecunias præ-
ter officij religionem accepisset, obtinuit magno omnium consensu, & sine
ulla suspicione, ut sibi patri de tota filij sui caussa cognoscere liceret: interpo
sitaq; sentẽtia iudicauit filium suum, quòd pecuniam à socijs accepisset, in-
dignum Romana Republica esse: qua sententię seueritate, quę nec filij su-
spẽdio consumpti calamitate, nec reipublicę suscepta ultione flecti potuit,
declarauit integri iudicis partes esse, non indulgentia liberorum, sed iudicij
seueritate commoueri. Quantas autem commoditates in Rempublicam
Romanam iuris ipsius professione contulerint P. Licinius Crassus. & C. Li
ũs Drusus, scribũt amplissimè Cicero, Valer. Maximus. & Titus Liuius. Il 4
lud sanè admirabilius in P. Rutilio Rufo extitit integri & recti aduocati ex
èmplum, qui cum operam procurationemq; suam amico rem iniustam pe-
tenti detrectasset, isq; indignatus dixisset, nullum sibi amicitiæ usum cum
eo esse, à quo impetrare, quod peteret, non posset: respõ disse fertur, ne eius
quidem se egere amicitia, cuius caussa quod honestum non sit, faciendũ fo-
ret Digna certè responsio homine integro & tẽperato, existimante uideli-
cet, amicitiæ caussa nec perendum nec faciendum esse, quod ab honestate
foret alienum. Fuit autem hic Rutilius iuris publici & priuati doctissimus,
orator non malus, natura tamen uehemens & acer, & in tristi quodam ac se
uero dicendi genere uersatus: ut Panætij philosophi Stoici, cui operam da-
bat, discipulum agnosceres, in forensibus tamen negocijs ac caussarum ad
uocationibus fidelis patroni officio, cum singulari industria ac fide funge-
batur: quæ ipsa officij religio plurimum illi gratię et amoris apud populum
conciliauit. Multa quoq; de iure scripta reliquit, præcipuè orationẽ de mo-
do ac forma ædificiorum, quam postea Augustus senatui recitauit. Huic ta
men præcelluerunt non solũ iuris cognitione, uerumetiam multiplicis eru
ditionis laude, Q. Aelius Tubero, ex cuius historijs multa citãt Liuius. Dio
nysius, Gellius, & Sex. Pompeius qui ad summã iuris ciuilis cognitionem
adiecit perfectam Geometricæ ac Stoicæ disciplinæ scientiam. Vterq; fuit
uir bonus, & utilis patriæ ciuis. Quin & Mutius Scæuola ciuilis iuris intel-
ligentia, omniq; prudentiæ genere, præcipuè uerò Stoica disciplina, cæte-
ris ferè omnibus qui ea ætate de iure respondebant præstitit: & proinde e-
tiam eius domus magna consulentium multitudine, maximorumq; homi-
num splendore quotidie celebrabatur, habebaturq; tanq; quoddã ciuitatis
oraculũ. ex q̃ quod quisq; scire uellet, cognoscere poterat. Pręclata huius in
ter cæteras industrię, cõstantię, & integritatis uirtutes, ea est. quod cum Syl
la Rẽpub. Rom. inimicorũ suorũ cęde, hostilibusq; armis occupasset, sena-
tumq; armis cogeret, ut Mariũ iudicaret patrię hostẽ, nec quisq; senatorum
apertè, & ad defendendam Marij innocentiam resistere iniquæ ac impiæ ty
ranni cupiditati auderet solus tamen Scęuola sententiã dicere noluit: adeo
etiam, ut ad grauiorẽ Syllæ commonitionẽ plenam sanguinis ac cædis, nisi
sententiã diceret dixisse commemoretur: Armorum ui atq; militum agmi-
ne, quo curiam circumsedisti, uincere me Sylla, atq; fœdè intcrimere pote-
ris: ut contra animi conscientiam, hostem patriæ iudicem Mariũ, cuius pru
dentia urbs amplificata, & conseruata est Italia, nullo nec mortis terrore,
nec huius corpusculi tormentis efficies: propterea quòd fortis & sapientis
sit uiri, mortem oppetere potius quàm uel innocentiam prodere, aut turpi
ter facere Optimi illi homines, & ipsa immortalitate dignissimi erant, quo
rum industria, doctrinæ usus ac studia omnia ad patriæ ciuiumq; salutem
atq; dignitatem referebãtur. Q. quoq; Mutius Scæuola, Põtifex maximus,
de iure optimè respondit homo legum scientia, ingenio & prudentia, ora-
tione etiam elegante & subtili præstãs, adeò ut eius collega Crassus dicere
solcret,

P. Licinius Crassus.
C. Liuius Drusus.
P. Rutilius Rufus.
Q. Aelius Tubero.
Sex. Pompeius.
Mutius Scæuola.
Q. Mutius Scæuola Pontifex.

soleret, iurisperitorum illum eloquentissimum, eloquentium iuris peritissimum esse. In ciuilibus sane officijs, sociorumque populi Romani prouincijs integrum se ac sanctum præbuit. Nam Asiam prouinciam, in qua proconsulatum obtinuit, ea animi continentia, uitæ sanctitate, ac uirtutũ omnium commendatione administrauit, ut si quis integrum, temperantẽ & bonum magistratum appellare uellet, eum Q. Mutium appellaret: eiusque exemplo & imitatione ut proconsules in prouinciã ituri sancte & grauiter se gererent, senatus deinceps decreuit. Hic sane Q. Mutius Scæuola dicere
6 solebat, æquitatis uim esse maximam in omnibus arbitrijs, [a] in quibus ex bona fide ageretur: latissimeque bonæ fidei nomen patere atque uersari, ueluti in tutelis, societatibus, fiducijs, mandatis, rebus emptis, uenditis, conductis, locatis, & quibus uitæ societas continetur. Nec satis fuit homini integerrimo in contractibus bonã fidem seruare, sed in sua ipsius caussa, quam uenditoris ipsius uoluntate, etiam scripto iure facere meliorẽ potuisset, noluit contra bonã fidem agere. Nam cum fundum certo precio empturus, à uenditore peteret, ut eum uidere posset, idque uenditor cõcessisset, indicatis sumptibus omnibus: addidit precio centum millia, propterea quod eum fundum ipse pluris, quàm uenditor, æstimaret: putaretque boni & innocentis esse uiri, [b] etiamsi posset, nolle tamen quenquam in bonæ fidei cõtractibus fallere. Ab hoc primum ius ciuile in libros decem & octo redactum. Docuit autem magna professionis laude, & auditorum frequẽtia: in quorum numero fuerunt Gallus Aquilius, Lucius Balbus, Sext. Papyrius, C. Iubentius, omnes præcipuæ auctoritatis uiri. Cicero quoque adolescens Scæuolam secutus, haud ita multo pòst tempore P. Seruius Sulpitius, multum
7 operæ & pietatis in Rempub. Roman. augendam contulit, & primus arte quadam iuris scientiam pertractauit: coniunxitque cum ea artem Dialecticam, ut certo quodã ordine confusum antea ius ciuile disponi, in partes distribui, atque distingui apta interpretatione posset, proposita regula, qua uera à falsis, & quæ cognata, quæ cõsequentia, quæ repugnantia & extra caussam essent, aptè discernerentur: quæ omnia ut illustriora essent, adiunxit utrique arti communium literarum scientiam, studiumque eloquentiæ. Quod fecisse M. Antistium Labeonem, graues auctores tradunt: qui & si iurisprudentiam publicè priuatimque magna populi admiratione exercuerit, etiam ingeniosè & prudenter consulentibus de iure responderit: ornauit tamen hanc iuris publici professionem suam ingenuarũ artium cognitione, sine qua uidebat obscurum & parum illustre esse ius ciuile. Pari eruditione, sed philosophiæ cognitione præstantior hoc fuit Serbidius Scæuola, quo Imperator M. Antoninus in sanciẽdis legibus, tractandisque reipub. gubernacu
8 lis, etiam priuato consilio est usus. Huius laus præ cæteris ea præcipua est, quod ad facti formam, siue qualitatem, siue quam ὑπόθεσιν Græci uocant, quæstionem scilicet finitam, & de qua controuersia erat, ius referre consueuerit, quod eius clausula, qua frequenter utitur, [c] Respondi secundum ea quæ proponerentur, satis manifeste docet. Ex hoc Scæuola ius didicit Aemylius Papinianus, uir sanctitate morum, scientia & rebus præclarè gestis inclytus: & ob insignem iurisprudentiæ cognitionẽ, à plerisque iuris asylum, legumque thesaurus appellatus: ex cuius ludo tanquam ex equo Troiano, innumerabiles iurisperiti doctrina & auctoritate præstabiles exierunt: cuiusmodi fuerũt Paulus atque Vlpianus. Hunc Antoninus Bassianus Caracalla Imperator, qui fratrẽ suum Getam regni consortẽ intra matris propè complexum sæuus interemit, ideò interfici iussit, quod parricidium, cuius
9 scelere Caracalla se constrinxerat, uir sanctus, nec apud Senatum, nec apud populũ defendere uoluerit, referreque ad Imperatorem Caracallam ausus fuerit,

O

a Horum omnium præceptiões quædam extant in §. in bonæ fidei. institutio. de actio. l. damni infecti. ff. d. damno infecto. l. in summa. §. item Varrus. ff. de aqua pluuia arcend. l. Thais. ff. de fideicom. libertatib. l. in omnibus. de regulis iuris. l. placuit. C. de iudicijs. Clement. 1. De iudic. Clem. quamuis. de appellatio. distinctio. 45. c. omnis. e. c. disciplina. l. qui æquitate. ff. de dolo mal. exceptio.

b l. cæteræ. ff. famil. hercis cund.

Ius ciuile sine ingenuarum artiũ cognitione esse obscurum.

c in l. Lucius. ff. de donatio omnib. in l. ad eũ quem. ff. eod. t. in l. Titius Seruium. ff. de manumiss. testam. in l. Thais ancilla. ff. de fideicom. libertat. in l. debitor. ff. quæ in fraud. creditor. in l. pater pro filio. §. ultimo. ff. de doli mali exceptio. in l. si ita quis promiserit. ff. de uerbor. obligatio. in l. creditor. ff. de solutio. in l. negociorum. ff. de appellatio. & eiusmodi alijs.

fuerit, nõ tam facilè parricidiũ defendi, quàm committi posse. Quod quidem innocentię exemplũ diligenter intueri is debet, qui in prępotentium hominum aulis uersatur, ac libertatis suę, in quadam uitę tenuitate pertæsus, aliorũ se arbitrio falsa honoris ambitione elatus, seruiliter emancipat. Prætereo prudens C. Aquilium à Cicerone laudatum, Modestinum iuris uerticem appellatum, ac plerosq; alios: contentus paucorũ exemplis commonstrasse, hanc maiorum nostrorum siue reuerentiam, siue officij religio nem fuisse, nemo ut iurisdicendi, explicandiq; in ciuilibus ac forensibus actionibus prouinciam sibi sumeret, qui non idem singulari aliqua uirtutis significatione atq; laude innocentię bonũ se uirum & patrię studiosum profiteretur. Quod quidem omnes facere debemus, ut excellentium uirorum doctrina atq; exemplis conformati, ex omni disciplina, ex omni huius uitę nostrę curriculo nihil expetamus, nihil consulamus, nihil faciamus, quod à uitę innocentia, quę sola ingenij gloriam laudisq; ęternitatem constituit, uideri posit alienum.

IVRISPRVDENTIAM NEC SORDIVM CAVSSA amplectendam, nec eleuandam esse.

Cap. VII.

1 *Ciuilem sapientiam, hoc est, iurisprudentiam, cum res sanctißima sit, precio nummario æstimandam non esse.*
2 *Quare nec eius professores pecunia sese corrumpi permittere debere.*
3 *Scholastica legum commendatio.*
4 *Pia de aduocatione suscipienda doctrina.*



VT nullius amplius, uel magnificẽtius, quàm eius hominis esse
potest officium, qui uniuersam ingenij uim atq; industriam in
salutẽ Reipublicę collocat: qui labores cõmunis caussa com-
modi non solum non recusat, sed ultro appetit, atq; sibi depo-
scit, omnesq; ciues eadem ęquitate continet: ita ignominiosa
eorum est functio, qui uel aduocationem suã illiberali quęstui prostituunt,
uel iudicandi euenitatẽ gratia ac sordibus corrumpi sustinent.[a] Nam præ-
terquam quod res domestica nõ cupiditate aliqua mala, aut ambitione im-
moderata, sed bonorum uirorum beneuolentia atq; benignitate, pręcipuè
ijs rebus, à quibus turpitudo abest, quęri debeat: inciuile planè & uehe-
menter absurdum est, iurisprudentię dignitatẽ exercitationemq; in quęstu
atq; lucro habere. Est enim, ut Vlpianus ait,[b] res sanctißima, ciuilis sapien-
tia, sed quæ precio nummario non sit æstimanda, nec dehonestanda, dum 1
in iudicio honor petitur, qui in ingressu sacramẽti offerri debuit. Quędam
enim tametsi honestè accipiuntur, inhonestè tamen petuntur. Quàm sen-
tentię humanitatẽ alicubi secutus Imperator scribit,[c] diligẽtis ac sobrij esse 2
iureconsulti, in optimorum hominum causis suscipiendis ac defendendis,
diligenter cauere, ne operam atq; industriam suam ad turpe aliquod com-
pendium, stipemq; deformem abiecisse, sed ubiq; suscepti muneris, etiam
reipublicę dignitatem spectasse uideri posit. Non enim mediocris est lau-
dis, quorum uel salus, uel fortunę in criminationẽ atq; discrimen adducun-
tur, eorum defensionẽ, iustam pręsertim ac probabilem, in fidem atq; tute-
lam suã recipere. Et pietatis est, opitulari laborantibus & oppresis uiduis,
cæterisq; miserabilibus personis, quæ uel prępotentium hominum factio-
ne, uel inimicorum iniuria, uel communium deniq; temporũ rerumq; acer
bitate premuntur: quando hęc siue cura, siue pietas, referente Vlpiano,[d] ad
religionem pręsidis prouinciæ pertinet, diligenter uidelicet obseruare, ne
qui potentiores sunt, iniuria afficiant humiliores: ne'ue defensores eorũ ca-
lũniosis criminibus insectentur innocẽtes. Sunt enim eorũ qui ius populo
dicunt,

a l. 1. §. proinde. ff. de uarijs & extra ord. cognitio.

Res domestica quibus artibus paranda.

b in d. l. 1. §. proinde. ff. de uarijs & extra ord. cog. & facit l. leges sacratißimæ. C. de legib.

c in l. quisquis. C. de postuland. & fac. l. nemo. l. aduocati. C. de aduocat. diuersor. iudicio. Speculator tot. tit. de aduocat. etiam tit. de salario. §. sequitur. uersic. nota quòd si aduocatus. item Panormitan. Abbas et glos. in c. cæterum de iuramento calum. doctor. in l. nemini. C. de aduoc. diuersor. iudic. Abbas quoq; in rubric. de postuland. et c. 1. de offic. iudic.

d in l. illicitas. §. ne potiores. ff. de offic. præsid. facit l. in defensoribus. C. de defensorib. ciuitatum. Speculat. in t. de denunciatio. §. 1. uersic. priuata. & l. 2. C. si ita mancip. uend. ne prostit.

dicunt, officia uehementer grata, & ad obstringendos beneficijs homines accommodata sunt: ita illa ipsa iurisprudentiæ maiestate dignissimū est, ut absit omnis illiberalis ac sordidus quęstus.[a] Nam quādo studiū illud, omnibus bonis gratificandi, originem ferè trahit ex coniunctione humana atq; amicitia, ipsa autem amicitia, si modò uera sit, nullā aliam mercedē, quàm benè de omnibus merendi uoluntatem desideret: illiberale sanè est, in iure dicendo, quod officiū ad multos pertinet, & cum utilitate publica est coniunctum, ambitiose, atq; auarè quæstum facere uelle. Non tamen dissimulandum est, maiorum legibus ac constitutionibus permissum esse, ut mercedis & suscepti laboris gratia referatur iudicibus, aduocatis, procuratoribus, tabellionibus, atq; eiusmodi alijs qui publico stipendio non honorantur: rectumq; esse, ut ei honorarium detur, qui cum operam suam locare alij potuisset, laborantis tamen amici caussæ seruire maluerit.[b] In quam rationem præter reliquorum scripta extant inprimis utiles commentarij Guili-
3 elmi Duran. Speculatoris.[c] Et quanquā nō id agimus, ut quatenus stipendium, iudici siue ordinario, siue delegato, siue alijs debeatur, longa oratione doceamus, quod nec propositi est nostri, & à multis alijs diligenter factum: monere tamen iuuentutem uolumus, ut cum passim in scholis non alia ferè frequentius iactetur legum commendatio, quàm quod de pane, ut aiunt, lucrando, replenda etiam crumenula sit, intelligat nō hanc solam esse amplectendæ & colendæ iusticiæ utilitatem, quæ uel opibus uel diuitijs paratur: sed quòd ea sit eius maiestas, ea præstabilis dignitas atq; amplitudo, ut qui eam colat, referatq; omnes caussas ciuiles urbiumq; guber-
4 nacula, is uir bonus, iustus, ac omni laude cumulatus habeatur. Sit igitur hoc integro ac perfecto iurisprudēti propositum, hoc spectet, in eo omnes animi curas configat, primùm ut iurisprudentiæ studia ad honestatem, ad uitæ laudem, ad salutem Reipublicæ, ac ęquabilem ciuium societatem retinendam conferat: quęstum turpem & illiberalē nec faciat, nec admittat. Deinde ut aduocationem iustam pręsentem uel probabilem, nec grauatè, nec ambitiose suscipiat: atq; in suscepta procuratione hominū mores atq; caussas, non fortunā aut auctoritatem litigantium sequatur: semper'q; procliuior et propensior sit, ad defendendā hominis miseri & inopis caussam, quàm præpotentium, quorum ferè acerbior impotentiorq; est litigandi temeritas.[d] Postremò nihil contra iusticiam, nihil cōtra æquitatem, nihil pro iniuria contendat: habeatq; in memoria uetus illud prouerbiū, Obsequendum uidelicet amicis, sed usq; ad aras esse. Si tamen rei familiaris tenuitas amplius aliquid ad usus necessarios exigit, non erit inhonesta, aut inciuilis acquirēdę mercedis & honorarij ratio, quę optimi cuiusq; defensione honestissimaq; industria paratur:[e] quādo Sabinus insignis iurisconsultus, & cui Tiberius Cæsar auctoritatem de iure respondendi concessit, ob fortunę & facultatum egestatem plurimum sit à suis auditoribus sustentatus: & Fabius Quintilianus auctor sit, Socrati collatū ad uictum esse. Zenonem uerò, Cleanthē & Chrysippum mercedem à discipulis accepisse. Et receptis est iuris, ut ijs qui functiones publicas gerunt ac sustinent, honorarium detur, non in ullam laboris suscepti, sed facti sumptus alleuationem, & tanquam compensationem.[f]

a l. plebiscito. ff. de offic. præsid. l. 1. ff. mandati. C. statuēū. §. insuper. de rescript. c. cū ab omni de uit. & honest. cleric. Auth. offeratur. C. de litiū contestatio.

b Vide l. unic. & quæ ibi doctor. notant. C. de sportulis. l. sub specie. C. de postuland.

c in tit. de solarys. unde quæ etiā notantur in Auth. hodie. §. patroni. C. de iudicys. & l. licet. ff. de procurator. & l. si nō remunerandi. §. ult. ff. mandati.

d pulchra præceptio in l. 1. §. ait prætor ff. de postuland. et in l. quisquis. C. de postuland. et in l. nec quicquā. §. obseruare. ff. de offic. procon sul. & l. unica. C. quand. Imperat. inter pupil. & uiduas.

e Vide in hanc sententiam Albericū in l. plebiscito. ff. de offic. præsid.

Exempla eorū, qui honorariū à suis discipulis acceperunt.

f Bartbol. Bald. Alexand. & doctor. in l. diem defuncto. ff. de offic. assessor. Bald. post gloss. in l. 1. C. de suffrag.

QVORVM AMBITIONIS DEFORMITATE IVrisprudentiæ dignitas pręcipuè conspurcetur. Cap. VIII.

1 *Rabularum forensium, qui hodie passim in iudicijs insaniant, indoctæ atq; contentiosæ actiones.*

2 *Quo fiat, ut sæpe causa cadant, ob iuris ignorantiam.*

3 *Nec minus ineptè facere, qui quodam inani syllabarū aucupio, ius magis in uerbis, quàm rebus ipsis quærere contendant.*



Vod cęteris in rebus, præstantissimarumq; artium traditionibus euenire solet, ut earum dignitas hominum uitijs, ambitionisq; deformitate labefactetur: id nuper labante disciplina ueteri, in hac splendidissima legum usurpatione euenit, ut ex auita illa honoris possessione deiecta uideatur. Ea enim apud maiores nostros huius disciplinæ fuit maiestas atq; obseruantia, ut eius usurpationem nemo sibi sumeret, qui non idem bonum se uirum, & tanquam obsidem & custodem utilitatis publicæ conseruandæ præberet.[a] Sed posteaq; 1
ea turpi quæstui ac nūdinationi prostitui cœpit, ad eamq; homines impoliti, actionum præcones, nullis cōmunioribus literis instructi, illotis, ut aiūt, manibus ac pedibus accesserunt, postq; cautores etiam illi formularū homines operarij, & ludificatores, qui lingua celeri & exercitata, etiam quodam syllabarū aucupio inuoluūt, aduocationem suscipere ausi sunt, ibi primùm amplissima illa iurisprudētiæ dignitas retrò ferri, & eiusmodi leguleiorum uitijs conspurcari cœpit.[b] Leuia apud illos hactenus fuerunt ea, quę tamen iure ac legibus improbantur, uitia: [c] impotenter omnia dicere ac facere, cōcutere clamore, conuicijs, criminatione totum forum, efferri immani & crudeli superbia, despicere impotentē, diuexare bonos, et proscindere innocentes. At hodie longissimè absunt à uetere illa disciplina, quæ in in uitæ sanctitate, atq; optimarum uirtutum studio posita semper fuit. Neq; solum pessimis naturæ uitijs, uerùm etiam ipsius iuris ac æquitatis ignoratione arti pulcherrimæ contumeliam faciunt. Reprehensum à Q. Mutio magnum illum et eloquentem oratorem atq; causidicum, Seruium Sulpitium, Pomponius refert,[d] quòd uir nobilis ac patricius caussas orans, ius, in quo uersaretur, ignoraret. At nostri illi proclamatores, & rabulæ, non solum ob id reprehendendi erunt, quòd præter communes actionum formulas, easq; ineptas nihil adserant: sed quòd falsa illa doctrinæ fiducia, ambitionisq; deformitate inflati, optimas sæpe caussas, aut malas, aut nulla iuris ęquabilitate explicabiles faciunt, cum contrà sobrij ac integri causidici sit, omni scientia ac ratione prouidere, certis ut modis lites finiantur. [e] Et quando ius uariè ex perso 2
nis & causis, factiq; qualitate constituitur,[f] etiam litis euentus in tanta iudiciorum uarietate ferè est incertus: [g] ualde inutiliter faciunt actionum illi præcones, qui nulla caussæ cognitione, nulla probationum fide, nulla legum scientia instructi, liti se offerunt: & dum falsam sibi scientiæ persuasionem induunt, caussam perdunt uniuersam. [h] Nec minus perniciosi sunt a- 3
cuti illi & uersipelles leguleij, qui syllabarum aucupio, ac quibusdam uerborum tendiculis legis sententiam, et uoluntatem, æqui & boni rationem, ac ipsam iuris æqualitatem captiosè subuertunt, qui humaniorem sensum, cuius esse obseruatio in dubijs rebus,[i] & quæ uariam habent cognitionem, aut ex æquo & bono constituenda erunt, maxima debet,[k] passim abijciunt: qui præter omnem pietatis officijq; religionē caussas defensionesq; miserabilium hominum, quales ferè sunt rustici, pauperes, orphani, uiduæ, &c. aut deserunt, nulla prorsus pietate commoti, aut malè tuenr.[l] Huius culpæ affines sunt pręuaricatores, hoc est, definitore Marcello,[m] qui cum reo collu-

a l.quisquis.C. de postuland. l. rē nō nouā.C.de iudicijs. l.2.§.iuris ciuilis.ff.de orig. iuris. Iustinianus in proœmio.ff. ueteris. & ibidem in §. hæc aūt tria uolumina.facit l. nemini. C. de aduoc.diuersor. iudic.& l.aduocati.C.e.t.l.nemo.C.de postul. b Pulchrè in hāc rē Imperator in proœmio, d.§.hæc aūt tria uolumina. et Fabius Quintilian. lib.Institut.orator.1.cap.ult. c horum extāt argumenta in l. quisquis.et locis paulo antè allegatis. C. de postulādo. et l.ult. §.in refutatorijs.ibi, caueant tam litigatores, quàm libellorū dictatores uerbosis uti adsertionib.C.de appellatio. et in d. l.quisquis.ibi, ut nō in licentiam conuiciandi, & maledicendi temeritatem prorumpāt.et apud Speculatorē toto ferè titulo de disputatio. et allegatio. item, de aduocato. d in l.2.ff. de origine iuris. e c.finē.lib.de dolo et contum. c.pastor. off. de caus.poss.et propriet.d.l.quisq. C. de postulando.c. 2. c. cum speciali.§.porrò.de appellat. f l.si ex plagis §.in cliuo Capitolino.ff.ad l. Aquiliā.l.in fundo.ff.de rei uendicat. g l. quod debetur.ff.de peculio. h Vide l.auia.C.de ingenuis & manumiss.l.2.ff.de acquirend.possess.l.2.ff.de probat. i l.semper in dubijs.ff.de regul.iur.l.benignius.ff.de legib.l.minorem.ff.de pact.et tot.ferè tit.ff.de rebus dubijs. k l.placuit.C.de iudic. l.si tibi pecuniam.ff.de rebus credit.l.quod si Ephesi.§.in summa.ff.de eo quod certo loc.l.quia uulgò.ff.de ædilit.edict. l Hoc ipsum malè fieri, documento sunt, tot.tit.C.quando imperat: inter uiduas & pupil. l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offic.præsid.l.in defensoribus.C. de defensoribus ciuitat. m in l.1.ff.de uarijs & extraord.cognitio.

colludunt, & translatiuè accuſandi munere defunguntur, eo quòd proprias quidem probationes diſsimulant, falſas uerò excuſationes admittunt. Ad horum improbitatem proximè accedunt, qui ius ipſum ad ſuam utilitatem nundinantur, precioꝗ addictam habent fidem & religionem: omnium inimicos diligenter obſeruãt, ex utraꝗ parte cauſſas ac uoluntates perſpiciũt, alijs metum, alijs ſpem adferunt: poſtremò omnia fraude ac dolo malo agunt. quorum perfidia ut legibus damnatur, ita iuſta eſt eorum reprehẽſio & contemptus publicus, qui in explicando iure, ſuſcipiendisꝗ ciuium procurationibus, omnia ignorantiæ ſuæ ambitionisꝗ fœditate deprauant.

IN OMNI ACTIONE ET VITA NIHIL PRAESTAbilius, quàm ut apta uirtute & moderata fortuna contenti eſſe uelimus. Cap. IX.

1 *Ambitioſos homines ad quoduis uitium facilè prolabi.*
2 *Lælius quare in primis ſapiens iudicatus ſit.*
3 *Philoſophiæ ſtudium ad affectuũ moderationẽ, atꝗ animi tranquillitatẽ plurimũ cõducere.*
4 *Ageſilaus quare Apollinis oraculo fœliciſsimus ſit pronunciatus.*


Vam in ipſa rerũ natura, animo atꝗ cogitatione cernimus ex
cellentiam, pręſtabilemꝗ dignitatem, qua cũcta quæ naſcun
tur & fiunt, ſuum habent ordinem & temperationẽ: eandem
nos, qui in æquabili uitæ ratione ſiue grauibus perturbationi
bus acquieſcere cupimus, retinere debemus, ut ab animis no-
ſtris nimia illa honoris fortunæꝗ ambitio abſit.[a] Nam ſicut Paulus apoſto-
lus uetat,[b] ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicem
inuidentes: uixꝗ aliud æquè pernicioſum ſit uitium, atꝗ illa nimia honoris
dignitatisꝗ ambitio: propterea quòd ea, referente Ambroſio,[c] blãda quæ-
1 dam eſt cõiolatricula dignitatũ, & ſæpe quos uita nulla delectat, quos nulla
potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubruere, eos criminoſos faciat ambi-
tio: ita uerè à Cicerone[d] dictũ eſt, difficile admodũ eſſe poteſtatem cupien-
ti ſeruare æquitatem: etiam facillimè eum ad res iniuſtas impelli, qui gloriæ
cupidus eſt: neque miſerius quicquam eſſe ipſa illa ambitione, honorumꝗ
contẽtione. Labefactãt enim & extinguũt omnẽ rationis uim, cõcitatiores
illæ cupiditatũ percuſsiones. Nec contrà aliud uel efficacius ad conſtituen-
dam uitæ placabilitatẽ, uel excellẽtius ad conſequendam rectè factorũ glo
riam conſtitui poteſt, quàm ut toti ex Dei opt. max. uoluntate propenden-
tes, noſtra ſorte, noſtra fortuna ac cõditione cõtenti eſſe uelimus. Neꝗ quic
quam magnopere expetamus, pręter honeſtatem publicam, optimarumꝗ
rerum dignitatem atꝗ laudem, quæ non præcipiti dominandi cupiditate,
non inuidioſis opibus, non populari gratia, non ullis malis artibus, ſed ani-
mi temperatione, rectiſsimorumꝗ officiorum commendatione paratur:[e]
Non enim ulla eſſe poteſt uitę humanæ iucunditas, non mens quieta, & re-
bus præclarè gerendis ſuffectura, quæ non eadẽ ſit ab eiuſmodi affectuum
percuſsionib. libera: quãdo ex omnib. rebus, quæ uel expetẽdæ ſunt, uel fu
giendæ, uix aliud tam ſolicitũ, tam uarijs occupatũ perturbationibus fingi
poteſt, quàm animus humanus ex deprauata honoris ac fortunæ ambi-
tione ægrotans: nihil contrà tam firmum uel ad res ſequundas ornandas,
uel aduerſas moderatè ferendas, quàm ut quę ad bene beateꝗ uiuẽdi ratio
nem pertinent, ea omnia ex nobis propendeãt. Nam & Cicero[f] maximã ſa
pientię laudem ducit, non aliunde pendere: nec extrinſecus, aut bene, aut
2 male uiuendi ſuſpenſas habere rationes: & idem[g] refert Lęlium ob id ma
ximè habitum eſſe ſapientem, quòd omnia ſua in ſe poſita eſſe duceret,
humanosꝗ caſus uirtute inferiores eſſe putaret. In nobis ſiquidem atꝗ affe
ctuum noſtrorum moderatione poſitũ eſt, ut rectè ad uitam compoſiti ui-

a Clement. 1. de regul. et clemẽt. ult. ibi Card. de electio. & idem in clem. 1. not. 3, & 4. de regul. doctor. in l. ſi quẽquam. C. de epiſcop. & cleric. ibi quoque Bald.
b Ad Galat. cap. 6.
c ſuper Lucã. lib. 3. in eandem rationem quædam ſcribit Auguſt. in pſalmos & lib. 14. cap. 11. de Ciuitat. Dei. uide 8. qu. 1. c. illud inferendum. & Ambroſ. in Lucam. d. lib. 3.
d lib. 1. Officior.
e Eandem ferè hãc ſententiam approbat Hieronymus in epiſtola ad Euſtochiũ, & Gregorius in Moralib. cuius argumentum quoꝗ refertur 8. quæſtion. 1. c. ſciendum. §. neꝗ.
f in lib. 1. Officiorum.
g in dialogo de Amicitia.

 deamur.

deamur Nec quarum rerum uoluptate ducimur, aut lædimur offensione, earum uel bonitas uel malignitas ab exteriore aliquo sensu, sed animi nostri bene ac liberaliter à natura conformati moderatione erit censenda. Vt enim phrenetico homini propter rationis egestatem nihil prodest philosophiæ traditio: aut uitioso corporis uentriculo & humorum malignitate affluenti, etiam optimus cibus suum adfert fastidium: sic homini impotenter ambitioso, nihil uel satis, uel uolupe uel salutare esse potest. quādo Ambrosius auctor est, [a] fontem omnium criminum, & quædam tanquam uitiorum genera esse, gulam uidelicet, iactantiam & ambitionem, quæ potentię auiditate ferè nascitur. Et sicut nau s in altū maris euecta, magnis sæpe tempestatibus iactatur, nec eximi undarum procellis, atq; salua in portum reduci, nisi gubernatoris consilio ac moderatione potest: ita mens humana eam, quæ omnibus bonis magnopere est expetenda, uitæ placabilitatē, & quandam ueluti ab omni perturbatione uacuitatē, siue quam Gręci τὴν εὐθυμίαν uocant, consequi, nisi affectionū moderatione, & ut cuncta, quę ad beatam uitam pertinent, ex se propendere uelit, non potest. Vt non iniuria Cicero eorum ambitum & stultam cupiditatem alicubi [b] reprehendit, qui ex iactatione & populari cursu, ex tranquillo dignitatis & fortunarū portu, in medios maximarum perturbationum fluctus, nimia honoris ambitiōe subuersi, se contulerunt. Assuefacienda igitur in omnibus actionibus, mens humana, ut apta uirtute, & composita affectionum moderatione perfruatur: non aliunde magnopere pendeat: sed ut cuncta, quæ ad uitæ dignitatē, præstantissimarumq; rerum laudem atq; gloriam pertinent, in se constituta esse uelit. Ad hanc moderationem consequendam, utile inprimis philosophię studium, quo docemur, ut direpta opinionum temeritate, detractisq; cupiditatibus malis, ex quibus grauissimę animorum perturbationes nascuntur, naturæ finibus contenti esse uelimus. Siquidē Cicero [c] philosophiā omniū artium matrem, deorumq; inuentū ideo uocat, quòd ea nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominū, quod sitū est in generis humani societate, tum uerò ad modestiā, magnitudinemq; animi erudiuit. Magnæ sanè uirtutis est, magni cōsilij, & raræ cuiusdam felicitatis, in ęquabili uitæ ratione sorte sua contentum esse: non conditionis suę pigere, non postulare pręcipuam aliquam fortunam, aut recusare communē, sed moderatē, quęcunque accidunt, ferre, à prauis cupiditatibus solutum, à delictis liberum se gerere ac pręstare: semperq; meminisse non priuatis se cupiditatibus, (quæ tamen ipsæ plenæ sunt omnis perturbationis) sed dignitati publicę atq; laudi natum esse: in eaq; assequenda, nec periculi metu debilitari, nec laboris cōtentione frangi, nec fortunæ deniq; acerbitate concidere oportere. Sensit hoc elegāti illo carmine Claudian. poeta ad Theodosiū Imperatorē scribēs: 3

Si metuis, inquit, si praua cupis, si duceris ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges. Tunc omnia iura tenebis,
Cum poteris rex esse tui.

Et Martialis felicis uitæ partem maximam esse iudicauit, ut quales sumus, tales esse uelimus:

Quod sis, ait, esse uelis, nihilq; malis.

Porrò Agesilaus fertur Apollinis responso iudicatus felicissimus, quòd sorte sua contentus, & ab omni honoris fortunæ'que ambitione liber, intra prædiolum suum se contineret: quemadmodum ueteres quoq; in summa felicitate ponebant, secundum naturam uiuere, hoc est, definitore Cicerone, uita modica & apta uirtute perfrui. Ergo cum optima sit ea uitę ratio, & in cuius perpetuitate constare nobis queamus, nostram ut sortem benignè amplecti, 4

[a] supra Lucā. lib. 3.

[b] lib. Officior. 1.

[c] lib. 1. Tuscu. lanarū quæstionum.

Secundum naturam uiuere.

amplecti, neq; aliunde pendere uelimus, tenenda hæc in omni actione ac
uita moderatio, ne quid præter communem hominum sortem, & eam quæ
nobis contigerit, uitæ, ingenij fortunæq; mediocritatem ambitiose expeta-
mus: habeamusq; in consilio, legem, religionem, iustitiæ præcepta, fidem,
cæterasq; uirtutes: suam cuiq; fortunam. suam omnibus uirtutē faueamus:
neq; committamus ut propter celeres illos, atq; concitatos animorū impe-
tus latius, quàm honesti ratio postulat, progressi uideamur. Etiam eam in
omnibus ciuilibus atq; externis actionibus adhibeamus cōsilij deliberatio-
nem, quam προαίρεσιν Greci appellāt, & qua uel maximè uirtus illa δίκη con
stat, omnis ut uita nostra, ambitiōe mala, temeritate ac scelere careat. Nam
quo magis in maximis præsertim animis splendidissimisq; ingenijs existe-
re solent honoris. potentiæ, ac gloriæ cupiditates: quarum impotentia faci-
le ad res iniustas impelluntur, nec suam agnoscere, nec alienam ferre fortu-
nam dignitatemq; possunt: hoc diligentius nobis, qui uitæ tranquillitatem
expetimus, contrahendi ac sedandi erunt appetitus omnes, excitandaq; a-
nimaduersio, ne uel mentes nostras cupiditates malæ peruagentur, uel un-
quam à sapientis & moderati hominis dignitate discedamus: aut aliunde,
quàm ex nobis propendere uelimus.

NIHIL IN OMNI VITA MAGNOPERE EXPETENdum, quod non cum laude ac dignitate sit coniunctum. Cap. X.

1 Virtutem solam esse, quæ uitæ nostræ breuitatem, gloriæ æternitate compenset.



Vi uitæ suæ cursum in animi contentione, etiā functionis di-
gnitate aliqua ponere atq; locare uolunt, eos oportet res ma-
gnas & excellentes amplecti, neq; ex uniuersa rerum natura
quicquam magnopere expetere, quod non cum laude atque
dignitate publica sit coniunctum.[a] Natura siquidē animum
nobis erectum & excellentem dedit, ad omnem præstantissimarum rerum
laudem ac gloriam cōsequendam. Et dij ipsi immortales hunc ueræ gloriæ
aditum hominibus proposuerunt, ut quæ honesta essent & salutaria cùm o-
cio communi, tum uerò dignitati Reipublicæ, ea expeterent, in ijs ample-
ctendis, curas, uigilias, cogitationesq; suas configerent. Contrà uerò, quæ
turpia forent, magno animi robore fugerent. Et quemadmodum mens no-
stra & ratio diuinitus nobis insita, dies ac noctes nos commonet, & quibus-
1 dam quasi stimulis ad amplectendam rectè factorum gloriam incitat: ita so
la est uirtus, quæ circumscriptos uitæ nostræ terminos atq; breuitatem æter
nitate gloriæ compensat:[b] quæ susceptos nostros pro republica labores me
ritorum memoria sempiterna facit immortales: quæ, ut Cicero ait,[c] in tēpe-
state quieta est, & lucet in tenebris: & pulsa loco, manet tamen & hæret in
patria, splendetq; per se semper, neq; alienis unquam sordibus obsolescit.
Huius autem cursus ad gloriam amplissimus paratur colendæ iustitiæ stu-
dio,[d] præcipuè uerò Reip. gubernaculo: in qua administranda & gerenda,
multis & bonis uiris est apertus campus. Nihil siquidem præstantius exco-
gitari potest, quàm ut liberalibus artibus ad capessendam Rempublicā in-
structi, omnes labores, communis caussa commodi suscipere, & eò cursum
nostrum dirigere uelimus, ut in rebus præclarè gerendis, nihil præter digni
tatem ac rectè factorum gloriam quæsiuisse uideri queamus: quando soli-
da hæc sint ueræ laudis monumenta, quæ in uirtute posita, in officiorum re
ligione ac ingenij industria lucent: Optimusq; hic ciuis sit & habeatur, refe
rente Platone,[e] qui non triumphis aut uictorijs, sed uirtutis commendatio
ne, ac legibus parendi diligentia cæteris præclarè præstat.

a Cicero in paradoxis, et Seneca libro de moribus. Vide Felinū in c. dudum. ad finem propè. de præsumptionib. et distinctio. 2. §. hoc quoq; de pœnitent. gloss. et Cardinal in clement. ult. §. 6. de hæreticis.

b Lactantius Firmia. lib. 6. cap. 5.

c in oratione pro Pub. Sestio.

d distinctio. 2. §. hoc quoq; de pœnitent.

e lib. quinto. de Legib.

QVI IVRECONSVLTVS HABERI, AC REIPVBLICAE gubernacula sibi deposcere, ciuiliumq́ue causarum aduocationem suscipere uelit, eum non moribus solum perfectum esse, sed optimarum artium scientia præstare cæteris oportet. Cap. XI.

1 *Natura comparatum esse, ut ijs inuiti pareamus, qui his ipsis uitijs laborent, quæ in nobis ipsi reprehendant.*
2 *Virtutis uim eam esse, ut etiam in hoste collocatam admirari nos, atq; suspicere oporteat.*
3 *Scelerum ultionem, & priuatorum utilitatem, et publicæ disciplinæ uigorem, desiderare.*
4 *Exempla ex antiquis et probatis historijs proposita, pluribus in rebus uim legis obtinere.*
5 *Inter philosophiæ partes Ethicen iureconsulto in primis necessariam esse.*



VI sibi reipublicæ gubernacula deposcit, ut populo ius dicat,
ciuitatem legibus ac moribus regat, præsidium clientibus, ami
cis opem, ciuibus ingenij sui ac consilij lucem porrigat, quæ
praue, iniuste & cum graui Reipublicæ offensione fiunt, iudi
cijs emendet: eum non solum omnibus eximijs animi uirtuti
bus præstare, sed omni scientia, optimarumq́ue rerum cognitiōe cumulatum
esse oportet.[a] Nam quemadmodum omnia nobis, quæ dignitatis, quę lau
dis, quæ gloriæ plenissima sunt, in exiguo hoc uitæ curriculo non solū imi
tanda, sed etiam percipienda erūt: ita eum qui ius populo dicit, maxime o
portet optimarū uirtutū artiumq́ue commendatione cæteris prestare.[b] Quis
enim hunc feret iuris dicendi sibi sumere auctoritatem, cuius naturam uide
at asperam, & incultam, nulla uirtutum commendatione ornatam, nulla o
ptimarum artium cognitione præstabilem, desertam etiam, & ab omni ho
nesti opinione relictam?[c] Non fert humana ratio, in omnem omnium uirtu
tum pulchritudinem propendens, nō patitur animus liberaliter institutus, 1
ei ut pareamus, qui ijs ipsis uitijs quæ in alijs reprehendenda ducit, impo
tenter effluit.[c] Vt enim ad eorum mores imitationemq́ue libēter effingimur,
in quibus eminens uirtutis significatio atq; splendor elucet, eaq́ue uirtutis 2
uis est atq; potestas, ut eam etiam in hoste positam admiremur: ita nulla pe
rinde res præcipientis tædium parit, atq; morum reprehendenda feritas.
Ante omnia igitur qui ius populo dicit, iustitię significatione, uitæq́ue inno
centia cunctis se commendet: uitia nec ipse habeat, nec in alijs ferat: quoni
am, ut Vlpianus ait,[d] boni & innocentis uiri officio eum fungi oportet: no
centissimorum hominum pronos ad libidinem, ad seditionem ac licētiam
mores non magis legibus, quàm sanctitate sua ab iniuria & flagitijs arceat 3
atq; constringat: quę scelerate, quæ flagitiose fiunt, seuere puniat: quoniam
scelerum ultionem, referente Paulo, & priuatorum utilitas, & uigor publi
cæ disciplinę desiderat.[e] Præcipue autem meminerit, quid, & quo in loco,
apud quē uel iudicare, uel consulere deceat, aut expediat: quia persona, res,
fortuna, casus sæpe faciunt discrimen:[f] tum autem, ut nec nimium lenis aut
misericors, aut asper in iudicando, aut gratię uel odio obnoxius deprehen
dat. Nam cum iudicare munus publicum sit, nō hominis ipse, qui commo
ueri affectibus potest, sed Reipublicę personam gerere debet. Breuiter om
nia uerecunde, & quadam cum temperatione agat, etiam ut fiant mandet,
ne ipsius reprehendi autoritas, & quasi intemperanter gesta uideri possit.[h]
Nam ut Vlpianus dicit,[i] honestus modus seruandus, non immoderata cu
iusq; luxuria sequenda. Qua in re & illa animi præstantia plurimum ualet,
quam nec metus frangat, nec debilitent communium temporum inclina
tiones.

a l. obseruandum. ff. de officio præsid. Iustiniā. in proœmio ff. ueteris. §. ult. l. nec cæterorū. C. de postuland. l. omnes. C. de ijs qui ueniam ætat. impetra.
b l. cæteræ. ff. familiæ hercisc. l. 1. ff. de iust. & iure. & quæ notātur in l. 1. ff. de uarijs et extraord. cognitio.
c 32. quæst. 7. c. iniquū est. & distinctio. 86. c. 1. & c. magna. ex. de uoto.
d in l. cæter. ff. familiæ hercisund. & pertinēt in hoc argumentū, quæ notantur per Pan. Abbat. & glos. in c. cæterum. ex. de iuramēto calumniæ. & l. nemini. C. de aduocat. diuers. iudicior. Barthol. in l. 1. de uarijs et extraordina. cognitio. Abbatem quoq; super rubric. de postulando. l. moris. ff. de pœnis. et l. obseruandū. de Offic. præs. Abbatem in c. 1. de Offic. iudic. et plerosq; alios.
e in l. licitatio. §. quod illicitē. ff. de public. & uectigal. facit l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquiliā. c. nouit. ex. de iudicijs.
f l. in fundo alieno. ff. de rei uendic. l. domū. ff. de contrahēd. empt. l. aut fact. ff. de pœnis.
g l. quippe. ff. de iudicijs.
h l. dies cautioni. §. prætor ait. ff. de damno infect. l. damni. ff. eod. tit. & huc spectat l. omnes. C. de ijs qui ueniam ætat. impetrauer. & l. ult. C. de iurisdictio. omnium iudicum. c. inde corum. ex. de ætat. & qualitat.
i in l. ex damni. de damn. infect.

tiones. Atqui ijs uirtutibus contraria uitia intemperantiæ, cupiditatis, confidentiæ, temeritatis, arrogantiæ magnopere sunt abominanda.

Sed & plurimarum artium cognitione cumulatū esse oportet eum qui ius profitetur. Vt enim res definiri, in partes distribui, quę uera ac falsa sint, quæ consequentia, quę repugnantia, sine dialecticis præceptionibus cerni ac prouideri nō possunt: sic ad amplectenda & retinenda ea quæ iusta, quę honesta & utilia sunt, & cum Reip. salute cōiuncta, opus sępe est eloquentia homines allicere, eorumq; uoluntatem impellere, & in quam uelis sen-
4 tentiam adducere. Multa quoq; sequendarum uirtutum, aut fugiendorum uitiorum exempla, proposita antiquitatis effigie, ex historijs, quæ plerisq; in rebus uim legis obtinent, [a] petenda erunt. Neq; medicinæ omnino indoctum esse iurisconsultum uelim: quando sæpe disputatio de animi, corporisq; morbis atq; uitijs, [b] de uulneratione atq; cæde, & inde secuta morte, [c] de malo ueneno, aut medicamentis, abacto partu, [d] de uulnerum curatione, & eiusmodi alijs incidit, in qua non raro ius dicentis officiū uersatur. Taceo Mathematicas disciplinas, quarū in regundis finibus, agrorum mensuratione, iure alluuionis, terminis motis, & id genus alijs, necessaria iurisconsulto est scientia. [e] Eiusdem sanè officium atq; professionem philosophiæ cognitione maximè constare, ex hoc satis apparet, quòd Vlpianus illi ueram, non simulatam philosophiam attribuat. [f] Neq; dubium est, quin sine philosophorum doctrina, ut ait Cicero, [g] genus & speciem cuiusq; rei nec cernere, neq; eam definiendo explicare, nec distribuere in partes possimus, nec iudicare quæ uera, quę falsa sint, neq; cernere consequentia, repugnantia uidere, ambigua distinguere: nihil, inquit idem, [h] de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de charitate patriæ, nihil de bonis rebus aut malis, nihil de uirtutibus aut uitijs, nihil de officio, nihil de dolore, nihil de uoluptate, nihil de perturbationibus animi, sine ea scientia expli-
5 cari potest. Sed Ethice ualde est iurisconsulto necessaria: quoniā certas uirtutum formas tradit, & eas demonstrationes, & quasi indices ceu iuris fontes continet, ex quibus moderatę & æquabiles legum interpretationes ad definiendas & decernendas caussas frequentissimè sumuntur. Et quando ius de caussis omnibus, quæ in controuersiam ueniunt, dicendum est, neq; ferè caussa sit aliqua, in qua nō de iusticia, de iure, de æquo & bono, de fortitudine, de temperantia, de moderatione affectuum, de pietate colenda, de concordia, de amicitia, de naturę, ciuium ac gentium iure, moribus, constitutionibus, consuetudine, & eius generis infinitis alijs, quęstio aliqua incidat, sintq; præcipuę & partes proprię integri ac sobrij iurisconsulti, uariè ex iusto, ęquo & bono, & pro personarum rerumq; circumstantijs ius definire, [i] dubitare nemo debet, iurisprudentem non solum omnium magnarum artium peritum, sed etiam moribus perfectum esse oportere.

a l. septimo mē se. ff. de statu hominū. l. antiqui. ff. si pars heredit. petatur. l. ultima. ff. de 2. rerū diuisio. l. Cicero. ff. de pœnis. &c.
b tot. tit. de ædilit. edict.
c tot. tit. ff. ad leg. Aquiliam.
d l. Cicero. ff. de pœn.
e Documentō huius sententiæ sunt tit. C. & ff. finium regundor. item de fluminib. de iure alluuion. de termino moto, &c.
f in l. 1. ff. de iustit. & iur. uide l proponebatur. ff. de iudicijs.
g in lib. de Oratore.
h in d. lib. de Oratore. faciūt autem ad rem declarandam, quæ passim traduntur per Panormit. Abbat. & glos. in d. c. cæterū. & l. nemini. C. de aduocat. diuersor. iudicior.
i l. in fundo alieno. ff. de rei uendic. c. pastoralis officij. de caus. possessio. & propriet. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquiliam.

QVIBVS PRAECIPVE REBVS ET IVRISCONsulti dignitas, & multitudinis gratia comparetur. Cap. XII.

1 *Tales esse nos debere, quales haberi uelimus.*
2 *Veræ religionis cultum maximè nos apud plebem commendare.*
3 *Ius dicentis aures omnium querelis patere debere.*



Vm præclarè & prudenter Socrates hanc uiam ad constituendam glorię ęternitatē optimā esse scribat, [k] ut qualis quisq; in amplissimarum rerum functionibus haberi uelit, talis ipse sit. Multę autem sunt uirtutes, quibus iurisprudentis dignitas, & multitudinis gratia comparetur: fundamentū tamen

k Plato libro de Republic. 2. Cicero pulchrè lib. Officior. 2.

perpetuę commendationis conciliandęq; multitudinis est, primùm ut ue- 2
ram religionē, sine qua nullus beatus ac felix respublicę status esse potest,
integritate uitæ ac doctrinę cōplectatur, [a] omnes suas actiones, sensus atq;
studia ad Opt. Max. Dei reuerentiam conuertat, ab ea rectam animi con-
sultationem, recti iudicij seueritatem petat. Deinde ut leges ipsas, quibus
nihil aut præstantius, aut dignius in gubernanda Republ. excogitari po-
test, [b] nō ad animi libidinem, sed Reipublicæ commodum, magistratuum
obseruantiam, & salutem populi conuertat. [c] Nihil sibi ex omni re præter
hanc uitę laudem ac honestatem publicā expetat: alijs ocium, tranquillita
tem, placabilemq; fortunam relinquat, sibi uerò labores communis caussa
commodi suscipiendos esse existimet. Est enim nō solum uirtutis perfectę,
sed etiam hominis cùm natura ipsa moderati, tum uerò optimarū artium
studijs eruditi, commoueri uice publica, eademq; ęquitate continere ciues
omnes. [d] In iure dicendo, (quod quidem omnibus ęqualiter, seuerè & dili-
genter dicendum est) eiusmodi seueritatem adhibere, quę nec gratia, nec
ambitione, nec odio uarietur, sed cōseruetur ęquabilis, [e] adhibere in omni-
bus actionibus constantiam, fidem & grauitatem, quę resistat non solum
gratię, ut Cicero ait, [f] uerum etiam suspicioni: in adeundo se facilem, in con
sultando industrium, in disputando diligentē, in iudicando uerò integrum
& rectum præbere. Ad istum enim modum Cicero pręcipit, [g] ut uelimus 3
facillimos ad nos aditus esse, nostras aures omnium quęrelis patére, nullius
inopiam ac solicitudinem non modò ullo populari accessu ac tribunali,
sed in domo quidem nostra ac cubiculo esse exclusam: in omni deniq; ad-
ministratione nostra nihil acerbum, nihil crudele, sed potius omnia plena
clementiæ, mansuetudinis ac humanitatis esse. Omni deniq; studio &
animo toto in eam rationem incumbere, ut qui nostrę fidei ac tutelę com-
mittuntur, eos ut diligamus, & omni ratione tueamur, eorum consulamus
commodis, & utilitati salutiq; seruiamus. Non admodum difficile, aut
laboriosum est, his conciliandę ac comparandę multitudinis gratia officijs
adsuescere: propterea quòd non tam posita sunt in labore, quàm in qua-
dam inductione animi & uolūtate, quam arripere & retinere quisq; debet.

Fundamentū cōciliandæ multitudinis est uera religio.

a d. l. cæteræ. ff. familiæ hercisc und. Panor. Abb. ic & glos. in c. cæterū. de iuramēt. calum. Bartbol. in l. 1. ff. de uarijs & extraordinar. cognitio. l. nemini. C. de aduocat. diuersor. iudicior. Abbas super rubr. ext. de postuland.

b l. 2. ff. de legib.

c l. nulla ratio. et quæ ibi notantur. ff. de legib.

d loci æquitatis, etiā æqualitatis in omnibus rebus ac caussis seruandæ, antè sunt notati.

e c. cum nō ab homine. extra, de iudicijs. c. cū æterni. de re iudic. lib. 6. l. obseruandum. l. si aliquid. ff. de offic. præsid. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. eo. t. l. in defensoribus. C. de defensorib. ciuitat.

f in epistola ad Q. fratrem.

g in lib. Officiorum. & extāt huius rei exempla in l. 2. ff. de orig. iuris.

COMMVNES QVAEDAM PRAECEPTIOnes de iurisconsulti actione, legitimè ac modestè suscipienda. Cap. XIII.

1 *Non omnibus eandem actionem conuenire.*
2 *Iure ac legibus pugnare, non conuicijs contendere bonum atq; æquum aduocatum oportere.* Et num. 5.
3 *Priuatum odium in agendo ab aduocato alienum esse debere: aut si adsit, illud omnino dißimulandum esse.*
4 *Nihil in uniuersum in iure constitui, quod non in disputationem ueri pertrahi poßit.*
6 *Summopere cauendum, ne quid contra conscientiam agatur.*



T si libro quarto, cap. 1. quales boni & integri aduocati functiones esse debeant, oratione explicare conati sumus, & formandæ actionis uerecundæ atq; honestæ consilium, ex sua quisque natura rectius, quàm ex communibus præceptis capere potest: cum tamen in hoc toto opere eiusmodi aliquem iurisprudentem effingere cupiamus, qui sobrius & prudens, natura etiam & usu callidus esse, legum uim, plebiscita, mores, ac ciuitatis statuta animo notata habere, omnis generis, ętatis, ordinis uenas tenere, multorum mentes ac sensus degustasse, nullius deniq; rei, quæ quidem actionis elegantiam

elegantiam ac uenustatem commendat, ignarus aut negligens uideri possit: non grauabimur communes quasdam liberalis ac honestę actionis pręceptiones subijcere: quarum ratione ac usu informata iuuentus, statim discat ciuilis uitæ coniunctionem atq; societatem, & quod Græci κατόρθωμα uocant, sic amplecti, & in omnibus actionibus tueri, ne qua in re ab officij religione, aut etiam actionis honestate, aut ipsa illa decori obseruatione declinasse argui possit.

Prima igitur cura formandæ actionis sit, ut quid illud ipsum sit quod acturi sumus, & apud quos, & quibus pręsentibus actio ipsa à nobis suscipiatur, longa animi prouisione cogitemus. [a] Nam sicut in uniuerso uitæ curriculo deligenda atq; cōstituenda nobis est honestas, & condecens officiorum ratio, [b] ut quæ agamus, cum decoro omnia coniuncta esse uideantur: ita in actione maximè, quid deceat, & quid conueniat, spectare oportet: [c] propterea quòd alios alia deceant: neq; omnibus eadem actio, neque etiam apud omnes concedatur, & res ipsa, caussa, locus, pętoris, siue iudicis auctoritas, auditorum etiam conditio sæpe differentiam facit: [d] quam tamen quisque sibi, qui animum intendit, & doctrina, etiam usu mediocri conformatus est, subijcere, conuenientemq; rebus ac personis actionem subire potest. Non magnę artis est facere, quod in omni re decorum sit. Cognoscere autem, animoq; pertractatum habere, quid quolibet in loco, & apud quos, & quo modo, & quo tempore deceat, hoc magnæ prudentiæ, perfectæq; uirtutis esse, Aristoteles in Rhetoricis ad Theodecten scribit.

Altera sit, ut omnia agat cùm decenter, tum etiam pro rerum ac personarum qualitate uerecundè ac modestè. Siquidem nihil est uel gratius, uel efficacius ad conciliandas hominum mentes, ipsa illa uerecundia loco ac tempore obseruata. [e] Et pręcipuam uirtutis significationem, ingenijq; laudem agenti adferunt agentis modestia, morum facilitas, moderatio, & uel optimorum ciuium defensio ac propugnatio, uel scelerum ultio Reipublicę caussa suscepta. [f]

Tertia cura adhibeatur, ne actionis ipsius elegantiam ac uenustatem ita captemus, ut nimio illius studio perdamus uiri boni & grauis auctoritatem. hoc est, diligenter caueamus, ne falsa scientię persuasione inflati, tumidi, nostri iactantes, aut nimium de ingenij fama anxij, aut insidi, innocentes capitis iudicio accersire, & bonos diuexare uelle uideamur. [g] Habet enim incredibilem offensionem omne petulans cùm dictum, tum factum: [h] nec aliud perinde offendit cùm iudicis religionem, tum auditorum modestiam, atq; agentis immoderata, & animorum percussionibus affluens actio, à qua uitium naturæ malę, & peccatum stultitiæ abesse non potest.

Pertinebit illud quoq; ad curam atq; sollicitudinem diligentis & sobrij aduocati, ut cum omnibus in caussis ac rebus eam seruet temperationem, ne temerè suis affectibus blandiatur, aut impotenter prauis animorum percussionibus efferatur: [i] tum uerò caueat, ne uel reo, uel eius defensori, conuicium dicat, aut petulanter insultet. Nam cum intemperantis & planè maligni sit animi, qui iure, legibus & æquitate uinci possit, eum contumelia afficere uelle: tum sanè ferenda eiusmodi insolentia in iudicijs non erit, [k] propterea quòd is qui moderatè nihil agere potest, omnia clamore & conuicijs conturbatus, furere & bacchari magis, quàm iudicio contendere uideatur: & qui alienæ existimationis dignitatem conuicio

P 2 lacerat,

a Speculat. tot. illo tit. de aduocato. & tit. de allegatio. & de sputatio.

b Bald. Iason. & alij in l. reprehēdenda. C. de institut. & substitutio. l. quod ex libertate. C. de operis libertor.

c l. si tibi filius. ff. de adoptionib. l. obseruandum. ff. de offic. præsid. l. filius. ff. de condition. institutionū. l. ex imperfecto. de legat. 3.

d l. aut facta. & quæ ibi notantur. ff. de pœnis.

e pulchrè hāc sententiā quoq; tradit Ambros. lib. Officio. 2. et Hieron. ad Pammachiū, de morte Pauli.

f Speculator in d. tit. de aduocato. §. nunc dicendum. & facit pulchrè 22. distinct. c. his igitur.

g l. quisquis. l. ult. C. de postulando. 3. quæst. 7. c. cum infames nō possunt. uersic. itē si quis adeò. l. ult. §. in refutatorijs. C. de appellationibus. l. 1. §. nostrā. C. de iure ueter. enucleando. Speculat. in tit. de aduocato. §. sequitur uidere. & in §. iam nunc tractemus.

h l. 1. ff. de iniurijs. §. sā nunc uidendum. & probantur hæc 11. quæstio. 3. c. ita enim uiri. & c. illa. & c. ira sæpe. & 2. quæstio. 3. c. si quis iratus.

i l. obseruandum. ff. de offic. præs.

k Speculator pulchrè & copiosè in d. tit. de aduocato.

lacerat, nulla præsertim causa iusta commotus, sui animi ex inuidia & ambitione laborantis morbum magis prodat, quàm aliorum detegat mores.[a]

Si quid etiam acrius & uehementius, quàm uel naturæ moderatio, uel usus ferat, dicendum sit, utilis erit illa protestatio: ut quod agimus, non cōtumeliæ, sed iuris nostri conseruandi caussa fieri dicamus.[a]

Ad istum etiam modum, si casus fortè infestus ita tulerit, ut aduersus magistratus, parentes, agnatos, affines, aut eos qui uel nobis domestica societate coniuncti sunt, uel quibus reuerentia debetur, actio sit suscipienda, modestiæ nostræ erit, ut officij nostri rationem, altè caussis petitis, iudicibus comprobemus, seruata in tota actione parentum aut cognatorum pietate, ueneratione atque honore, ne cuiquam debitam reuerentiam detrectasse atque abiecisse uideamur.[b]

Fauorabilior itaque semper erit reorum defensio, quàm accusatio: propterea quòd ea minus inuidiæ, laboris ac contentionis habet, & pluribus defendi rationibus potest, ipsa'que iuris ac æquitatis benignitate quadam communitur.[c] Extant in hac sententiam pulchra in primis præceptio apud Fabium Quintilianum, libro Institutionum Oratoriarum duodecimo, cap. septimo: ad quam uelim iuuentutis consilium imitationemq́ conformari. Nimis enim longum est, omnia hic ascribere.

Et caussa siue actio ciuilis multo est cùm facilior, tum etiam fauorabilior criminali:[d] propterea quod illa ferè circa acquirenda uel amittenda rerum dominia uersetur, hæc uerò conuictis, ac iudicum sententia damnatis, nunc perpetuam infamiæ notam inurat, nunc carceres, exilium, mortem, & eiusmodi calamitates infligat: ac proinde non solum plena sit omnis deliberationis, solicitudinis ac contentionis, uerumetiam periculi.

Qua in re illud quoque breue, sed tamen utile sit præceptum, ut eis, contra quos agimus, criminationem obiecturi, uel aliquid honoris, famæ, uel autoritatis detracturi, cætera omnia exemplo Ciceronis, quod in orationibus illius passim extat, concedamus,[e] eamq́ actionis temperationem seruemus, ut non odio aliquo priuato, aut nocendi cupiditate ad causam accessisse, sed communi uirtutis uoluntate commoti, quæ prauè ac turpiter, etiam cum Reipublicæ offensione aliqua commissa sunt, reprehendere atque accusare uoluisse uideamur.

Qualemcunque autem actionem sibi sumpserit iurisperitus, incumbere in hanc quoque curam debet,[f] ut celeri sententia, uel æquabili transactione lites motæ definiantur:[g] neque contentione nimia fiant immortales: aut ipsi litigatores, quorum cura ac tutela aduocatis committitur, litium expensis ac sumptibus planè exhauriantur.

Atque hac etiam de caussa integro ac recto iurisconsulto cauendum, ne iudicij prorogandi ac remorandi caussa, frustratorias postulet dilationes, aut exceptionibus friuolis litem de industria protrahat:[h] propterea quod utrunque illud planè improbum & legibus damnatum est, proposita pœna duarum librarum auri in eum qui eiusmodi dolo utitur, cum restitutione expensarum, quas uel actor uel reus impenderit.

Antea diximus, eius qui aduocationem suscipit, officia esse, ut doceat, moueat, delectet. Hic monere uoluimus, utile inprimis esse, & planè necess-

a l. si non conuicij. C. de iniurijs. 32. quæst. 2. c. Lotharius. c. quia diligentiam. de electi. & e. Speculator in d. § Iam nūc uidendum. Iason, qui Guliel. Angelum, Baldum, Salicet. et alios refert, in l. illud eleganter. ff. quod quisq. iur. in al.

b 24. quæstio. 3. c. regum officium. uersic ipsis autem principibus. ibi gl. & in c. si apud carnales. ibidem. et distinct. 8. quæ contra l. 1. §. interdictum hoc. ff. de ui & ui armat. Institut. de perpet. & temporal. actio. §. sed & hæredibus. & facit in hāc sententiam l. licet. ff. de obsequijs. l. cessat. ff. de actionib. & obligatio.

c regul. iuris, fauorabiliores. l. nemo ex his. Institutio. de interdict. §. retinend. e. l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio. c. ex hominis. ex. de probatio. 3. quæst. 9. c. iudices.

d 42. distin. c. quiescamus. 7. quæstio. 2. c. ult. l. addictos. C. de appellat. l. ult. C. de probatio. Speculat. tit. de aduocat. §. consequenter. uersic. Cæterum si sit caussa criminalis.

e Multis hanc sententiam probat Speculat. in d. §. cōsequēt. uersic. Cæterum si caussa sit criminalis. tit. de aduocat.

f l. quidam. ff. si certum petatur. l. hæredes. §. de pluribus. ff. familiæ herciscund. cum suis concordantijs. c. cum te consulente. ex. de officio delegat. iudic. c. frequens. de restitut. spoliator. lib. 6. Speculator. in d. §. consequenter. uersic. studeat.

g l. properandum. C. de iudicijs.

h Vide pulc. Speculator. in d. titulo de aduocato. §. ult. uersic. Item sit cautum. & uersicu. porrò cùm aduocatus. & uersic. illud autem certo certius est.

necessarium, ut iudex rectissimè atque lucidissimè doceatur: sed tamen adhibendam diligentē animi curam & obseruationem, ne nimium expresse eas præsertim leges in iudicio allegemus, quibus & caussa nostra potissimum defenditur, & aduersarij defensio confutatur: id'que non ideo solum, ne ansam & causam ipsi multis & magnis disputationibus demus, ipsum etiam iudicem, noua subinde siue opinione, siue legum declaratione turbemus: sed quòd hac ipsa disputatione ueritas sæpe obruitur:
4 propterea quod nihil in uniuersum ita in iure constitui potest, quod non in ueri disputationem pertrahatur: subindeq; alia ex alia iuris ac legum ration e oriatur dubitatio, eaq; incertum faciat iudicij euentum.[a]

Si tamen caussa, res atque usus postulet, ut probationis eorum quæ à nobis proponuntur, aut etiam confutationis eorum, quibus aduersarius contendit, caussa, leges sint in iudicio allegandæ: quod sanè plerunque fieri solet: ibi sanè cauendum magnopere erit, ne uel falsas uel abrogatas, aut nullo certo auctore editas ac promulgatas leges siue canones allegemus: quoniam hæc insolentia, & quoddam affectatum cauillandi studium falsi crimen, ac deportationis siue relegationis pœnam inurit.[b]

Et quando eum, qui ius populo dicit, aut ciuilium ac forensium caussarum procurationem sibi sumit, planè esse oportet uirum bonum, integrum & rectum,[c] propterea quòd sibi professionem artis boni & æqui usurpat:[d] dare operam ante omnia debet, ut ueritatem colat, neq; ab ea, uel ulla uirtute, in mendacium, uel optimarum legum falsas interpretationes, uel etiam cauillationes deflectat:[e] sed talem se omnino gerat ac cunctis præstet, quales sunt leges ipsæ, quæ semper & ubique iubent dignitatem uitæ retinendam esse.

In omni autem actione reuerentiam iudici cum singulari obseruantia adhibendam esse, non eget admonitione aliqua: propterea quòd Io. Pontifex ad Isaac Syracusanorum Episcopum scribat, humani moris esse, illum uereri, cuius iudicio & uoluntate nunc quis erigitur, nunc deprimitur.[f] Et scienter eos lædere, quorum sequenda nobis erit auctoritas, temeritatis: imprudenter uerò, negligentiæ est.

Omnino sanè refugiendum, ne iudicem, de cuius arbitrio atque auctoritate propendemus, offendamus:[g] quoniam periculosum admodum est, caussam iure ac legibus, etiam æquitate defendere ac retinere posse, iudice nobis irato & offenso: ac proinde etiam non temerè committendum, ut eum iudicem, ad quem caussæ cognitio pertinet, temerè recusemus,[h] propterea quòd ipsa illa recusatio non leuem offensionem iudici adferre solet.

Sed nec partis aduersariæ aduocatum siue patronum proteruè & petulanter ad rixam atque contentionem prouocabit.[i] Nam ut insolentiæ cuiusdam est, alterius famam & dignitatem calumnijs obterere, aut iniuriosius aliquem tractare, superbius'que appellare uelle: ita ciuilis humanæ'que
5 coniunctionis est, in iudicijs & ciuium congressionibus de caussa potius contendere, quàm certare calumnijs mutuis. Sed nec prouocatus quidem conuicia temerè ac cupidè reijciet: ne dum uterque aduocatus priuatum suum odium aut uindictam exercet, caussa ipsa, quę ad litigatores pertinet, planè negligatur.

a Vide Speculatorē. tit. de aduocato. §. Consequemur. uersic. Item caueat ne alleget. & toto tit. de allegatiō. et disputatio. in Authent. de tabel §. si uerò indignus. coll. tio. 4. l. non dubiū. C. de legibus. l. 2. §. tractari. ff. ad senatuscons. Trebelli.

b l. 1. ff. ad legē Cornelīā de falso. & l. eos. l. diues. l. ult. e. t. & in C. de institua. C. confir. §. hūc igitur. et §. hæc itaq; leges. C de ueter. iure enucleand.

c l. cæteræ. ff. famil. hercisc und.

d l. 1. ff. de iust. & iure. l. 1. ff. ff. de uarijs & extraord. cog.

e l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudicijs. l. ab Anastasio. C. mandat. l. 2. C. de iurament. calumniæ. Speculat. pulchrè d. tit. de aduoc. §. ult. uersic. qui enim falsam legē pro uera alleg. &c.

f Extat 16. qu. 2. c. uisis literis. facit 63. distin. c. cū Adrianus. l. ult. C. de Off. diuersor. iudic. Speculat. d. tit. de aduocato. §. hic dicendum.

g l. non distinguemus. §. cum quidam. C. de iudic. 3. quæstio. 5. c. quia suspecti. & c. cum inter. de exceptionibus. & c. secundo requiris. de appellationibus.

h Speculat. in d. tit. de aduocato. §. ult. uersic. Item si cautus ut nihil dicat.

i Speculator in allegato iam loco. uersic. item cautus sit. & adfert exemplum distinctio. 46. c. seditionarios. & 45. c. qui emendat. Pulcherrimè Fab. Quintilian. lib. Institutionum Oratoriarum 12. cap. 9.

Ad has curas atque solicitudines quoque pertinebit, ne cupidè & ullius quæstus studio commoti, sine iudicio, sine discrimine quamcunque actionem suscipiamus: aut quicquam committamus, quod à uiri boni existimatione atque dignitate publica uideri posit alienum: [a] sed hoc intueamur, hoc spectemus, in eo animi curam defigamus, ut excellentium quarundam & singularium uirtutum opinionem, in qua uitæ splendor & pulchritudo enitescit, de nobis cunctis adferamus.

Postremò, cum propriæ partes atque actiones ueri & integri iurisconsulti sint, in consilijs, in rebus agendis, in iudicijs, singularem animi prudentiam, in patrocinio siue aduocatione fidem, in negocijs rectam iuris æquabilitatem præstare ac retinere: cauere magnopere debet, ne quid agat contra conscientiam: [b] sed suas potius actiones ad iustum Dei iudicium, quod spectandum omnibus erit, conformet. 6

Si quis in hanc rationem plures præceptiones requirat, legat quæ Cicero & Quintilianus elegantissimè tradunt, in suis Oratorijs institutionibus, & Speculator titulo de aduocato. Item de disputation. & allegation. multis explicat.

[a] l. obseruandum. ff. de offic. præsid. Speculator. tit. de aduocat. §. hic dicendum. uersic. præcipuè autẽ circa. [b] l. rem nõ nouam. §. patroni. C. de iudic. Speculator in d. tit. §. ult. ad finem. & uersic. Item etiã caueat, ne caussam contra conscientiam.

QVIS STVDIORVM NOSTRORVM, DECVRSO iam ætatis flexu, finis esse debeat.

Cap. XIIII.

1 *In omni ætatis parte honestissimum esse, reipub. inseruire commodis.*

2 *Corpore uerò præ senectute nimia fracto, cum reipub. functionibus præesse amplius non possimus, sacrarum literarum lectioni incumbendum esse.*

3 *Quòd hæc tanquam portus sit, atq; perfugium omnis humanæ molestiæ.*

4 *Sacerdotes olim à reipub. muneribus non abfuisse.*

5 *Diuersa rerum studia, tum legum uariationem parere, tum reipub. status permutationem inducere.*

6 *Veram & æternam philosophiam hanc unam esse, Deum agnoscere.*



Ecurso ætatis nostræ flexu, eiusq; curriculo in Reipublicæ gubernaculis, in fori luce, in iudiciorũ seueritate, ciuilibusq; negocijs elaborato, prudentiæ erit eiusmodi aliquem studiorum fructum, & tanquam anteacti laboris portum quærere, in cuius tranquillitate ocium cum dignitate aliqua amplecti & tueri queamus. [c] Nam sicut senectus, cuius improuisa sæpe est celeritas, non ualetudinis solum, sed etiam animi ingenijq; adfert debilitatem: neq; eadem, quæ in florente ætate se profert, esse potest studiorum intentio, committendum non erit, ut quarum rerum studijs atque officijs dignitas aliqua parte & constituta nobis sit, earum usum uel uniuersum deseramus, ætatis tædio affecti: uel eas res suscipiamus & retineamus, quarum magnitudini infirmitas nostra non sit suffectura: quando illud ingenij pigri, & uerè ram gloriæ lucem refugientis, hoc uerò confidentiæ nimiæ uideri posit. Est enim in primis honestum ac magnificum in omni ętatis curriculo, Reipublicę seruire commodis, neq; ullum officium detrectare, quod quidem 1 uel cum bono communi coniunctum sit, uel confici à nobis posit. [d] Et sicut ętate inclinante, cuius ferè infirmitas immutare ac minuere solet omnia, ingenij, naturę, animi, uocis, spiritus, auditus, corporisq; bona, non multa & magna officia in Rempub. cõferre possumus: ita sane ea demum sunt solida et uera officia, quę in optimarũ rerũ studijs, in iuris publici professiõe, ac literarum

[c] In hanc rem quædam sunt dicta lib. 1. cap. 1. Improuisa senectutis celeritas. [d] Iustinia. in proœmio ff. ueter. §. hæc autẽ tria uolum. et §. illud uerò satis. Clement. pastoral. cura. de sentent. & re iud. c. fundamenta. de electione. lib. 6. pulchrè Cicero lib. 1. de Offic. & in Philip. 1. & in oratiõe pro Publ. Sestio. et Isocrates ad Demonicum.

literarum monumentis nulla ætatis memoria intermoritur is locatur. Nam
& ætas, quæ quidem non plane fracta ac corrupta sit, propè est nulla, quæ
non hoc ipsum, quod longo rerum usu ac scientia didicerit, optimè docere
alios, aut literis saltem mandare possit. Et is uel maximus studiorum no-
strorum fructus est, & quo præcipuè declinantem ætatem ab omni solitudi
nis tædio uindicamus, sedere uidelicet domi in solio, & de iure cunctis,
qui consilium requirunt nostrum, respondere optimè posse: quod à maio-
ribus nostris, ut antè diximus, magna cum laude ac gloria factum est, & no
bis quoque faciendum erit. Ac proinde cum propter naturę ætatis'que
languentis debilitationem ferre ac sustinere ciuiles ac forenses actiones
amplius non queamus, non tamen ea quoque studia, quorum utilitas ad
Reipublicæ partem aliquam pertinere uidebitur, deponenda erunt: sed
excitanda diligentia, ut leuiore quadam opera uel alios docere, & de iu-
re libenter respondere, aut literarum monumentis ingenij nostri commen
tationem exercere uelimus. Semper enim, & in omni uita quærenda est
Reip. utilitas, cuiq; quocunque etiam officiorum genere, seruiendum est, ut
libro primo diximus.

Optimũ est docere alios libenter, quod quisq; didicerit.

Pulcherrimum officij munus, de iure respondere.

2 Quod si hęc quoque officia pręstari à nobis in maiori quadam corpo-
ris debilitate non queant, ne tamen segni quodam ocio languescamus, am
plectendum nobis erit eiusmodi aliquod literarum studium, cuius & iu-
cunditas ætatis tædium fallat, & utilitas mentem nostram atq; rationem ad
Iesu Christi agnitionem uoluntatemq; conformet. Tale est, ut libro primo
quoque annotauimus, sacrarum literarum studium, in quo optimus quis-
que nedum operam ponere suam, sed in eo acquiescere ac intermori debet.
Cicero in libris de Oratore, audacter omnium philosophorum bibliothe-
cis anteponit duodecim tabularum libellum: ego sanè hoc mihi audacter
quoque sumo, si quis omnium ueterum philosophiam, omnes humanita-
tis artes, legum fontes ac capita, omnium præstantissimarum rerum studia
spectet, solas tamen esse literas sacras, quæ & auctoritatis pondere, & utili-
tatis ubertate omnia hæc superent: propterea quòd nulla uetustatis effigi-
es, nulla constituendæ politias ratio, nulla uirtutum forma aut rerum expe
tendarum & fugiendarum præceptum fingi excogitariq; potest, cuius non
plurima illinc petantur exempla. Fuitq; hæc caussa, ut opinor, præcipua
summis illis uiris, ingenio, doctrina & elegantia præstantibus, quales fue
runt Origenes, Iustinus, Pantænus, Cyprianus, Lactantius Firmianus,
& innumeri alij cùm philosophi, tum oratores clarissimi, quamobrem
3 decrescente ætate, depositis ciuilibus negocijs, totos se ad sacrarum lite-
rarum studium, tanquam portum, & certissimum omnis humanæ mole-
stiæ perfugium, contulerint. Nam ut de Bibliorum, quorum incredibi-
lis quædam nuper fuit neglectio, pręstabili dignitate atque utilitate pau-
ca dicamus, cum Moises quinque suis libris ueram philosophiam, ue-
ram pietatem complectatur: quorum primus qui Genesis inscribitur, o-
riginem & caussas rerum omnium, hominis item ortum & infestum ca-
sum, eiusq; restitutionem, peccati item ultionem ipso diluuio inuectam,
sanctorum quoque patriarcharum mores, religionem, illustria dicta & fa-
cta, perpetua historia describit. Secundus uerò, qui Exodus dicitur, libe-
rationem Israelitarum contra Pharaonis impiam præpotentiam, pactio-
nem panis cœlitus depluti, magistratus creationem, legum'que promul-
gationem, institutionem item religionis, cæremoniarum, & rituum, &
quandam politias inchoationem siue formam indicat. Tertius autem di-
ctus Leuiticus, quoddam tanquam ius Pontificium est, propterea quòd
in explica-

Sacrarum literarum studia.

Caussa quamobrem magni olim rhetores, deposito ciuilium ac forensium caussarum studio, ad sacras literas se contulerint.

Neglectio Bibliorum.

Argumentum librorũ Mosis.

Genesis.

Exodus.

Leuiticus.

in explicatione politicæ uitæ pulchrè declarat, quàm deceat sanctos, innocentes, & pia cùm doctrina, tum etiam uitæ sanctimonia eos esse qui ecclesiæ sanctè ac benè administrandæ præficiuntur. Et huic additus liber quartus, dictus Numerorum liber, ob institutum fortè Israhelitici populi censum, qui permulta, quæ ad religionem & politiam, etiam Reipublicæ functiones pertinent, tradit: docetque præcipuè, nec pontifices olim à Republicæ negocijs, nec magistratum à religione abhorrentem fuisse. Vltimus autem liber Deuteronomion, enchiridion & tanquam totius philosophiæ cœlestis compendium est: & in quo non solum legis diuinæ decalogus, admirabili iudicio atque ordine explicatur, sed ita sunt temperata omnia, ut nec quicquam in illis ex omnibus humanis legibus, quæ tamen penè infinitæ sunt, desiderari posit, & tamen omni ætati, ordini atque sexui conueniant. Cum hæc ita, ut diximus, se habeant, non uidemus, quæ philosophia, quæ legum tabula, quæ politias ratio uel ad cõstituendam, uel retinendam felicis ac beatæ uitæ æternitatem comparari cum illis possint. 4

Numerorum liber. *Deuteronomiũ.*

Iam uerò, si quis animũ in eam, quam Iosuæ liber habet, terræ sanctæ Geographiam, & optimi principis populique obsequentißimi descriptionem intendat, aut ea iudicia, consilia uaria, & plerunque incertos eorũ euentus, terribiles rerum cùm motus, tum etiam temporũ communiũ perturbationes, & quoddã religionis etiã ueræ cum superstitionibus falsis susceptũ certamen ex libro Iudicum & Ruth obseruet: aut duos illos Samuelis, ac duos item Melachim siue Regum libros ad animi iudicium reuocet, intelliget nimirum hos maximè non solum ad ciuilis uitæ coniunctionem colendãque pietatem conducere, sed & eos ex omnibus bibliorum libris obseruandos præcipuè esse. Nam sicut liber Iudicũ Democratiæ, siue Aristocratiæ summam quandam delineat, ita Samuelis & Regum historia, quòd uaria rerum studia, admirabilem legum uariationem, multiplicem religionis cùm obseruationem, tum neglectionem, insignia uirtutum ac uitiorum exempla, bonorum & malorum hominum descriptiones contineat, quandam ueluti Monarchiam ob hominum oculos ponit inspiciendam. 5

Liber Iosuæ. *Libri Samuelis, et Melachim, siue Regum.*

An non liber Hester stultam illam, insanam & ambitiosam, omnis superbiæ, calumniæ, fraudis & impietatis plenam uitam aulicam: Esdras, contrà, diuinæ erga nos clementiæ & factæ promissionis ueritatem, ipsa captiuitatis Babylonicæ liberatione propositam: Nehemias optimi principis, & de omnibus Reipublicæ partibus mirè solliciti: Iob uerò admirabilem hominis adflicti, & uniuersam spem atque fiduciam in Deum ponenus patientiam describit: Longum est recesere, & dictu quidem incredibile, quanta utilitas ad uitam rectè & sanctè instituendam diligens et asidua psalmorum, prouerbiorum, canticorũ & prophetarũ, adeoque omnis sacræ scripturæ lectio adferat, ut hoc in loco Euangeliorum atque apostolorum, etiam tantorum patrum scripta silentio prætercam: quorum ut non solum perutilis, sed planè necessaria est lectio homini Christiano: Ita cum sola hæc uera & æterna sit philosophia, agnoscere Deum, ex eiusque obseruãtia & uoluntate perpetua, certa fide ac fiducia propendere, eumque tanquam patrem & redemptorem nostrum uitæ innocentia colere atque obseruare. Huius autem philosophiæ partes omnes, non philosophorum nugis, sed sacræ scripturæ ueritate explicentur, optimè sanè & fidelißimè studia posuerit, qui plurimum studij, laboris, & industriæ in amplectendis literis sacris, cùm in omni ætate, tum uerò parto & constituto quodam uitæ atque officiorum ocio, ab omni inuidia & ambitione liberimpenderit. 6

Hester. Vita aulica omnis ambitionis & impietatis plena. *Esdr.ii.* *Nehemias.* *Iob.*

OMNES IVRIS ATQVE LEGVM PRAECEPTIO-nes, omnes uitæ actiones, ad diuinæ legis decalogum referendas esse. Cap. XV.

1 *Prima caussa legis Diuinæ latæ, quæ sit.*
2 *Altera caussa.*
3 *Tertia caussa.*
4 *Cognationem quandam inter legem Diuinam atq; humanam esse.*
5 *Vim autem legis naturalis siue humanæ, atq; Diuinæ, plurimum differre.*
6 *Cogitationes in iure ciuili rarissimè puniri, si non in actum erumpant. secus esse in lege Diuina.*
7 *Primum Dei præceptum ueræ religionis cultum complecti.*
8 *Iuramenta quomodo moderanda sint, secundo Dei præcepto edoceri.*
9 *Exorcismos atq; sortilegia iure Diuino inhibita esse.*
10 *Diuersa feriarum genera non sine ratione à maioribus constituta esse.*
11 *Quartum Dei præceptum, quod parentum uenerationem mandat, etiam ad magistratus extendi.*
12 *Opera carnis quæ sint, quorum operatores regni Christi exhæredes esse.*
13 *Matrimonium qua ratione sit à Deo institutum, & quomodo illud sit obseruandum.*
14 *Vsuras omnes Deum abominari.*
15 *Iureconsultos periurij pœnam ad solum Deum ultorem referre.*
16 *Nihil præstantius homini à Deo concessum esse oratione.*
17 *Periurium fieri multis modis.*
18 *Vix umbram ueteris disciplinæ in ciuilibus negotijs hodie extare.*



Vemadmodum in uniuerso hoc opere studio nobis fuit, certam aliquam & ueram iurisprudentiæ usurpationem tradere, ad quam conformata iuuentus, statim disceret publicè priuatimq; iustitiam exercere: ita in postrema hac operis parte commonere uolumus, omnes iuris atque legum præceptiones, omnes uitæ actiones ad diuinæ legis decalogū referendas esse. Iacent enim in situ & squalore omnes omnium hominum constitutiones, nisi diuinæ legis, quæ sola iustificationem nostri continet, luce ac splendore illustrentur. nec lex ulla aut uitæ præceptio habenda est, quæ à Dei uoluntate, ex qua salus nostra propendet, dissentiat. Est autem magnus & pernecessa-
1 rius cùm usus, tum cognitio legis diuinæ. Nam cum Christus à nobis uitæ actiones requirat, edita est lex primùm, in qua, ceu tabula quadam, expressam & perfectā Dei iustitiam agnosceremus: memoresq; iniustitię ac infirmitatis nostræ, imploraremus eam gratię medicinam, quæ solo in Iesu Christo est. Non enim, ut Paulus Apostolus refert, lex propter iustos, qui præceptione nulla egent, lata est: sed ijs proposita, quorum immanis acerbaq; natura furore atq; peccandi libidine incensa, omnia impietatis, homicidij, fornicationis, parricidij, atq; eiusmodi scelera anhelat: neq; nonmodò animum integrum, sed ne animam quidem puram in hac uita conseruat. Et cum mali & nocentes homines, nulla uirtutis uoluntate commouerantur, nullam recti aut iusti curam, nisi inuiti & coacti gerant, lata lex diuina, cuius acerbitate pœnarumq; metu deterriti, à uitiorum turpitudine
2 declinarent, & se ad uitæ innocentiam amplectendam dederent. Altera latæ legis diuinę caussa est, quòd Christus non solum honestas actiones externas, quibus uirtutum ac innocentię fama comparari solet, sed etiā internas affectiones plenas omnis pietatis, fidelis beneuolentiæ ac dilectionis erga proximum nostrum, præcipuę uerò reuerentiæ erga ipsius maiestatē à nobis efflagitat. Nam quando noxialis pomi morsu ac miserando

Vsus & cognitio diuinæ legis.
Lex diuina qua re edita sit.
1. ad Timot. 1.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Adæ & Euæ lapsu in hanc naturæ nostræ deprauationem coniecti sumus,
nihil ut bonitate uel uirtute præstans nostris uiribus efficere queamus, uo-
luit suis nos præceptis Deus obstringi, ut recordatione eorum quæ præce-
pta nobis essent, uiriũ nostrarum impotentiam agnosceremus: nostramq;
Paulus ad Roma. 3. cap. confidentiam, superbiam, arrogantiam plane abijceremus. Siquidẽ ex legis
cognitione oritur peccati nostri agnitio. Illa enim indicat & declarat, quid
sit homini natura tributũ, quæ actionum nostrarum deformitas, quæ natu-
ræ deprauatio, quæ uirium nostrarum imbecillitas, & in hac summa impo-
tentia arrogãs quædam nostri confidentia. Et quoniam corrupta nostra na
tura uiriũq; infirmitas facile arguit & conuincit, legi nos parẽre ac satisface-
re non posse, fit, ut eam magno odio prosequamur, optemusq; eius uinculo
dissolui, eò prorũpere, quò libido, quò furor, quò uiolentia, quò peruersa et
Ezech. cap. 18. & 33. profusa quædam naturæ intemperantia rapit. Sed Deus, qui non peccato-
ris morte, sed uita ac salute afficitur, hãc nostram insolentiam lege coercet,
& pœnarũ metu à flagitijs ad uitæ innocentiam reuocat. Estq; hic præcipu-
us legis effectus, non ut ea nos beet aut saluos faciat, quod lex facere non
potest, sed ut proposito bonorum & malorum præmio, etiam iusta Dei uin
dicta, in peccati nos odium, in contritionem, in abnegationem nostri con-
uertat: ut quanto longius absumus à legis perfectione, tanto uehementius
imploremus infinitam Dei erga nos clementis misericordiam. Tertia cauſ-
sa ea est, ut cum legis metu à peccatis deterreamur, admissiq; sceleris consci- 3
entia tacti, ad Dei casum nostrũ infelicem miserantis clementiam confugia
mus: tum uerò ex legis præceptis maximè cognoscamus, quæ sit ipsius uo-
luntas, cui nos cum summa obseruantia atque obedientia, quam Christus
Dei præcepta quid conferant. Recta opera quæ sint. præcipuè desiderat, parẽre oportet. Continent enim Dei pręcepta omnem
ipsius uoluntatẽ, & ea opera, quæ per fidem, iustificationem adferunt: quan
do ea uera, solida & recta sunt opera, quæ ex obseruatione præceptorum
Dei exoriuntur.

Cognatio legis diuinæ atq; humanæ. Lucæ cap. 10. In l. iusticia. ff. de iustit. et iure. Est autem quædam cognatio diuisionis legis diuinæ & humanæ. Nam si 4
cut Christus legem uniuersam in duo capita distinxit, ut alterum Dei, alte-
rum proximi amorem & dilectionem contineret: hoc est, Deum ex toto
corde, ex tota anima, ex totis uiribus diligeremus, & proximum sicut nos
ipsos amemus: ita iurisconsultus iuris capita facit, ut honestè uiuamus, ne-
minem lædamus, & suum cuiq; tribuamus: quorũ illud ad Dei, in quo om-
nis uitæ honestas residet, obseruantiam ac uenerationem refertur, hoc uerò
utrunq; cum hominum dilectione & ciuilis uitæ societate est coniunctum.
Decalogus, quare à Deo institutus. Admirabilis uoluntas Dei in seruandis præceptis. Et sicut ad hæc ipsa capita, omnes leges, omnes hominum constitutiones,
plebiscita, senatusconsulta, statuta, prætorum edicta, consuetudines ac mo
res referri poterunt: & tamen maiores nostri his positionibus nõ contenti,
uoluerunt plurima legum capita facere: ita Deus quęcunq; uel ad ipsius ti-
morem, uel proximi charitatem pertinerent, uoluit decalogo explicare, ne
qua breuitatis prætendi posSit excusatio. Porrò admirabilis est Dei uolun-
Leuitici 18. tas & præceptio, qua suam legem custodiri mandat. Nam & ijs qui in lege
Ezechiel. 18. Dei acquiescunt, æternam benedictionem & salutem pollicetur: & contrà
Leuit. 26. mortis terrore eos afficit, qui ipsius legem transgreſsione impia conuellũt.
Deuteron. 28. Qui fecerit, inquit, hęc, uiuet in illis: & contrà, anima quæ peccauerit, ipsa
Christus in uniuersa lege sua præcipuè requirit obedientiam. morietur. Ita Moses: Obserua, ait, & audi omnia, quæ præcipio tibi, ut bene
sit tibi & filijs tuis post te in sempiternum, cum feceris quod bonum est, &
placitum coram Deo tuo. Adeò Deus in uniuersa lege sua, quæ perfectæ
Lex perfectæ iustitiæ regula est. iustitiæ regula est, nihil perinde expetit, atq; obedientiam.

Magna autem differentia est inter uim legis naturalis & diuinæ. Illa e- 5
nim nullum uerum & legitimum Dei cultum, hoc est iusticiæ, sanctitatis

ac innocentiæ obseruationem continet, nec cognitionẽ iustificationis nostræ explicat. Hæc uerò lex diuina nos docet, Deum esse salutis nostræ auctorem, eiusq; diuinitati soli gloriam, amorem, obseruantiam, atq; reuerentiam à nobis deberi. Hęc proposita ueræ iusticiæ cõmendatione, nos commonet, nihil nostro arbitrio aut uoluntate confici posse, sed omnes conatus nostros ex illius uoluntate propendere. Hęc nos impellit, ut iusticiam semper & ubiq; colamus: propterea quod & Deus iusticiã diligat, & abominetur iniquitatem. Quotiens enim naturę nostræ deprauationem cum legis iusticia conferimus, totiens usu & re ipsa comperimus, quàm procul absimus à uoluntate ac lege Dei. quàm etiam non solum indigni, ut eius filij, sed et creaturę nominemur. Quo sanè fit, ut ipsa illa cogitatio imperfectionis atq; impotentiæ nostrę statim conscientiam deterreat, ac pauidam

Differẽtia inter uim legis ciuilis & diuinæ.

6 faciat, ipsa illa adimplendæ legis diuinæ desperatione. Altera quoq; legis utriusq; differentia est: quòd humanę leges, etiamsi uoluntatem & propositum nõnunquam puniant[a], plerunq; tamen semper externum actum, & commissa flagitia spectant. Sic enim, qui Reipublicę tranquillitatem seditione turbauerit, aut nouercam suam adulterauerit, aut uirginem ad stuprum rapuerit, aut fecerit cędem, aut parentem occiderit, aut eiusmodi alio sceleris flagitio se constrinxerit, legibus punitur.[b] Ac diuina lex non solum nos admissi sceleris culpa uacare uult, sed etiam requirit puram, integram, & ab omni peccandi cogitatione relictam mentem.

a Diuus Adrianus. ff. ad l. Cornel. de sicarijs. l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiest. d. d. in l. si quis non dicã repet. C. de episcop. et cleric. l. 1. ff. de uar. & extraord. cognitio.

Ita enim Paulus dicit legem spiritualem esse: significans, in legis diuinæ obseruatione omni nos culpa carere, & planè innocentes esse oportere. Sed & hoc quoq; discrimen facit, quòd humanæ leges simpliciter, quid faciendum sit, aut cauendum, pręcipiant: ueluti, quod quisq; iuris in alterum statuit, ut ipse eodem utatur,[c] in ius uocati ut eant, aut satis uel cautum dent.[d] Qua quisq; actione agere uult, prius eam edat.[e] Contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta rata non habeantur.[f] Qui fidem licitę transactionis ruperit, summoueatur non solum exceptione, sed pœnam quoq; promissam præstet.[g] Sed diuina lex, quę suas synecdochas habet, etiam ea uel pręcipit, uel uetat, quę certis uerbis non exprimuntur. Itaque cum CHRISTVS pręcipit, ne occidamus, non solum uult, ut manus nostras à cæde facienda domitas habeamus, sed etiam ut expediendę salutis caussa omnia pro fratre nostro periclitante, & in uitę discrimen adducto faciamus: eum quibus possimus præsidijs propugnemus. Vult enim Deus, ut fratrem nostrum in fidem, defensionem ac tutelam nostram recipiamus, proximumq; nostrum non aliter, quàm nos ipsos amemus, diligamus, obseruemus.

b ad l. Iuliam maiest. ad l. Iuliam de adult. de raptu uirginum. ad l. Corneliam de sicarijs, & tot. tit. C. de ijs qui liberos uel parent. occider.
c ff. e. t.
d ff. e. t.
e ff. de edend.
f l. contra. ff. de pact.
g l. qui fidem. ff. de transactionibus.

7 Est autem primum iusticiæ fundamentum, primum quoq; Dei mandatum, uerus Dei cultus, ne uidelicet Deos alienos adoremus: sed ut Deum religiosè colamus, quod & Pomponius pręcipit.[h] Nulla enim iusticia, nulla uirtus, nulla rectè factorum laus constare, aut uim suam retinere potest sine religione. Quare uera & recta religio, nulla disciplina mala, aut idololatrię uitio infecta adhiberi debet, qua instructi nihil pręter Dei maiestatem, obseruantiam, atque uenerationem expetendum esse putemus, in eius admirabili clementia curas nostras, spem atque fiduciam ponamus: huius in rebus prosperis benignitatem, in aduersis alleuationem obseruemus: ex eius uoluntate certa fiducia semper propendeamus. Siquidem uerę religionis partes sunt, Deum Opt. Max. summa ac perpetua ueneratione adorare: illum in omnibus uitę actionibus, in omni animi mœrentis & sceleris conscientia afflicti perturbatione inuocare:

Iusticiæ fundamẽtũ primũ uerus Dei cultus.
Leuit. cap. 19. & 26.
Deuteron. 4.
Psalm. 81.
b in l. ueluti. ff. de iusticia & iure.
Religio uera quàm necessaria sit.
Veræ religionis partes.
Ioan. 3.

care: illi propter immensam ipsius erga nos misericordiam ac pietatem,
qua nobis unigenitum filium suum dedit, ut seruaremur per ipsum, certò
fidere: illi quoque soli gratias cum laudis prędicatione sempiterna agere:
neque committere, ut uel superstitione impia, uel prodigiosis ceremonijs
deprauati, uerum & uni illi Christoq́ filio eius debitum honorem ad deos
alienos referamus: quoniam Dominus non uult honorem suum cultu ali-
eno profanari, propositis grauissimis comminationibus & pœnis in eos,
qui idololatriam impiè exercuerunt. Extant horum omnium exempla
Deuteronom. cap. 4. apud Hieremiam cap. 5. Item Deuter. 17. & 27. 28. 32.

Alterum Dei pręceptum est, ne ipsius nomen in uanum sumamus. Iu-
risconsulti maximum remedium expediendarum litium cônstituunt in iu-

a l. 1. l. nō erit. uersic. sed si quis. ff. de iureiurand.

risiurandi religione, [a] si modò iusiurandum eiusmodi non sit illicitum, scili-
cet improbatę publicæ religionis: qua de re libro quinto, cap. 18. diximus.
Sed hoc Dei mandato monemur, ut sic iuramenta moderemur, ne uel te- 8
meraria sint, uel promiscua, uel libidinosa ac friuola: sed uel uindicandæ
Dei glorię, uel defendendæ innocentię, uel iustæ deniq́ necessitati pręs-
stita. Ita enim Leuit. 19. pręcipitur: Non iurabitis, inquit, per nomē meum
in uanum, neq́ prophanabis nomen Dei tui. Et ibidem cap. 24. Quicunq́
maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum. Apud Zachariam 8. Non
cogitabitis malum in corde uestro, unusquisq́ contra proximum suum, &
iuramentum falsum ne diligatis: quoniam omnia ista sunt quæ odi, dicit
Dominus. Iacobus cap. 5. uetat omnino, ne temerè iuremus, aut per cœlū,
aut per terrā, aut aliud quodcunq́ iusiurandū. Extat simile præceptum
Ecclesiast. 23. Deinde mandatum quoque arguit eos, qui maledictis cer-

Exorcismi.

tant, & malè cunctis precantur. Item qui exorcismis utuntur. Non respi- 9
cietis, inquit Leuit. cap. 19. post Pythones, neque hariolos inquiretis, ut
polluamini in eis. Deuteronom. cap. 18. Non inuenietur in te exercens
sortilegia, obseruans dies augur, & magus: aut exercens incantationem,
consulens Pythonem: diuinus, aut qui à mortuis sciscitetur ueritatem.
Abominatur enim Dominus omnem, qui ista facit. Habet etiam hęc pręs-
ceptio uim affirmatiuam, ut rectè scilicet utamur iuramento.

Tertium præceptum subiungit: Sabbatum, inquit, sanctifices. Maio-
res nostri, qui rempublicam & ciuitates legibus fundauerunt, ferias &

b tot. titulo. ff. & C. de ferijs.
c in l. 1. ff. de ferijs. DD. ibi, & pulchrè Azo in summa, e. t.

dilationes statuerunt, [b] ne quis messium uindemiarumq́ tempore aduer-
sarium cogat ad iudicium uenire: quia occupati, ut Vlpianus ait, [c] in
forum uenire compellendi non sunt. Volueruntq́, ut aliæ ferię essent re- 10
pentinę, quas Imperator indicit: alię solemnes, uel ob Dei reuerenti-
am, uel honores Principum & ciuitatum, uel hominum necessitates,
cuiusmodi statuuntur tempore messium & uindemiarum. At CHRI-

Quare sabbatū sanctificandū.

STVS sabbatum sanctificari passim iubet apud prophetam Hieremiam
decimoseptimo, Esaiæ primo, Deuteronomij duodecimo, Leuitici ui-
gesimotertio, Exodi trigesimoprimo & trigesimoquinto, Nehemiæ de-
cimotertio: non ideo solum ut uacui ab omni opera & negocio simus:
neq́ quos in potestate nostra habemus, seruos, ancillas, familiam, assi-
dua laboris contentione premamus: sed ut à cæteris rebus liberi &
exempti, sacris concionibus, sacramentorum communioni, publicis eti-
am orationibus, & eiusmodi pietatis officijs seruiamus, ægrotos uisite-
mus, captiuos omni ope, consolatione ac rebus alleuemus. Extant etiam
grauissimæ pœnæ in eos qui hoc Dei mandatum proteruè uiolauerunt,
ut Numeri decimoquinto, apud Ezechielem 20. & Hieremiam primo &
secundo, & primo Machabeorum primo & secundo.

Quartum

Quartum Dei præceptum est, honorare nos debere patrem & matrem, ut simus longæui super terram, quam Dominus Deus daturus est nobis. Sic enim Deuteron. 5. ait: Honora patrem tuum, & matrem tuam, sicut præcipit tibi Dominus Deus tuus, quatenus prælongentur dies tui, ut bene sit tibi super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Leuit. septimo, In toto, ait, corde, honora patrem tuum, & matris dolorum partus ne obli-
11 uiscaris: quod amplius præcipitur Prouerbiorum capite primo, & cap. 6. & Tobiæ 4. & leges ciuiles multis in locis tradunt. Vult enim Deus, ut quos ipse aut nobis, aut ecclesiæ benè & sanctè gerendæ, aut Reipublicæ præfecit, & quibus summam rerum permisit, ueluti principibus ac magistratibus nostris: [a] eos omni ueneratione atque honore obseruemus: eorum dignitati, gloriæ ac laudi seruiamus, nihil de illis nisi magnificè ac preclarè aut sentiamus, aut dicamus. Sed hic quoque negatiua præceptio obseruanda est, ne quis parentes offendat, quoniam grauissima pœna ijs irrogata semper fuit, qui parẽtes iniuria aut ignominia affecerunt. Quisquis (inquit Leuit. uigesimo) fuerit, qui maledixerit patri suo, & matri suæ, morte interficiatur: patri enim suo, & matri suæ qui maledixerit, sanguis eius sit in eo. Extant exempla Leuitici uigesimo, Exod. uigesimo primo, Deuteron. uigesimo primo, Prouerbiorum 10. 13. 19. 30. Ecclesiast. 23. et 2. Regum 19. Genes. decimonono. & Iurisconsulti, homines Ethnici, declarant in summo semper honore ac obseruatione habitos fuisse parentes. [b] Latius tamen semper patet diuina hæc præceptio.

a l. ueluti erga Deum. ff. de iust. & iure. l. nec quicquã. §. de plano. ff. de offic. procons. & legati. & in Authent. de nuptijs. §. si uero ex pect. collat. 4.

b in l. quicunque litigandi caussa. §. prætor ait. ff. de in ius uocãd. cum sequent.

Huic quintum subiungit, inquiens, Non occides: quod ipsum præceptum pulchrè explicat Euangelium Matth. 5. & Ioan. 1. cap. 3. Lex Cornelia de Sicarijs in eum datur, [c] qui hominem occidit, aut hominis occidendi, furti' ue faciendi causa cum telo ambulauerit, aut caussam mortis præbuerit: aut non occiderit, sed tamẽ ita uulnerauerit, ut occidat: aut hominis necãdi caussa uenenum confecerit, dederit. omnia enim hæc ex re erunt constituenda. [d] At Christus omnino uetat cædem facere, neq; solum an cædes facta sit, ex re non constituit, sed animos nostros et affectiones emetitur. Imò hãc etiam diligentiam requirit, ut laborantis & oppressi fratris nostri res, fortunas, uitam ac salutem in tutelam nostram ac propugnationem suscipiamus, omnia communis salutis causa facere, nostrasq; actiones ad trãquillitatem publicam referre uelimus. Nec enim satis est non occidisse corpore, sed ab animis nostris abesse oportet iram, odium, maleuolentiam, nocendi cupiditatem: quando Christus reum geennæ ignis facit, qui fratrem suum fatuum dixerit: cædemq; committit, quisquis fratrem suum odio prosequitur. Ad
12 istum enim modũ Apostolus Paulus ad Galatas scribẽs: Manifesta, inquit, sunt opera carnis, quæ sunt hæc, adulteriũ, scortatio, immundicia, lasciuia, simulacrorũ cultus, ueneficium, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, cõcertationes, seditiones, sectæ, inuidiæ, cædes, &c. qui talia agũt, regni hæredes non erunt, & 1. Ioan. 3. Omnis, inquit, qui odit fratrẽ suum, homicida est. & Deuter. 27. Maledictus qui percutit proximum suum in secreto. Genes. 9. Qui effuderit sanguinem hominis, per hominem sanguis eius effundetur. Exod. 21. Percutiens hominem, unde moritur, morte interficiatur. Leuit. 24. Et uir qui percusserit ullam animã hominis, morte interficiatur. idem Num. 35. precipitur. Neq; solũ Christus uetat cædem facere: sed iubet quoq;, ne salutem laborãtis fratris, cum tueri illum ac defendere queamus, impiè deseramus. Nam Prouerb. cap. 24. Eripe eos, inquit, qui rapiuntur ad mortẽ: & qui corruunt in cædem, hos si potes, prohibe. Exempla alia non desunt.

c extat tot. tit. ff. & C. ad l. Cornel. de sicarijs.

d l. diuus. l. is qui. l. nihil. ff. ad l. Cornel. de sicar.

Marci 7. Matth. 19. Prouerb. 3. 17. & 24. Matth. 5.

Descriptio operum carnis.

Sextum mandatum est, Non mœchaberis: Quod ipsum quoq; propo-

nit L. Iulia de adulterio & stupro. Quod enim Deus pudicitiam ac puritatem animæ & mentis etiam corporis à nobis requirat, uult nos abesse ab omni immundicia, spurcitia, & libidinosa carnis intemperie. Atque ego, inquit,[a] dico uobis, quod quicunq; aspexerit uxorem alterius ad concupiscendum eam, iam adulterium commisit cum ea in corde suo. Idem cap. 19. Leuit. Deuteron. 23. præcipitur. Vetat que Paulus scortationem & omnem scurrilitatem exercere, 1. Corinthior. 5. & 6. & 7. & ad Ephesios 4. & 5. ad Coloss. 3. ad Thessa. 1. cap. 4. ad Hebræos 13. extantq; seuerissimæ animaduersiones passim in adulteros & scortatores. Num. 5. & 25. apud Paulũ. 1. Corinth. 5. apud Hierem. 29. Genesis 6. & 19. & 34. Iudicum 15 & 16. & 20. Item 1.
Regum 2. & 2. Regum 17. Itaq; etsi Christus sacramentum matrimonij sua 13
benedictione sanctificauerit, sanctificatum sua quoq; præsentia ac maiestate ornauerit, ornatum etiam miraculi splendore atq; admiratione comprobauerit: uoluit tamẽ ad indicendam mentis & corporis innocentiam, ut uxores habentes, forent tanquam non habentes: quò uidelicet intelligerent, coniugalem uitæ societatem in remedium necessitatis, non aũt in profluentis libidinis spurcitiem, uoluptatemq; esse constitutam. Non enim debet coniugalis illa sancta & indissolubilis uitæ coniunctio conspurcari intemperata & dissoluta libidine. Nec persuadere sibi coniuges debent, quasi ipsis omnia, quò uel libido, uel carnis petulantia uel amor rapit, liceant: sed suam quisq; uxorem habere debet sobriè, castè & pudicè: & uicissim uxor maritum. Periurus enim est, qui matrimonij fidem frangit, aut debitum coniugi amorem suffuratur, & alio transfert. Hoc ipso pręcepto quoq; damnantur libidines, stupra, incestus, & omnis luxuriantis carnis lasciuia, inuerecunda dicta, & quæcunq; libidinem prouocant.

a apud Matth. cap. 5.

Sacramentum matrimonij ad indicendam corporis & animi innocentiã propositum est.

Septimum mandatum. Nõ furtum facias. Latissimè patet usus huius præcepti septimi, commonentis nos, ne aliena diripiamus. Sic enim Leuitici 19. mandat: Non furabimini, inquit, neq; negabitis depositum: Non fallaciter agetis, quisquis cum proximo suo, &c. Non calumniam facies proximo tuo, neq; diripies eum: nec morabitur opus mercenarij tecum usque manè, &c. Furtum enim facimus, quoties in ciuilibus ac forensibus actionibus, in contractibus & negotiationibus, fraude, dolo, damno ac pernicie alterius, utilitatib. nostris cupidè seruimus: agros, domos, prædia, uineas, possessiones aliorum apud nos esse malumus, quàm prouidere, ne quis casu infesto, aut paupertate, aut temporum communium inclinatione coactus res suas magno cum damno diuendere cogatur: aut in uẽditionibus, emptionibus, locationibus, conductionibus, permutationibus rerum, ac cæteris cõtractibus, non eam fidem, integritatem, beneuolentiam communem, atq; æqualitatem præstamus, quam frugi paterfamilias, & optimus quisque in re sua retinere solet: aut denique ijs quibus naturæ lege, ac uitæ societate coniuncti sumus, officia nostra atque beneuolentiam præcludimus. Omnia enim hæc Deus uetat, ut uidere licet Deuteronomij decimonono: Non transferes, inquit, terminum proximi tui, quem limitauerunt priores. &
capite uigesimo tertio: Non morsum inferes fratri tuo per usuram pecu- 14
niæ, & per usuram frumenti, aut per usuram cuiuscunque rei, quę morderi potest. & uigesimoquarto: Quando aliquid commodato dederis proximo tuo, non intrabis in domum eius, ut pignus inde tollas: sed stabis foris, & uir ille qui à te mutuum accepit, proferet ad te pignus. Et si uir ille pauper est, non dormies donec pignus eius restitueris. Exod. uigesimosecundo: Si pecuniam commodato dederis populo meo pauperi, qui est tecum, non eris illi quasi exactor, neq; impones illi usuram. Si in pignus accepéris

Detestatio usurarum.

peris uestimentum proximi tui, in solis occasu restitues illud. Est enim operimentum suum unicum: est uestimentum pro cute sua, in quo dormit: & erit, cum clamauerit ad me, ego exaudiam: quoniam misericors sum. Similes præceptiones extant Exod. uigesimo tertio, Matth. sexto, apud Paulum ad Ephes. quarto, Eccles. quadragesimo secundo, Prouerbiorum uigesimo secundo. Sed & furtum facimus, quotiens debitam magistratui aut parentibus reuerentiam, suum cuiq; honorem, dignitatem, existimationem detrectamus. Quæ sane res satis indicat, quid sit discriminis inter diuinam & humanam legem. Illa enim perpetuò summam animi, mentis, consilij, uoluntatis, cogitationis innocentiam desiderat: hæc plerunq; mandat, ut à turpissimis factis, furto, facinore, & eiusmodi illiberali nequitia abstineamus. In summa, rectè hoc præcepto utemur, si nostra fortuna ac sorte contenti, ab omni habendi studio, auaricia & turpis lucri ambitione liberi, eò actiones nostras, uitæ naturæq; instrumenta, & studia omnia conuerterimus, suum ut quisque habeat: neque cuiusquam uel res, uel fortunæ diripiantur, sed etiam, si qua maior sit fratris ac proximi nostri necessitas, ab omni non solum præsidio, sed spe ac consolatione relicta, eam ut opibus nostris, gratia, fide, auctoritate, omni'que consolatione alleuemus, amplectamur, & conseruemus.

Quotiens, et quibus modis furtũ committatur.

Lucæ cap 12. Paul. 1. Corinth. 5. & ad Coloss. 3. et 1. Thess. 4.

Octauo præcepto Deus iubet, ne uel peieremus, uel aduersus proximum nostrum simus mendaces testes. Quemadmodum idem Leuitici decimonono præcipit, ne quid peruersum in iudicio faciamus, ne'ue suscipiamus faciem pauperis, aut honoremus uultum magnifici, sed in iusticia iudicium proximi nostri decernamus. Item Exodi uigesimo tertio: Non assumas, inquit, rumorem falsum, neq; ponas manum tuam cum impio, ut sis testis iniquus, &c. Non peruertes iudicium pauperis tui in caussa sua. A' uerbo falso longè aberis, &c. Sunt ualde multæ præceptiones in hanc sententiam, Deuteronomij uicesimo quarto, Prouerbiorum 6. 17. 20. 24. 25. 26. Et Eccles. 5. 7. 5. 10. 20. 22. & tricesimo secundo. quibus periuria, calumniæ ac maledicta damnantur. Quàm graues etiam pœnæ istis sint inustæ, qui periurijs ac calumnijs innocentiam prodere conati sunt, declarat historia Susannæ, Danielis: item reginæ Isabel, tertio Regum nono: Haman, Hester, & alio-
15 rum, &c. Iurisconsulti certas iuramentorum formas faciunt, & tamen periurij pœnam, in iuramento præsertim decisiuo, referunt ad solum Deum ultorem.[a] Deus uerò, quia ueritas est, uehementer execratur mendacium, mone'tq; ut ueritatem in summo studio atq; religiõe colamus, neq; cuiusquam uel dignitatem, uel existimationem, mendacio, calumnijs, periurio, falsisq; criminationibus uiolemus: sed omnia nostra studia, omnia officia, omnes uitę actiones ad colendam pietatẽ communem, defendendamq; alterius in-
16 nocentiam falsis criminibus oppressam referamus. Vt enim inter amplissima naturæ beneficia, quibus uel gloriæ æternitatem consequimur, uel ad ciuilem cultum informamur, non aliud magnificentius munus ipsa illa oratione, patens omnium rerum Deus nobis concessit: ita omnis oratio nostra, omnis linguæ ac mentis nostræ commentatio, semper & ubique prædicare debet immensam & immortalem gloriam Dei & Christi, Domini nostri, seruire optimorum hominum laudi & honoribus: ac opitulari ijs, quorum innocentia falsis criminationibus uicta, in discrimen pertrahitur. Nihil enim tam turpe atque improbum fingi potest, quàm excellentissimo illo naturæ bono, oratione uidelicet ac lingua abuti, inuidere suam bonis ac florentibus, ingenijs gloriam, non iudicio animi, aut odio aliquo turpitudinis, sed præcipuè furore & quadam affectionum importunitate, in optimi cuiusque existimationem inuehi, lacerare dignitatem alienam, omnibus priuatim ac publicè iniurias plurimas contumeliasq; imponere, petu-

a l. iurisiurãd. religio. C. de rebus credit. & iureiurand.

Mendacium Deus uehementer execratur.

Turpissimũ & planè impiũ esse linguæ orationisq; beneficio abuti.

Vitium calumniæ maximè est detestabile.

petulanti ac maledica lingua quasi seditionis flabello famam aliorum atq;
dignitatem operire ac opprimere: uiolentum furorem, probrum ac conui-
cium in uiros bonos effundere, maledicta & conuicia, etiam periuria in al-
terius infamiam conferre. Fit autem periurium multis modis, primùm in
iudicio, quotiens in fraudem, perniciem, damnationemq; alterius falsa testi
monij dictione utimur: aut cum deserimus, neq; tuemur, cuius expedire sa- 17
lutem ac fortunas iuramento testimonioq; nostro possimus. Deinde quoti
ens uel maleuolentia, uel uirtutis desperatione, uel alienæ gloriæ inuidia
debilitati, bonis uiris calumnias imponimus: & naturæ, industriæ oratio-
nisq; instrumenta in eorum infamiam conuertimus, quorum chara nobis
salus esse debet. Præcipuè uerò hoc mandato monemur, ut uniuersum lin-
guæ & orationis nostræ usum ad professionem ueritatis Euangelicę, ad mi
serorum hominum aduocationem & defensionem, ad ius ex ęquo & bono
dicendum, ac ueram, integram, ac piam testimonij dictionem conferamus.

Periuriū quot modis fiat.

Ad hæc mandata accedunt illa duo postrema: uidelicet, Non concupi-
sces domum proximi tui: Nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non
ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. His sanè com
monemur, omnem cupiditatem malam, quę fraudi esse alijs possit, abijcien
dam: & contrà nihil cogitandum, ambiendum, aut spectandum nobis esse,
quod non cum proximi nostri uoluntate, utilitatibus, ac commodo sit con-
iunctum. Non enim fas est, aut Christiana doctrina concessum, ut ulla iuris
aut æquitatis specie, aut quouis colore ac modo quicquam cupidè expeta-
mus, quod alteri esse possit detrimento. in quam rationem pulchræ inpri-
mis præceptiones traduntur, Iacob. 5. 2. Petri. 2. Eccles. 42. Quare cum Deus
animum ab omni affectione, spe, & studio habendi liberum & alienū à no-
bis poscat, uetamur eius pręceptis his posterioribus, aliorum agros, prędia,
domos, possessiones, hæreditates quouis etiā uel emptionis, uel alienatio-
nis titulo ambitiosè aucupari: sed potius omni cura, diligentia, ac fide proui
dere, ne cuiusquam res nostra neglectione aut culpa fiant deteriores. Neq;
solum hic Deus præcipit, ne cuiusquam uel coniugem, liberos, mancipia,
ad libidinem nostram, luxū ac cupiditatem malam appetamus, & designe-
mus: sed etiam, si quod diuortium, aut si qua dissensio, lis & controuersia in-
ter eiusmodi orta sit, quæ dissoluere amicitiam, ac dirimere constitutam ui-
tæ coniunctionem posse uidetur, eam ut componamus: adeoq; omnes no-
stras actiones & cupiditates, ad proximi nostri beneuolentiam, utilitatem,
& salutem conuertamus. Ad has igitur præceptiones, in quibus iustificatio
nis nostrę partes & officia rectè uereq; describuntur, omnes humanæ leges
referendæ erunt. Quæ cura, quoniam à plerisq; hodie negligitur, meri- 18
tò conquerimur, in hanc nos ciuilium forensiumq; rerum
confusionem, in qua uix umbra disciplinę ue-
teris extet, coniectos esse.

l. iure naturæ. de regul. iuris. l. nam hoc iure naturæ. ff. de cō dict. indeb.

F I N I S.

RERVM ET VERBORVM IN

LIBRIS DE LEGVM VSVRPATIONE, MEMOrabilium INDEX.

de Con-

indicio

pietatis

Q

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

ε β a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z
A B C D E F G H I K L M N O P Q ε

Omnes duerniones, excepto ε quaternione.

BASILEAE, EX OFFICINA
IOANNIS OPORINI, ANNO
Salutis Humanæ M. D. L. Mense
Septembri.



de Con-

INDEX.

D

E

bonora

iusticiae

Q

à Ser-

FINIS.

2

SERIES CHARTARVM.

ī ß a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z

A B C D E F G H I K L M N O P Q a

Omnes duerniones, excepto a quaternione.

BASILEAE, EX OFFICINA
IOANNIS OPORINI, ANNO
Salutis Humanæ M. D. L. Menſe
Septembri.

